This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



E15980



RERUM HIBERNICARUM.

VOL. IV.

RERUM

HIBERNICARUM

SCRIPTORES.

TOM. IV.

COMPLECTENS

ANNALES ULTONIENSES,

AB ANNO D. CCCCXXXI, AD ANNUM D. MCXXXI,

Ex Codice Bodleiano:

ITEMQUE

INDICEM GENERALEM.

NUNC PRIMUM EDIDIT C. O'CONOR, D.D.

Ordior audaci, tenebrosa per æquora, velo
Cimmerium tentare adytum: Submersaque lethis
Sistere de barathro luci. Da Maxime rerum
Conditor, ut fugiens syrtes, scopulosque latentes,
Felici inveniam quæsitos littore portus.

BUCKINGHAMIÆ,
EXCUDIT J. SEELEY,
PROSTANT LONDINI APUD T. PAYNE, IN VICO DICTO PALL-MALL.

1826.

MEH

VA 905

R5

v.4

ANNALES ULTONIENSES,

AB ANNO D. CCCCXXXI, AD ANNUM D. DCCC,

Cum Annotationibus ad Sæc. VIII,

Ex Codice Bodleiano:

SIVE

ANNALIUM ULTONIENSIUM,

PARS PRIMA,

QUÆ

CÆTERORUM ANNALIUM HIBERNENSIUM CHRONOLOGIAM AD PRISTINAM RESTITUIT INTEGRITATEM,

NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTA.

Quædam de Annalibus Ultoniensibus præmonenda, et de notis ad annos 434, 435, 436, *&c. pag.* 1, 2, *et* 3.

In notis ad annos istos, Lectorem nimium audacter referimus ad quædam opuscula, quæ hactenus nec in lucem prodiere, neque spem rationabilem præbent posthac proditura. Eorum tituli sunt,—I. *Din-Seanchusa*, " sive Munimentorum Hibernensium Historiæ," vel " Glossarium " Topographicum Hibernicum ;"—II. " Regum Lageniæ Series ;"—III. Item " Momoniæ."—Hæc ad alios derelinquere cogimur, quibus tempus arridet, et mens sana in corpore sano. Præsulum Ardmachanorum Catalogum genuinum, ex melioris notæ Documentis, simul collatis, edidimus in IV Magistror. Annalibus, pag. 108–113.

Monendus est Lector, Textum Annalium Ultoniensium ita scriptum esse, Hibernice et Latine, et vocabulis utriusque linguæ intermixtum, ut vix distingui possent, quæ ad textum pertinent a versione, aliter quam vocabula versionis includendo in parenthesi, prout fecimus.

Monendus est præterea Lector, Notas Chronologicas *K*, quibus annorum æræ vulgaris initia, in Codice Bodleiano Inisfalensium computantur, erroneas esse, plerumque usque ad annum æræ ejusdem 1037, ut patet ex notis nostris ad annum istum appositis, pag. 64. Revocantur autem ad Æræ communis rationes, si anno cuivis, ita e loco proprio deturbato, ante annum 1037, adjungantur anni 17, omissi ex oscitantia vel ignorantia scriptoris. Difficultates omnes Chronologicas eliminant Anni a nobis appositi ad Tigernachi margines, præsertim si cum annis Ultoniensium, et cum ipso textu conferantur.

ANNALES ULTONIENSES.

AN. ab incarnatione Dni. ccccxxxi. Palladius ad Scotos (1) a Celestino urbis Rome Epo. ordinatur Eps. Aetio et Valeriano Coss; primus mittitur in Hiberniam, ut Xpm. credere potuissent, anno Theodosii viii. (2)
An. cccc xxx ii. Patricius pervenit ad Hiberniam ix an. Theodosii junioris, primo an. Episcopatus Xisti xlii Epi. Rom. Eccl. Sic enumerant Beda, et Marcellinus, et Isidorus, in chronicis suis. "*In* xii *an. Laogarii mc Neill.*"(3)
An. cccc xxx iv. Prima preda Saxonum in Hibernia. (4)
An. cccc xxx v. Mors Breasail, regis Lagenie. (5)
An. cccc xxx vi. Vel hic mors Breasail.
An. cccc xxx vii. Finbar mac Huibardene. (6)
An. cccc xxx viii. Chronicon magnum scriptum est. (7)
An. cccc xxx ix. Secundinus, Auxilius, et Isernius, mittuntur S. Epi. ipsi in Hiberniam, in auxilium Patricii. (8)
An. cccc xl. Exitus Xisti Epi. Rom. Eccl. qui vixit viii annis, in Epatu

(1) Vid. Glossarium Topographicum Hibernicum, cum Charta Geographica Mædii ævi, voce "*Scotus.*" Prorsus mendosa sunt, quæ, ex Cod. Harleiano hor. Annal. edidit Johnstone in "*Antiquitatibus Celto-Normanicis.*" Confer not. in hunc ann. in hor. Annal. fine.

(2) Vid. Dissertat. Prælimin. ad ann. 431, confer etiam notam in hunc ann.

(3) Hæc de Laogario desunt in Codice Bodleiano. Habentur, sed *manu recentiori*, in Codice Clarendon. No. 4795, Bibl. Harl. In altero Codice Clarendon. Bibl. Harl. No. 4789. Catalog. Ayscough Cod. xlii, fol. 69. "*In* xii, *vel* xiv *an. Laogarii mc Neil,*" sed mendose, uti constat ex Dissert. Prælim. ann. 432.

(4) Confer Dissert. Prælim. ann. 435. (5) Vide Regum Lageniæ seriem in Appendice. (6) Vid. N.

(7) Vid. Dissert. Prælim. de operibus Hibernicis quæ desiderantur.

(8) Post "*Patricii*" Cod. Clarend. xlii habet "Ad ann. ccccxxxviii, *referuntur secundum alium librum.*"—Vid. not. in hunc ann. et Catalogum nostrum *Hibernico-Cottonianum*, MS. in Bibliotheca Stowensi, Vitel. D. vii.

Rom. Eccl. et xxvii diebus. Ut Beda narrat in chronico suo. Alii dicunt *Maine*, filium *Neil*, in isto anno periisse.

An. cccc xl i. Leo ordinatur xlii Rom. Eccl. Eps. (1) Probatus est in fide Catholica Patricius Eps.

An. cccc xl iii. Patricius Eps. ardore fidei et doctrina Xpi. florens in nostra Hibernia.

An. cccc xl iv. Ardmaca fundata est. Ab urbe condita usq. ad hanc civitatem fundatam MCXCIV. (2)

An. cccc xl v. *Nathi* (3) *mac Fiachrach* obiit, et xxiii annis regnavit in Hibernia.

An. cccc xl vi. Kal. Jan. iii. fer. lun. xviii. Bellum *Feinin*, in quo cecidit filius *Coertin*, filii *Coelbat*. Alii dicunt de *Cruitnib* (4) fuisse.

An. cccc xl vii. Kal. Jan. iv. fer. lun. xxix. Quies Secundini Sci. lxxv an. etatis sue. (5)

An. cccc xl viii. Ingenti terremotu per loca varia imminente, plurime urbes auguste, muri, recenti adhuc re-edificatione constructi, cum lvii turribus corruerunt. (6)

An. cccc xl ix. Theodosius imperator vivendi finem fecit. Sic affirmat Marcellinus. Locum Theodosii Marcianus Imperator adeptus est, ut Marcellinus dicit. (7)

---

(1) Lege xliii, vel xliv. *Art de V. les dates* t. 1, p. 232.

(2) Dissert. Prælim. ann. 444. Neubrigens. de reb. Angl. l. 3, c. 9. Girald. Topogr. Hib. Dist. 3, c. 16, Usser. Primord. p. 854, Bernardus in Vit. S. Malachiæ, et not. in hunc ann.

(3) Lege *Dathi*, ut in aliis codicibus, et in Tigernacho. *Dathi* Ethnicorum Hiberniæ Regum postremus, regnavit post Nial magnum, vulgo " *Nial* ix *n giallach*," ab anno 405, ad ann. 428. Vid. Catalogos regum Hiberniæ in Appendice. Pro Ardmachæ fundatione, vid. Gloss. Topogr. et not. in hunc ann. De *Dathio*, vid. Dissert. Prælim.

(4) *Cruitnib*. Vid. Glossar. Topogr. De feriarum ordine, vid. Dissert. Prælim.

(5) Cod. Clarend. 42 pro lxxv, habet lxx. Confer Jocelin. Vit. S. Patr. c. 177. Poema Hibern. *Fiechi*, editum a Colgano in Triad. pag. 1. et Usser. Primord. p. 825. Nomen Hibernicum Secundini erat *Sechnal*, unde *Dun-Sechnal*, Jocelin. c. 177. Hodie *Dunshaghlin*, ut in Vita S. Patricii, Dublinii 1747, p. 35. In charta donationis Hugonis de Lacy, confirmata ab Eugenio, Cluanardensi, sive Midensi Episcopo, ann. 1183. " *Dovenach Sakelin*" Usser. p. 825.

(6) Quære utrum hæc referenda sint ad turres Hiberniæ, de quibus Giraldus inquit " arctæ sunt, et altæ, nec non et rotundæ, more patrio." Topogr. p. 720.

(7) Theodosii obitum refert Beda pariter ad " *an. ab incarnatione Dni.* 449," l. 1, c. 13. At ex Dissert. Prælim. Constat, hos Annales, ut plurimum, æram communem, *uno anno*, antevertere.—

An. cccc l i. Pasca Dni. viii Kal. Maii celebratum est. Vel verius hic quievit Theodosius minor. (1)

An. cccc l ii. Hic alii dicunt nativitatem S. Brigide. Interfectio magna Lageniarum. Vel verius hoc anno Marcianus Imperator successit Theodosio minori.

An. cccc l iii. Kal. Jan. v. fer. lun. ix. IIIIDCLVII. *Cath roinead ria Laogaire mc Neill for Laignibh.* [Prælium atrox gestum a Laogario filio Neill contra Lagenienses.] (2)

An. cccc l iv. Kal. Jan. vi. fer. lun. xvi. IIIIDCLVIII. *Feis Teamhra la Laogaire mc Neill.* [Comitia Temorensia habita a Laogario filio Neill.] (3)

An. cccc l v. Victorius Astrologus fuit.

An. cccc l vi. Kal. Jan. i. fer. lun. ix. IIIIDCLX. *Mors Enai mic Cathbota ocus.* [Obitus Ennæ filii Cathbothæ, et] nativitas S. Brigide, ut alii dicunt. Marcianus Imperator quievit. Imperavit an. iv, et mensibus vi, ut Marcellinus docet, et Leo eidem successit. (4)

An. cccc l vii. Calcedonensis Sinodus congregata est. (5) Quies senis Patricii, ut alii libri dicunt. (6)

Consentiunt omnes obitum Theodosii contigisse iv kal. Aug. an. 450. Baron. Annal. Paris, 1630, t. 1, p. 655. *Art de V. les Dates*, t. 1, p. 401.

(1) Pascha anni 451 recte designatur. Vid. *Baillet, Chronologie des SS.* Paris, 1703, p. 25.

(2) Imperite in Cod. Clarend. 49, Prelium quod vocatur "*Cath roinead,*" unde constat amanuensem ex antiquiore codice verba hæc descripsisse, sed non intellexisse quid sibi vellent.

(3) *Feis Teamhra*, et *Cena Teamro*, ad ann. 461, idem significant. De origine vocis *Feis*, nihil certi constat; antiquissimum esse demonstrant non solum 12mo sæculo *Jocelinus*, in vit. S. Patricii, c. 31, 32, 38, 39, 40, verum et *Evinus*, in opere tripartito, edito a Colgano, l. 1, c. 43. *Probus* l. 1, c. 32, in tom. 3. oper. Bedæ, Basil. 1563; et in Triade, p. 50, c. 34, et. p. 53, c. 13, 14, ibid. "Patricius solemnitatem Paschæ in campo *Bregensium* circa *Temoriam*, ubi maxime caput gentilitatis et idolatriæ prestiterat, censuit celebrari *is is indaimsir sin dam do righneadh Feis Temradh la Laoghaire mc Neill ocus la firu ereann.* [Illud erat tempus quo comitia Temorensia celebrabantur a Laogario filio Neill, et a gentibus Hiberniæ.] Statutum autem erat apud eos, ut quicunque, illa nocte, ignem prius accenderet quam in Palatio Temoriæ succenderetur, morte damnaretur." Vit. antiq. S. Patricii, in Triade, ex membranis Biburgensibus in Bavaria, c. 46, p. 25, et c. 48. Vid. etiam vit. 4, script. ab Elerano sapiente, ib. c. 38, pag. 39, et Glossar. nostr. Topogr. voce *Teamh-rath.*

(4) De *Enna* vid. not. Marcianus imperavit vi ann. et obiit ann. 457. *Art de Ver. les Dates*, p. 404.

(5) Synodus hæc habita est, ann. 451. *Concil.* tom. 4. *Labbei* ed. Paris, 1671.

(6) Hunc Patricium confundunt cum Patricio Hibernorum Apostolo, *Giraldus* Topogr. Hib. Dist. 3, c. 17; et alii. Distinguendi sunt ambo a Patricio Glastoniensi, Usser. Primord. p. 107, ex Annal. Connaciæ, et p. 895. Vid. not. in ann. 493, et Catalog. Episcopor. Ardmach. in Append.

An. cccc l viii. Kal. Jan. iv. fer. lun. IIIIDCLXII. *Cath atha dara for Laegaire re Laignibh.* [Prælium vadi quercuum contra Laogarium gestum a Lageniensibus] in quo et ipse captus est, sed tunc dimissus est, jurans per solem, et ventum, se boves eis dimissurum. (1)

An. cccc l ix. Kal. Jan. v. fer. lun. xii. IIIIDCLXIII. Auxilius Eps. quievit.(2) *l. g. inadh air in Kl. so cath atha dara s. al.* [Vel hoc anno prælium vadi quercuum, secundum alios.]

An. cccc lx. Kal. Jan. vi. fer. lun. xxiii. IIIIDCLXIV. Leo Papa mortuus est.(3) Romane Ecclesie optinuit sedem Petri xxiv annis, et mense uno, et diebus xiii. Sicuti enumerat Beda in Chronico suo. (4)

An. cccc lx i. Kal. Jan. i. fer. lun. iv. IIIIDCLXV. Hilarius Romane Ecclesie Pontifex xliv an. fcs. et vixit an. vi. Hic alii quietem Pricii dnt. (5) *Leogaire* fls. *Neill* post *Ceana Teamro,* [comitia Temorensia, hodie *Tarah,*] annis vii, et mensibus vii, et diebus vii vixit. *Cath atha dara ria Laignibh for Laegaire.* [Prælium vadi quercuum gestum a Lageniensibus contra Laegarium,] quibus *Cremthan* tunc pre-erat. (6)

An. cccc lx ii. Kal. Jan. ii. fer. lun. xv. IIIIDCLXVI. Mors *Laegaire,* fli *Niell oc greallaig griaifil. for taeb Caisse,*(7) in campo *Lifi, etir in da cnoc ·l· eirin ocus alba anammanna, arata re Laighnibh gur inad grian agus gaet ros marb sad.* [Mors Laegarii filii Niali apud Greallagh Griaifil, prope, vel supra regionem Cassie in campo Liffii, inter duos colles, Erin et Alba appellatos. Tradunt Lagenienses a sole et vento occisum fuisse.]

An. cccc lx iii. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxvi. IIIIDCLXVII. Inicium regni *Ailell muilt mc Nati.* (8) [Alilli Molt filii Dathii.]

---

(1) Vid. Dissert. nostr. de Rel. Ethnicor. Hiberniæ, et not. in hunc ann.

(2) De Auxilio, Secundino, et Isernio, vid. not. in ann. 439. *Cath Atha Dara* sunt Celtica antiquissima. Pro voce *Dar,* et *Dara,* et *Darmagh,* vid. Adamnanum de Vit. Columbæ, l. 1, c. 2, 3, 29, l. 2, c. 39, et Bed. Hist. l. 3, c. 4. Hinc *Kil-dare, Derry,* &c. Glossar. Topogr.

(3) S. Leon mourut l'an. 461, le 4 ou le 5 Nov. apres avoir rempli le S. Siege 21 ans, 1 mois, et 4 jours. *Art de V. les Dates,* t. 1, p. 234.

(4) Pro annis xxiv, lege ann. xxi. *Art de V. les Dates,* t. 1, p. 234.

(5) Hilarius 48 Papa, regnavit ab ann. 461 ad ann. 467. *Art de V. les Dates,* t. 1, p. 235.

(6) Mendose "*perierat,*" Cod. Clarend. xlix. Catal. Ayscough, No. 4795.

(7) *For taeb Caisse* deest in Cod. Clar. xlix. Hanc narrationem, ab Ethnicis traditam, servavit Tigernach. vid. Dissert. de Rel. Ethnicor. Hib.

(8) Lege *Dathi* uti supra not. ann. 445, et in Dissert. Prælim. ex Tigernacho. Filium fuisse

An. cccc lx ix. Kal. Jan. iv. fer. lun. vii. Primum bellum *Airdacorann ria Laighnib.* [Ard-coranense gestum a Lageniensibus.] Anglici venerunt in Angliam. (1)

An. cccc lx x. Kal. Jan. vi. fer. lun. xviii. Hilarius Eps Rom. Eccl. mortuus est, qui possedit Kathedram Petri vii annis, et mensibus tribus, et diebus x. Simplicius ordinatus, qui sedit annis x, duobus mensibus, et uno die. *Eogan mac Neill* mortuus est. (2)

An. cccc lx xi. Kal. Jan. vii. fer. lun. xxix. Ravennam civitatem terremotus destruit. *Domangart mac Nissi* quievit. (3)

An. cccc lx xii. Kal. Jan. i. fer. lun. ie. Quies Benigni Epi. Successoris Pricii. (4) *Cena Temra la Haill. Molt.* [Comitia Temorensia habita a Rege Alillo Molt.] Sic in libro Cuanac inveni. (5) *Bas* [mors] Viter Pendragen regis Anglie, cui successit filius suus *·l· Cingh airtur.* [i. e. Rex Arthurus.] (6)

An. cccc lx xiii. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxi. Liseranus Eps. moritur. (7) Bellum *Dumai Achir ·l· for Oill Molt* [i. e. contra Olillum Molt, regem Hiberniæ]. Sic inveni in libro Cuanac.

An. cccc lx xx. Kal. Jan. iv. fer. lun. ii. Vel *Feis Temra la Hoill. Molt* [Comitia Temorensia habita ab Olillo Molt,] hoc anno, ut alii dicunt.

An. cccc lxx. Kal. Jan. v. fer. lun. xiii. *Feis Temra la Hoill molt,* ut alii dicunt. [Comitia Temorensia habita ab Olillo Molt.]

Fiacraidh, filii *Eochaidh-Moighmeodhin*, filii *Muireadhaich-Tireach* consentiunt omnes. Patruo suo *Niallo*, in externo bello contra Romanos succumbenti suffectum fuisse Ann. D. 405, et regnasse usque ad ann. D. 428, quo ei successit Laogaire, ex Dissert. Prælim. manifestum est.

(1) *Anglia* non videtur, eo nomine designata usque ad Regis Edgari tempora. Saxones ab Anglis discriminandi sunt, vid. supra ann. 434, et Dissert. Prælim. ad ann. 435, et Bed. l. 1, c. 15, n. 39.

(2) Hilaire a tenu le Siege de Rome, 6 ans, 3 mois, et 9 jours, jusque au 21 de Fevrier de l'an. 468. *Art de verifier les Dates*, t. 1, p. 235. Desunt in Cod. Clar. 49, quæ hic habentur de *Eogano filio Neill*, a quo *Tir Eogan*—hodie *Tirone ;* et *Innis Eogan*, hodie *Inishowen.*

(3) Desunt hæc de Domangart, ibid. Vid. not. ad hunc ann.

(4) Vide Catalog. Episcopor. Ardmacan. in Appendice; et not. ad ann. 493.

(5) Mendose in Cod. Clar. 49, " Præda Temaliæ cum Alillo filio Eathachii Mumedonii." De libro *Cuanac* vide Dissert. Prælim. Pro *Cena Temra* vid. Not. ad ann. 454 supra.

(6) Confer Caradoci Lancarvanensis vit. Gildæ c. 21. Obitum Uteri, et initium Arthuri refert Usser. ad ann. 508, Primord. p. 464, 567-8-9. Vid. not. ad hunc ann.

(7) " *Isernius*" Cod. Clar. 49, et recte. Lassarenus enim, Abbas Lethglenensis, 1500 Monachorum Pater, vixit tempore Cumeani Abbatis Hiensis, Sæculo vii. Vid. nota ad ann. 439—570—631—639. Sed præsertim notam ad ann. 439, unde constat Isernium, qui aliquando Iserninus et Esserninus, et Serenus appellatur, obiisse anno 469. De eodum vide plura in Bibl. *Hibernico-Cotton* MS. in Stowense *Vitell.* D. vii.

An. cccc lxx i. Kal. Jan. vi. fer. lun. xxiv. Preda Secunda Saxonum (1) de Hibernia, ut alii dicunt, in isto anno deducta est, ut *Moctus* dicit. (2) Sic in libro Cuanac inveni.

An. cccc lxx iii. Leo senior Imperator, Leone juniore a se jam Cesare constituto, morbo periit. Tam sui Imperii annis, quam hujus Leonis regni mensibus computatis, anno xviii, mense v, Zenonem Leo junior, idemque Imperator, filius Principem constituit. (3) Quies Docci Epi Sancti Britonum Abbatis. (4) *Dorngal Brieile for Laighniu ria n Alill Molt.* [Pugil-ludi Brielienses contra Lagenios ab Alillo Molt.]

An. cccc lxx iv. Kal. Jan. i. fer.....Vel hic, *Cath Dumai Achir for Aill. Molt ria Laighnibh.* [Prælium Dumæ Achir contra Alillum Molt, a Lageniensibus gestum est.]

An. cccc lxx v. Kal. Jan. iv. fer. lun. ix. IIIIDCLXXIV. *Bellum Breg-heile re n' Aill Molt.* [Prælium Campi formosi Elidis ab Alillo Molt gestum.] Sic in Libro Cuanac inveni.

An. cccc lxx vi. Kal. Jan. v. fer. lun. xx. *Cath Dumai Achir for Aill. Molt ria Laighnibh.* [Prælium Dumæ Achir contra Alill Molt a Lageniensibus gestum.]

An. cccc lxx vii. *Mors Tocco mc Aedha Regis Cualan.* (5)

An. cccc lxx viii. Bellum *Bregheile.*

An. cccc lxxx. Mors *Conaill mc Cremtainne mc Neill.* (6)

An. cccc lxxx i. Kal. Jan. v. fer. lun. xix. Quies *Jarlati ic Trena* [filii Treni.] Epi. Ardmach. (7) Rom. Ecclesie Felix xlvi Eps. ordinatus, vixit an. xiii. (8)

---

(1) Pro "*Secunda*" Pinkerton habet "*facta*" mendose. Vid. Excerpta ex Cod. Harl. Annal. Ulton. in opere, "Enquiry into the Hist. of Scotl. t. 2, p. 308. Lond. 1786.

(2) In Cod. Clar. 49, "*Macteus,*" et infra, ad ann. 514, "*Macuthenus.*" In prima editione Jocelini, Antwerpiæ, Alexandro Farnesio dicata, et typis Plantin. edita ann. 1587, scribitur "*Moctheo.*" In edit. Paris, quam, exemplo Richardi Stanihursti, edidit Messingham "*Mochee*" in edit. Lovaniensi 1647, recte "*Mocteus*" c. 134, p. 94. Vid. not. ad ann. 534. in horum annalium fine.

(3) Leon mourut l'an. 474, apres un regne d'environ 17 ans. *Art de Ver. les dates, p.* 405.

(4) Pro *Docco*, vid. not. ad ann. hunc, et Usser. Primord. p. 914.

(5) Vid. Vocem *Cualan* in Glossar. Topogr.

(6) Ab hoc Conallo nomen habet *Tirconal.* Vid. quæ de filiis Neil dicta sunt in N. ad ann. 500.

(7) Post *Trena* lege "*tertii Episcopi Ardmachani*" ut in Cod. Clarend. 42. Vid. Catalog. Episcopor. Ardmach. in Appendice. Alius est *Jarlath*, primus Tuamensis, Logæ filius, qui Sæc. vi floruit.

(8) Felix tertius [non 46, sed 47 Papa] ann. 483 Summum Pontificatum accepit. *Art de Ver. les Dates*, p. 236, et Papebrochii conatum ad S. Felicem iii. pag. 156, n. 2. Rexit ann. 8, mens. 11, dieb. 17.

An. cccc lxxx ii. *Bellum Oche la Lug. mac Laegaire agus la Muirceart mc Earca.* [Prælium Ochanum cum Lugadio filio Laegarii, et cum Murcertacho filio Ercæ.] In quo cecidit Alill Molt. (1) A *Concobaro* filio *Nesse*, usque ad *Cormac*, filium *Airt*, anni CCCCVIII. A *Cormac* usque ad hoc bellum CXVI, ut *Cuana* Scripsit. (2)

An. cccc lxxx iii. Jugulatio *Chraumthain mc Ennai Ceinselach ic Bresail Belaic* [Crimthani filii Ennæi Censelach, filii Bresalli Belac] regis Lagenie. Vel, hoc anno, *Cath Oche* [prælium Ochanum] secundum alios, a *Lugad*, et a *Murchertaco mc Erce*, et a *Fergus Cearbhail, mc Conal Crimthain*, et a *Fiacra Aon*, rege *Dalriada* gestum est. (3)

An. cccc lxxx iv. Inicium regni *Lugaid mc Laegaire*, hoc anno. (4)

An. cccc lxxx v. Bellum primum *Granearad. Coirpre mc Neill* ix *giall.* (Carbreus filius Neill novem obsidum) victor erat; in quo cecidit *Finchat*, (5) vel Filius *Erce* victor erat, ut alii dicunt, vel hic *guin Cremtainn ic Enna Ceinnsel.* [Vulnus lethale Crimthani filii Ennæi Cinselachi.]

An. cccc lxxx vi. Kal. Jan. v. fer. lun. xxi. Vel hic, primum bellum *Graine.*

An. cccc lxxx vii. Kal. Jan. vi. fer. lun. ii. Quies *S. Meil*, Epi. in *Arddachut.* (6)

An. cccc lxxx viii. Kal. Jan. i. fer. lun. xiii. Quies *S. Cianani* cui S. Patricius Evangelium largitus est. (7)

An. cccc lxxx ix. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxiv. Quies *M'Caille* Epi "*Man-*

---

(1) "*Manu Lugh. mc. Laog. et Muredac mc Erca.*" Cod. Clar. 49. Vid. not. ad ann. 483, et *Flanni* Synchron. Cod. MS. in Bibl. Stowensi, cujus auctor obiit Ann. 1056. Quatuor Magistrorum Annales autographi ibid. referunt initium Regni Alilli ad ann. 458. At hos Annales, etsi a Colgano laudatos ut "*opus plane nobile.*" Acta SS. Præf. p. 6. tamen, in chronologicis deficere fatetur Flaherteus, Epist. nuncupatoria pag. 43.

(2) In Dissert. Prælim. ex Tigernacho constat *Cucullandum*, vulgo *Cucullin*, et *Concobarum Mc. Nesse*, inchoante æra Christiana floruisse, 300 annis ante tempora *Finni*, vulgo *Fingal*, quem simul floruisse somniavit Macpherson; et *Cormacum mac Airt* regnasse a prælio *Crinnao*, ann. 254, ad ann. Probi 2, Christi 277. Unde sequitur mendum irrepsisse in numeris Codicis Bodleiani. Codex Clarend. 49, habet ccvi. De regno *Dalriadæ* vid. Glossar. Topogr.

(3) De prælio hoc *Ochano* vid. N. ad ann. 482, qui nostræ æræ est 483. Consentiunt in anno 483, *Usser.* Primord. p. 1028; *Ward*, Vit. S. Rumoldi, p. 364; et *Flaherteus*, p. 427.

(4) Catalog. Reg. Hib. in Append. Confer ann. 507 infra, et N. ad ann. 483.

(5) "In quo cecidit *Finguin* fil. *Erce*, et victor ut alii dicunt *Crimthan.*" *Cod. Clarend.* 49.

(6) Jocelin c. 186. De *S. Mel*, primo Epo. Ardach. vid. N. ad hunc ann.

(7) Evin. in Triad. p. 146, et Glossar. V. *Damliag.* Scripsit *Kienan* vitam S. Patricii, Calendar. Cassel. ad 24. Nov. in Triad. p. 217. Vid. etiam IV. Magistr. ann. 488, et N. ad hunc ann.

nensis." (1) Bellum *Cinnlosnado,* ubi cecidit *Oengus* filius *Nat-fraich, righ Mumhan* [rex Momoniæ,] ut *Cuana* scripsit. (2)

An. cccc xc. Kal. Jan. iii. fer. lun. ii. Zeno Augustus vita decessit. Tam sui Imperii annis computatis, anno xvii. mense vi. hii vi. menses et sex menses Marciani adduut annum quem non numerant Cronica. (3) Anastasius Imperator creatus est, vel hic *Cath Cellosnaid,* [Prælium Kilosnadense] Secundum alios.

An. cccc xc i. Kal. Jan. iv. fer. lun. xvi. Dicunt Scoiti hic Patricium Archipm. defunctum.

An. cccc xc ii. Kal. Jan. vi. fer. lun. xxvii. Bellum *Srota.* Rom. Eccl. xiv. Galasius Eps ordinatus annis vixit iii. Bellum secundum *Granairet.* Patricius Ar. Eps Scotor. quievit, cxx. anno etatis sue. xvi. Kal. April. lx. vero a quo venit ad Hiberniam anno ad baptistandos Scotos. (4)

---

(1) Manu recentiori, vid. N. ad hunc ann. de *Manniæ* Episcopis in hor. Annal. fine.

(2) "*Killosnaid in Magh Ferca*" Cod. Clar. 49. i. e. in Midia occidentali. IV. Magistri ad ann. hunc inquiunt. "*Aengus mc Natfraaich ri Mum do tuitim hiccath Cellosnaidh, la Murcertach m. Erca, la hiollain mc Dunlaing righ Laighen, la haill mc Dunlaing, agus la heoch guineach,*" i. e. Anno D. 489, Aengus filius Nadfraich, rex Momoniæ, occubuit in prælio *Kilosnaid,* occisus a *Murchertach* filio Ercæ, *Illand* filio Dunlaing, *Alild* filio Dunlaing, et *Eochad Guineach.*" Deinde exhibent vetustissimi poematis Hibernici distichon, quo narratio ista comprobatur.

"*Atbath craob dos bile noir, Aongus molbthach mc Natfraoich*
"*Faccbadh la Hilland arath hiccath Cellosnadha claoin.*"

[Occisus, ut divulsus ramus ingens arboris monumenti splendidi, *Angus* laudabilis Filius Natfrachii, Jacuit, (interfectus) ab Illando, supra vadum, in prælio Cellosnadense iniquo.]

Idem Distichon extat in *Tigernacho* Cod. Bodl. fol. 8, col. 1, et *totum poema* extat in Codice Stowense Hibernico No. xvi, fol. 79. Ejusdemque aliud exemplar ib. fol. 132. Eique apponitur in margine nota hæc ipsius *Flahertei* manu, scripta, "Hoc videtur esse *Brogani pii,* seu Devoti, "opus metricum de Actibus Heroicis Regum Lageniæ, a Colgano, nota 6 ad librum 2 quartæ "vitæ S. Brigidæ, ubi *Aengusii* Regis Momoniæ cædem *Illando* Regi Lageniæ, ex Brogani sententia, "tribuit, et nota 24 ad vitam *S. Kierani* Sagir 5 Martii citatum, ubi eandem cædem secundum idem "Brogani metricum opus *Olillo,* Illandi fratri adscribit. Idemque apud Ketingum in regno *Lugadii* "repetitum Olillo cam assignat." Scripsit Borganus anno 526. Waræi Scriptores, p. 13.

(3) Leo ii, filius Zenonis, natus ann. 469, (non 459, ut perperam tradit Chronicon Alexandrinum) declaratus est Cæsar, et probabiliter Augustus, ann. 473. Pater ejus Zeno Imperium sibi vindicavit ann. 474, mense Febr. Obiit 9 April 491, cum regnasset ann. xvii, et men. iii. Anastasius ei suffectus est xi April 491. *Art de V. les dates,* t. 1, pag. 406.

(4) Hic annus est nostræ æræ 493. Vid. N.

An. cccc xc iii. Kal. Jan. vii. fer. lun. ix. *Cath Tailtin for Laigniu ria Cairpri ic Neill* [Prælium Taltinense gestum contra Lagenienses, a Carpreo filio Neill.]

An. cccc xc iv. Kal. Jan. i. fer. lun. xx. Vel hic Bellum secundum *Granairet*, in quo cecidit *Fiach mc Finnchada ri Laighin.* [Fiach filius Finnchadi rex Lageniæ.] *Eocha*, filius *Cairpre*, victor fuit.

An. cccc xc v. Kal. Jan. ii. fer. lun. i. Solis defectus apparuit. Quies *mc Cuilin* Epi *Luscan.* Expugnacio *Duin Let glaisse*, [hodie *Down*,] vel hic *Cath Tailtean.* [Prælium Taltinense.] (1)

An. cccc xc vi. Kal. Jan. iv. fer. lun. xii. Romane Eccl. xlviii. Anastasius Pontifex ordinatus vixit an. duobus. (2) *Mochobi noendroma* [Mochobeus Antrimensis] quievit. *Cormaci* Episcopi Ardmachi heredis Patricii quies. Vel hic bellum secundum *Granairet.*

An. cccc xc vii. Kal. Jan. v. fer. lun. xxiii. Vel hic Expugnacio *Duin let glaisse* [Duni.] Bellum *Innimoir iccrich Congabhla for Laighni*, [Prælium Innimore in regione Congabhla contra Lagenienses,] *Murceartach mc Erce* victor erat. Hoc anno, ingens terremotus Ponticam concussit Provinciam. Quies *Cuineada* Epi *Lusca*, " *mc Cathinoda mc Cuilin.*" (3)

An. cccc xc viii. Kal. Jan. vi. fer. lun. iv. Rom. Ecclesie xlix. Simacus Eps. factus vixit annis xv. (4) Bellum *Slemna Midi ria Cairpre mc Neill for Laigni.* [Prælium Slanense in Midia a Carbreo filio Neilli gestum contra Lagenienses.]

An. cccc xc ix. Kal. Jan. vii. fer. lun. xix. Bellum. Quies *Ibair* Epi. ix. Kal. Maii.

An. D. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxvi. Vel hic mors Epi. *Ibair.* (5) *Taissi Bar-*

---

(1) De Solis defectu hujus anni, nostræ æræ 496. Vid. Dissert. Prælim. et *l'Art de V. les dates.*

(2) " Anastase, xlix Pape, fut ordonné l'an. 496. il mourut, dit Muratori, l'an. 498." Ib. p. 238.

(3) Cod. Clar. 49. Desunt in Cod. Bodl. hæc ultima.

(4) Hæc de Symmaco desunt in Cod. Clar. 49. Et eorum loco legitur " *Bellum in quo Mac Erce victor erat.* Chronologia Symmachi genuina est. *Art de V. les dates*, t. i, p. 238.

(5) Desunt ista de Ibaro, et quæ sequuntur Hibernica, in Cod. Clarend. 49. De S. Ibari Monasterio in insula *Beg erin*, vid. Vit. antiq. S. Abbani, *Usser.* p. 794. De annulo Ibari a Prædone, cui nomen *Tor lieb*, e Monasterio isto ablato, et postea restituto, quædam extant ibid. p. 1062.— Pauca de eodem Ibaro habet author vetustus Vitæ S. Brigidæ, quam ex Codice venerando Montis Cassinensis, et ex alio Codice Vaticano, editam habemus in Triade, p. 593, c. 52. Prioris Codicis

nabai Apli ocus in Soisgel do sgribh Matha suidhisgel da laim fein dfadhbail h. an. Cath Chnuic Ailbe for Laighnibh ria Cairpre mc Neill. [Reliquiæ Barnabæ Apostoli, et Evangelium quod scripsit Matthæus Evangelista propria manu, hoc anno inventum est.(1) Prælium collis Albei contra Lagenienses gestum a Carbreo filio Neill.]

An. D i. Kal. Jan. iii. fer. lun. vii. Bellum *Seagaisse,* in quo cecidit *Duach-tenga-umhai ri Connacht.* [Duach-tenga-uma Rex Connaciæ.] *Murcear-tach* victor fuit. (2)

An. D ii. Kal. Jan. iv. fer. lun. xviii. *Cath Droma loch mhuidhe ria Laighnibh for ibh Neill.* [Prælium collis lacus flavi, *Lochbuy,* a Lageniensibus gestum contra O'Neillos.]

An. D iii. Kal. Jan. v. fer. lun. xxix. *Cerpan* mortuus est Eps. *O Fearti Cherpain octemuir* [Episcopus sedis mirabilium, sive miraculorum Cherpani,

---

titulus in Catalogo Codicum MSS. Montis Cassin. est. "Vita S. Brigidæ Kildariensis Virginis, a Chilieno Monacho Iniskeltraensis Cœnobii versibus edita." Lit. F. Num. 232. Obiit iste Kilianus ann. 689. Vid. Bedæ Martyrol. ad diem 8 Julii, H. Canisii Lection. Antiq. tom. 4 Vit. S. Kiliani, Surium ad diem 8 Julii, et Fabricii Bibl. Latina. Lond. 1703, p. 228.

(1) V. *Bedam* de Sex Ætat. anno 493, p. 27, Ed. Cant. "Corpus Barnabæ Apostoli et Evangelium Matthæi, ejus stylo scriptum, ipso revelante, reperitur." Hinc constat, hanc historiam, sive veram, sive suppositiam, sæculum sextum antevertisse, quod ignoravit *Dupin.* Hist. of the Canon, &c. Lond. 1700, p. 32.

(2) Ex iv Magistror. Annal. autographis in Stowensi ad ann. 499, ubi verba ipsa *Ceannfaoladii* in medium proferuntur, constat, *Acheo Tiormcarna, et Duacho Tengumha,* filiis *Fergusii,* Regis Connaciæ, de Regno isto dimicantibus, *Murcertacum mc Erca* Connaciam invasisse, Duachum occidisse in prælio *Seagsa,* prope *Coran,* in agro Sligoensi, et *Eoganum Bel,* de Stirpe *Hy Fiacra,* Fergusii successorem constituisse.

" *Ceannfaoladh asbeart do derb*
" *Cath Seghsa ben do mnaibh fodruair ·l· duiscach ahainim*
" *Ro boi cru derg dar cruisigh. la duisich ingin duaich*
" *Cath dealcca Cath mucramha agus Cath tuama drubha*
" *La Cath Seghsa hi ttorcair duc tenga umha.*
" *For connachtaibh ro Sraoinn. na catha hi sin.*"

Eadem habet, iisdemque verbis, *Tigernach,* Cod. Bodleian fol. 8, col. 1, lin. 33, quæ Latine, ad literam sunt———

Ceannfaolad Bardizans cecinit
Prælium *Seagsa.* Mulier mulierum longe celeberrima Duiseach.
Fuit Sanguis ruber loco Musicæ Duisichiæ filiæ Duach.
Prælium Dealgae, Prælium Mucrumhæ, et Prælium Collis Curruum,
Cum prælio Seagsa, in quo occisus est *Duach* linguæ œri-sonantis
Contra Connachtenses victoriose gesta fuere prælia ista.

apud Temoriam.] Bellum *Mhanann la Aedan.* [Prælium Mannense gestum ab Aidano.] (1) Vel hic mors Episcopi *Ibair.*

An. D iv. Mors *Bruidi mc Mailcon* [Brudii filii Milconis, Regis Pictorum.](2)

An. D v. Quies Epi *mc Cairtinn Clochair* [Episcopi Macartinii Clochorensis.]

An. D vi. Bellum *Ardacorann, ocus* [et] mors *Lugdach* filii *Laegaire,* et, ut alii dicunt, *Domangart mc Nisse* Eps. *Conere* [Conerensis] hic quievit.

An. D vii. Vel hic mors *Lugdach mc Laegaire, ocus cath Arda corann.* [Lugdachi filii Laegarii, et prælium montis Corann.]

An. D ix. Kal. Jan. vi. fer. lun. v. Bellum *Fremonn for Fiaghaig mc Neill, Failgi Berraide* vic. fuit. [Prælium Fremonense contra Fiacha filium Neill. Falgeus Berradensis victor fuit.]

An. D x. Kal. Jan. vii. fer. lun. xvi. Vel hic Bellum est *Ardacorann,* ut alii dicunt.

An. D xi. Kal. Jan. i. fer. lun. xxvii. Quies *Bronai* Epi.(3) Defectus Solis contigit. Nativitas *S. Ciarani,* filii Artificis. Vel hic *bas* [mors] *Lugad* filii *Laegaire.*

An. D xii. Kal. Jan. iii. fer. lun. ix. Quies Erci Epi *Slane. Dubtach* Eps Ardmacha obiit. *Muircheartach mc Earca* regnare incipit. (4)

An. D xiii. Kal. Jan. iv. fer. lun. xx. Cairpri *Daim-airg.—mc Nisi, l:* Aengus, Eps. *Conere, quievit.*

An. D xiv. Kal. Jan. v. fer. lun.....Romane Eccl. L Hormisda Eps. ordinatus, vixit annis ix. (5)

---

(1) In Cod. Clarend. 49. mendose, " *a S. Aidano Episcopo*" qui non nisi Sæculo 7, floruit! Hoc anno *Fergus,* frater Murchertachi, filii Ercæ Ardgatheliam, [*Argyle*] a Majoribus Duce *Riada* in regnum Hibernicum evectam, sibi vindicavit. Ita Tigernach, quem sequitur Usser. Primord. pag. 587, 609, 612, 689, 1028, 1030. Jocelin, c. 137, 138, et Camden Scotia, p. 707, 682, 706. *Flan. Butensis,* qui obiit ann. 1056, Fergusii expeditionem refert ad ann. a prælio Ochano XX. ergo ad ann. 503. *Flan. Synchron.* Codex Hibern. Stowensis, No. 1. Vid. N. ad ann. 544, infra.

(2) Hic est *Bridius* seu *Brudi,* rex Pictorum, cujus anno ix Columba venit in Britanniam. Bed. l. 3, c. 3, et 4. Adamn. l. 1, c. 1, l. 2, c. 10, 18, 22, 33, 35, 37, 42. Boeth. l. 9, fol. 166. b. et Usser. Primord. p. 691. Errat itaque amanuensis, et pro *mors* legenda est *nativitas.*

(3) " *Bronini Epi Cassil-Irra.*" Cod. Clarend. 49. Glossar. voce *Cassil-Irra.* De Eclipsi hac comprobata vid. Dissert. Præl. et *Art de V. les Dates,* Ann 512, p. 62.

(4) Pro Murchertach mc Erc, vid. Adamn. l. 1, c. 7, p. 340, et N. ubi et de Erco Epo. Slanensi.

(5) " Hormisdas fut elu Pape l'an. 514, en presence du celebre Cassiodore, alors Consul, et Deputé

An. D xv. Kal. Jan. vi. fer. lun.....*Bellum Dromaderge for Failghi.* [Prælium Dromadergense, seu montis rubri, contra Falgios, seu Hy Falios, dictos O'Conor Faly.] *Fiacha* victor erat. Deinde campus *Midi* a Laigeneis sublatus est. Nativitas *Comgaill Beanchuir* [Comgalli Benchorensis.]

An. D xvi. Kal. Jan. i. fer. lun. xxiii. Quies *Darercae cille slebe cuilin,* [Darerchæ, Ecclesiæ de Sliabh gullen, seu montis cullen,] die 3 Julii. (1) Vel nativitas Kiarani et Bellum *Dromaderge la Fiacha mc Neill for Failge mbearaige* inde *Magh Midhe* (2) a Lagenies sublatus est, ut *Cacnnfael* cecinit. (3)

Digal dia Seacht mblian, basi digde a cridhe,
K. in dromaibh dergaighe, bade do eear magh Midhe.
Vindicta post septem annos, erat ista ultio cordis,
Prælium in montibus rubris, unde vastata est planities Midiæ.

An. D xvii. Kal. Jan. ii. fer. lun. iv. Anastasius Imperator subitanea morte preventus est. Major octagenario periit. Regnavit annis xxvii, mensibus duobus, et diebus xxix. (4)

An. D xviii. Kal. Jan. iii. fer. lun. xv. Nativitas *Coluim cill* [Columbæ fundatoris Ecclesiarum] eodem die quo *Bute mac Bronaig* [Buteus filius Bronagii] dormivit. Quies *Darerce* que *Moninne* nominata est. (5)

---

du Roi Theodoric pour cette election. Il mourut l'an. 523, apres un Pontificat de ix. ans." &c. *Art de V. les dates,* p. 239." Confer Blanchini notas ad Anastas. Bibliothecar. t. 3, p. 229.

(1) *Die* iii *Julii* deest in Cod. Bodl. habetur in Clarend. 49. Vid. ann. 518.

(2) *Magh* campus. Mille et amplius ab hinc annis, Beda et Adamnan interpretati sunt *Darmagh* quercuum campus. In J. Cæsaris Commentariis *Magh* est Magus, hinc *Novio-magus, Rothomagus,* et in Moyse *Magh-Phela.* Gen. xxiii. 19.

(3) Obiit *Caeunfael* ann. 578, uti tradunt Annales Tigernachi et Ultonienses. *Tigernachi* verba de hoc prælio sunt. " *Cath droma dergaige for foilgi mbeirride ria Fiachaigh mc Neill, ocus isandsacathsin ro Scaradh a cuidh donmidhe fri Laighin co huisneac,* ut *Cendfaeladh* cecinit," &c. uti supra, [Prælium Dromadergense contra Falgeum Beirigiensem gestum a Fiacho filio Neilli, et per istum prælium divulsa est a Lagenia ea regio quæ pertinuit ad Midiam usque ad *Usneach,* ut Cendfaelad cecinit.] &c.

(4) " Anastase, apres la mort de Zenon, fut couronné le 11 Avril 491, et mourut la nuit du 8, au 9 Juillet 518. apres un regne de 27 ans, 3 mois, moins quelques jours." *L'Art de V. les dates,* p. 408.

(5) *Darerca,* nempe, de *Cill Sleibe cuilin,* i. e. de Ecclesia Montis Gullen, in agro Antrimensi, soror erat S. Patricii, Jocelin, c. 50, et Evinus apud Usser. p. 825. Filius ejus *Riocho,* " *custos erat codicum S. Patricii.*" Jocelin, c. 102. *Restituti,* alterius *Darercæ* mariti, filii erant Episcopi *Secinall*

An. D xix. Kal. Jan. iv. fer. lun. xxvi. *Conlaed* Eps. *Cille dara* [Kildarensis, seu Ecclesiæ Roboreti] mortuus est. Bellum *Detnea in Druimbaibh Breg.* [Prælium Detneense in collibus Bregiæ] in quo cecidit *Ardgal* filius *Conaill* filii *Neill, Colgga mac Cluecati* rex orientalium, *ocus* [et] *Murceartach mac Erca* victores erant. *Comgal Beanchair* [Comgal primus Abbas Bangorensis in Hibernia] natus est. (1)

An. D xx. Kal. Jan. vi. fer. lun. vii. *Cainec Achabo* natus est. (2)

An. D xx i. Kal. Jan. vii. fer. lun. xviii.

An. D xx ii. Kal. Jan. i. fer. lun. xxix. *Cath in dromaibh breag.* [Prælium in collibus Bregiæ] in quo cecidit *Ardgal* filius *Conaill Cremhtaine mc Neill. Buiti ic Bronaig* [Buitius filius Bronagii] obiit. Vel hic nativitas *Coluim cille.*

An. D xx iii. Kal. Jan. ii. fer. lun. x. Bellum *Cainri* filii *Neill. Beaid* Eps *Ardcarna q.* Quies S. Brigide an. lxx etatis sue. (3)

An. D xx iv. Kal. Jan. iv. fer. lun.....Johannes Romane Eccl. Papa Ii, duobus annis vixit in sede Petri, Constantinopolim venit, qui dum rediens, Ravennam venisset, Theodoricus rex Arianus eum cum comitibus, carceris

---

et *Aurilius.* Priorem, eodem fere tempore quo avunculum ejus Patricium, in lucem editum fuisse, patet ex his Annalibus, qui ann. 448, ætatis suæ 75, quievisse illum significant. *Secknall* habetur auctor hymni editi a Colgano, de quo Antiquus Scriptor Hibernus, in Hymni illius argumento, inquit " *Secknall filius Restituti de Longobardis, et Darercæ Sororis Patricii, fecit hunc Hymnum, et Secundinus Romanum nomen ejus. Secknall Hibernicum.*" Conferendus est Jocelin, c. 177, cum Usserio, pag. 825. Quinam fuerint *Longobardi*, aliorum esto inquirere. *Longobardos* in Britannia nullibi invenio. Apud Ptolomeum, altum Silentium! Tacet etiam de *Scotis* in Britannia, quamvis memoret *Taxilos.* Forsan pro *Longobardis* legendum est *Clanhubardine.* Vid. ann. 437. Longobardi Anglis finitimi erant in Germania. *D'Anville* Orbis Romanus.

(1) Vid. Dissert. Præl. unde constat S. *Comgallum* hoc anno natum. Hæc omnia desunt in Cod. Clarend. 49, et eorum loco leguntur quæ in Cod. Bodl. habentur sub 523. Desunt in Cod. 49, anni 523, et 524.

(2) In Codicibus Clarend. 49, et 42, " *Secundum quosdam.*" De Canico Abbate, vulgo S. Kenny a quo Kilkenny, vid. Adamn. de vit. Col. l. 1, c. 4, l. 3, c. 21; et Glossar. topogr. voce *Achadh-bo.* Ejus ortum hi Annales rectius referunt ad ann. 527, obitum ad ann. 599.

(3) Omnes, uno ore, referunt obitum S. Brigidæ ad ann. xxx post excessum S. Patricii, etsi in anno æræ communis dissentiant. Marianus Scotus obitum S. Patricii referens ad ann. 491, post annos xxx, excessum S. Brigide memorat. Vid. Mariani Excerpta ex Cod. præstantissimo *Cottoniano, Nero* c. v. in Appendice No. 1.—Atqui Patricius obiit anno 493, ergo Brigida anno 523.

afflictione peremit. cs corpus de Ravenna translatum, in Basilica B. Petri sepultum est, post duos annos, et ix m.ses, et dies xiv. (1)

An. D xx v. Kal. Jan. v. fer. lun.....Dormitatio Sce Brigide an. lxx etatis sue (2) *Aill.* Eps. Ardmach quievit.

An. D. xx vi. Kal. Jan. vi. fer. lun.....Nativitas *Cainnich Achabo.* Mors *Illaind mc Dunlainge, ic Enna nead, ic Bresail b. bellaige* Regis Lagenie. Anno Regie urbis Constantinopol. condite cxcvii. Justinus Imperator Justinianum ex sorore sua nepotem, jamdudum a se nobilissimum designatum, qq. Regni sui successorem creavit Kal. April. Ipse vero iv ab hoc mense vita decessit, an. Imperii ix, mense v. (2) Pausa *S. Ailbe.* (3)

An. D xx vii. Kal. Jan. vii. fer. lun. xxiv. Felix Roe. Eccl. Eps. sedit annis iv, m.sibus ix, diebus xiv. (4) Bellum *Cineic,* et Bellum *Atha Sighe for Laighniu* [Vadi Lemurum contra Lagenienses.] *Murceart mac Erce* victor. fuit. Vel hic dormitatio Brigide, secundum librum *Mochod.* (5)

An. D xx viii. Kal. Jan. ii. fer. lun. v. Nativitas *Colmain Bricc* [Colmanni maculati.] Benedictus Monachus claruit.

An. D xx ix. Kal. Jan. iii. fer. lun.....

An. D xxx. Kal. Jan. iv. fer. lun.....Corpus S. Antonii Monachi Divina revelatione repertum, Alexandriam perducitur, et in Ecclesia S. Johannis Baptiste humatur.

An. D xxx i. Kal. Jan. v. fer. lun. ix. In hoc anno Dionisius Pascales scripsit ciclos, incipiens ab anno Dominice incarnacionis DXX, qui est Dioclesiani CCXLVI. (6)

An. D xxx ii. Kal. Jan. vii. fer. lun. xx. Bel. *Eiblinde ria Muirceartach mc Erce ocus Cath muige Ailbe for Laigniu, ocus Cath aidne for Connacht, ocus*

---

(1) Johan. 1. Papa creatus ann. 523. tenuit S. Sedem 2. an. et 9 mensibus. *Art de. V. les dates,* t. 1, p. 239. (2) Vid. supra ann. 523.

(2) Justinus i obiit ann. 527, post annos regni ix, et dies 21. *Art de V. les dates.* ib.

(3) In anno obitus S. Albei conveniunt Innisfallenses. Vid. N. in fine hor. Annal.

(4) Felix iii, Johanni i, suffectus ann. 526, sedem tenuit ann. 4, mens. ii. ib.

(5) Lege *Mochtæ* pro Mochod ut in Adamn. Præf. 2, et in Cuminei vita Columbæ, c. 2, in Triad. p. 329. Vid. ann. 527, et 534, ubi vocatur *Macutenus.*

(6) Lege—DXXXII, *qui est Dioclesiani* CCXLVIII.—Ita *Tigernach* Cod. Bodl. fol. 8, Col. 3, et *Dionysius* ipse inquit " *Nos a* CCXLVIII *anno ejusdem Tyranni inchoantes*" *Dionysii* Epist. 1. edit. Petav. in Append. operis de *Doctrina Temp.* p. 874, et Dissert. Prælim.

Cath alnuighe, ocus K. Cinneich for Laigniu, ocus orgain na cliach ocus K. atha Sighe, Murceartach mc Erca vic fuit. [Prælium Eblinense a Murcertacho filio Ercæ gestum, et Prælium Campi Albei contra Lagenienses, et prælium Adne contra Connacienses, et prælium Alnuighe, et prælium Cinneich contra Lagenienses, et deprædatio regionum Cliach, et prælium vadi lemurum, Murcertach filius Ercæ victor fuit.] (1)

An. D xxx iii. Kal. Jan. i. fer. lun. i. Demersio *Muircertaig*, filii *Erce*, in dolio pleno vino, in arce *cletig*, [sletty] supra *Boin.* (2) Quies *Ailbe imlecha Ibair.* [S. Albei Abbatis Imlecensis Monasterii S. Ibari] Bonifacius Romanus Eps. sedit annis duobus, diebus xxvi, sepultusque est in Balica B. Petri Apli. (3)

An. D xxx iv. Kal. Jan. ii. fer. lun. xii. Dormitatio *Mocta* discipuli Patricii, xiii Kal. Sep. sic ipse scripsit in Epistola sua "Macutenus peccator presbiter, S. Patricii discipulus, in Dno. salutem." (4) *Bel loch Ara moire eit daimb. ria Tuatal Mael garb for cianachta.* (5) *Cath aiblinne ria Murceartach mc erca for Laigniu.* [Prælium lacus Aræ magnæ inter duo flumina gestum a Tuathalio Maelgarb, rege Hiberniæ contra Cianachtenses. Prælium Eblinense a Murcertacho filio Ercæ gestum contra Lagenienses.]

An. D xxx v. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxiii. Huc usq. Marcellinus perduxit

---

(1) Pro *Ebline* et *Muige Ailbe* et *Aidne* et *Alnuighe*, &c. &c. Hic semel, et pro semper observo recurrendum esse, ad Glossar. Topgr. Pro "*for connacht*" Cod. Clar. 49, habet *contra celmanenses*, mendose. Prælium vadi *lemurum* deest ibid. Concordat Codex Bodleianus Ultoniensium non solum cum *Tigernacho*, et iv *Magistris*, sed etiam cum *Ceandfaeladio* cujus hoc distichon extat in eorum Annalibus in Bodleiano, et Stowense,

"*Conadh dona Cataibhsin at beart Cendfaoladh*
"*Cath Cinneich, Cath Almaine, ba haimsir airdc. aimre*
"*Orccain Cliach, Cath Aidhne, agus Cath Maighe Hailbe.*"

Prælium *Cinnech*, Prælium *Almain*, tempus erat arduum discordiis.——Strages Cliachensis, Prælium Adne, et Prælium campi Alb.——Sicut de præliis istis cecinit Cendfaelad.

(2) Tigernach inquit, "Anno 533 *badugh Muirceartaig m. Erca atel chuma fina aidche Samhna amullach Cletig uas boind.* [Dimersio Murcertagi filii Ercæ in dolio vini, in vigilia Festivitatis Paganorum quod *Samhin* dicitur, in arce collis Cletig supra flumen Boin.] Eadem habent iv Magistri, Amborum Annales in Bodleiano, et in Stowensi, provocant ad testimonium vetustum et prope æquale *Cendfaeladii*, cujus ipsa verba adducunt.

(3) Boniface ii, successeur de Felix iii, fut ordonné l'an. 530. Il mourut l'an. 532, suivant *Bianchini*, et *Pagi.*" *Art de V. les dates*, t. 1, p. 240. (4) Vid. not. ad ann. 527.

(5) "*A Tuathalio Maelgarb, mac Cormac Cact, mc Carbre, mc Neil.*" Cod. Clar. 49.

Cronicam suam. (1) Mercurius qui et Johannes, natione Romanus, Romane Eccl. Eps. sedit annis duobus, m.sibus iv, et d. vi. Sepultus est in Basilica B. Petri Apli. (2) Perdicio panis. *Aill.* Eps. Ardmach obiit. Vel hic *badhadh M. certaic ic Erca,* [demersio Murcertachi filii Ercæ,] secundum alios.

An. D xxx vi. Kal. Jan. v. fer. lun. iv. *Bel. Eibline montis* [Prælium montis Eblinensis] *Tuathal Mael garb* regnavit an. xi. (3) Vel hic dormitatio S. *Moctc.*

An. D xxx vii. Agapitus natione Romanus, Rome Eccl. Eps. sedit m.sibus xi, dieb. viii, et in Basilica B. Petri Apli sepultus est. xxvi dies Bonifacii, et iv Menses, et sex dies Mercurii, et xi menses, et dies viii Agapiti efficiunt annum, et iv menses, et x dies. Bellum *Cloenlocha,* ubi cecidit *Maine ic Cerbhail.* [Maine filius Cerbalii.] Mors *Comgaill mc Domaingairt,* xxxv anno regni.(4)

An. D xxx viii. Perditio panis. Bellum *Loch Air* [Lacus Arræ.] *Tuathal Maelgarbh* victor erat, ut alii dicunt. Silverius, natione Romanus, sedit anno uno, mensibus v, diebus xi. (5) Conf.....(6) obiit.

An. D xxx ix. Nativitas S. Gregorii, Rome. Vigilius natione Romanus,

---

(1) Chronicon Marcellini incipit ab ann. 379, ubi desinit Chronicon S. Hieronymi—Explicit ad ann. 534, sub iv consulatu Justiniani, et anno viii sui Imperii. Editum est ab Antonio Schoonbovi, postea a J. Scaligero, sed melius a Sirmundo An. D. 1619.

(2) Jean ii, surnomme Mercurius, fut ordonnè Pape l'an 533 le 22. Jan. Il mourut l'an. 535, le 27 Mai, apres avoir tenu le S. Siege 10 Mois, 19 Jours. *Art de V. les dates,* t. 1. Agapit fut ordonnè le 3 Juin 535, et tint le S. Siege 10 Mois, 19 Jours, et mourut le 22 Avril, de l'an 536—ib.

(3) "Animosus, seu *Anamchodh,* Episcopus Kildarensis qui obiit juxta iv Magistr. ann. 980, inquit." "Anno xxx, post obitum S. Patricii, regnante in Themoria Regum Hiberniæ Murchiarta mac Erc cui successit in Regno Tuathal Moelgarbh, obiit S. Brigida. Vit. S. Brigidæ in Triad. c. 99, p. 562.

(4) Cod. Clarend. 49 habet. "Mors Comgaill mc Domaingairt *ri Albain*" manu recentiore, sed recte. *Comhghall* enim, filius *Domhangardi,* filii *Feargusii,* filii *Erici,* filii *Eochodii Muinreamhair,* de semine *Conarii* ii Regis Hiberniæ, patri Domhangardo successit, Rex Scotorum Albaniæ, cui successit frater ejus *Gabhran,* filius *Domhangardi.* Vid. infra ann. 541, 544, 559. Varios ei tribuunt annos, ex variis Codicibus, hi Annales ad ann. 537, 541, 544, 557, 559, et 579. Obitum ejus refert *Tigernach* ad eundem ann. 537. Cod. Bodl. fol. 8, colum. 4.

(5) Silverius, juxta Pagium, ordinatus Papa lvii die 8 Junii, anni 536, obiit die 20 Junii, anni 538. Vigilius ei suffectus, obiit Syracusis, anno 555. *Art de V. les dates,* t. 1, p. 241.

(6) Hic desunt quædam literæ in Codicibus Bodleiano, et Clarendonianis.

Eps. Romane Ecclesie, sedit an. xiv, mensibus vi, diebus xxii. Siracusiis defunctus, via Salaria sepultus est.

An. D xl i. Mors *Comgaill ic Domangairt* [Comgalli filii Domangart.] Albeus pausat.

An. D xl ii. Bellum *tortan ria Laigniu*, [Prælium Tortan, gestum a Lageniensibus,] Ubi cecidit *Mac Erce*, filius *Aill. Molt.* Bellum *Sligide*, [Sliguntinum] ubi cecidit *Eogan Bel* rex *Connacht*, *Feargus*, *et Domhnall*, duo filii *mc Erce* victores erant, et *Ainmire mac Setna*, et *Ninnend mc Setni.* (1)

An. D xl iii. *Tuathal Maelgarb* jugulatus est, *an Greall.-alta*, *la Maelmorda* [apud Greallach alta per Maelmordum] cui successit *Diarmait mac Cearbhail* Rex Hiberniæ.] (2)

---

(1) De *Eogan Bel* Rege Connaciæ, V. not. ad ann. 501, quo *Duach tengauamha*, Rex Connaciæ occisus est. *Eogano* successit filius ejus *Alildus Inbhanda*, cujus obitum in prælio *Cilconerense*, referunt iv *Magistri* ad ann. 544, at hi Annales, melius, ad ann. 549. De *Fergusio*, et *Domhnaldo*, filiis Murchertachi mc Erca agit Adamnan, fere coævus, l. 1, c. 7. unde constat utrumque Prælio *Moinmorense* interfuisse A. D. 563. Annalium Hibernicorum cum *Adamnano*, *Brogano* pio, et *Ceannfacladio* consensus, Regum *Connaciæ*, *Lageniæ*, *Momoniæ*, et *Hiberniæ totius*, nec non et Regum Hibernorum *Albaniæ*, et Insularum, seriem prodit vere venerandam. Vetustas istorum Regum Historias *Hibernice*, et *metrice* sæculo vi scriptas, citat *Tigernach*, quarum disticha nonulla hinc inde profert intellectu difficillima. Extat etiamnum in *Stowense*, opus metricum Hibernicum, *Waræo*, et *Usserio* penitus ignotum, quod *Gildas na naomh ua Duinn*, Poeta Hibernensis, scripsit de eodum argumento ante ann. 1160, in quo ad vetustiora monumenta appellat. *Broganus*, Sæculo vi. et *Ceannfaoladh* vii, pariter ad vetustiora provocant, eorumque disticha a *Tigernacho* citata, cum Codicibus *Stowensibus* ita collimant, ut nullam præbeant ansam de eorum veneranda antiquitate ambigendi.—Vide Codices Hibernicos *Stowenses* No. i, ii, iii, &c. usque ad N. xvii.—De *Fergusio* et *Domhnaldo*, filiis *Murchertachi mc Erca* Regis Hiberniæ, vide plura, in notis ad annos 512, et 549, in hor. Annal. fine, et infra ad ann. 560. Pro variis lectionibus diversorum Codicum, vide quæ dicta sunt in *Dissert. Prælim.*

(2) Omnes antiqui consentiunt *Tuathalium Maelgarb mc Cormaic caich mc Cairpre mc Neill*, Sextum a Niallo magno Hiberniæ Regem, interfectum fuisse anno 543, qui est æræ communis 544. Vid. *Tigernach* Cod. Bodl. fol. 8, col. 1. Inter recentiores consentiunt melioris notæ scriptores, *Flahertheus* p. 430, et *Usserius* Primord. p. 1139. Ei successit eodem anno *Diarmitius* 1. *Cearbeolii* filius, annis xxi. De hoc *Diarmitio* pauca extant in antiquissimo Codice Vitæ S. Columbæ quem *Usserius* edidit, a *Stephano Vito* communicatum, Primord. p. 902, et in antiqua vita *Finiani Clunardensis*, quam ex Johanne Tinmuthensi edidit *Capgravius*, ex qua suam hausit Colganus. Idemque est Rex Hiberniæ qui *Cierano* filio artificis, *Cluan mac nois*, et insulam *Anginam*, cum centum cellis in *Midia*, et *Breagh-muid*, seu *Magh-Breag*, dono dedit, uti tradit Codex vetustus *Navanensis* apud *Usser.* Primord. p. 957, et 1064.

An. D xl ix. Kal. Jan. i. fer. lun. ii. Mortalitas prima que dicitur *Blefed*, in qua *Mobi clarainneach* [Mobeus claudus](1) obiit. Vel hic, Mors *Comghaill ic Domangairt, ic Fergusa Cearebail, ic Conaill-Cremtain, ic Neill naoi giallach.* [Comgalli, filii Domangarti, filii Fergusii Cearbealii, filii Conalli-Cremthan, filii Neilli novem obsidum.] (2) *Diarmait* regnare incipit, secundum librum Cuanac. Vel hic, nativitas Gregorii.

An. D xl l. Kal. Jan. ii. fer. lun. xiii. *Daire Col. cille* [Civitatas, vel Monasterium Roboreti S. Columbæ, hodie *Derry*] fundata est.

An. D xl li. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxiv. *Bel. Sligide* [Prælium Sliguntinum) in quo cecidit *Eogan-bel*, et *Domhnall*, secundum alios.

An. D xl lii. Kal. Jan. iv. fer. lun. v. *Duac* Abbas Ardamacha, *do siol* (3)

---

(1) *Tigernach* inquit—" *Kal. Jan. fer. i. anno postquam Papa Vigilius obiit, Mortalitas magna que Blefed dicitur, in qua Mobi clairinach, cui nomen est Berchan, a Brechano Poeta* obiit." Cod. Bodl. Rawl. 488, fol. 8, col. 4. De Poeta Hibernense Sæculi vi, vid. *Adamnan.* l. 1, c. 32.

(2) *Comhgalli* genus diverse, et mendose, exhibetur in codicibus Clarendonianis, et Bodleiano; accurate in *Tigernacho*, et iv *Magistris.* Filius enim erat *Domhangardi*, filii, non *Feargusii Cearveolii*, ut isti tradunt, sed *Feargusii mor mc Erc*, qui frater fuit *Loarni*, et filius *Erici*, filii *Eochoidh Muinreamhair*, filii *Aengusii Fear*, filii *Feargusii Ulad*, filii *Carbrei Riada* [de quo Bed. l. 1, c. 1.] filii *Conarii* 2, Regis Hiberniæ anno 212,—215, ut in Dissert. Prælim. accuratissime demonstratum est. Porro non est confundendus *Erc*, pater Feargusii, cum *Erica* filia Loarni. Hæc, bis nupta, *Muredacho*, Nialli magni, ex *Eogano* filio, nepoti, genuit *Murcertachum mc Earca*, Regem Hiberniæ de quo supra, ad ann. 512, 519, 532, et 533. Postea nupta *Feargusio, Conalli-Gulbani* filio, et prioris mariti patrueli, filium edidit *Sednæum*, patrem *Anmirechi* Regis Hiberniæ, de quo vide infra ann. 572, et 575, et *Feidhlimium* S. Columbæ Hiensis Patrem, aliosque de quibus extat vetustum tetrastichon his verbis in Codice Stowense, No. xvi, et in *Flahertco* p. 430.

" *Cethre mc la muireadhach, Fri hearc ba sliocht saor,*
" *Fearadhach agus Tigearnach, Muircheartach is Maon,*
" *Cethre mc la Feargus go nearc gcubha ccendna*
" *Breandain agus Lughadh, Fedhlim agus Sendna.*"

AD LITERAM.

Quatuor filii Muiredacii ex Earca, genus erat nobile,
Fearadach et Tigernach, Murcheartach et Maon
Quatuor filii Feargusii ex Earca nati eadem
Brendan et Lugad, Felim et Sedna fuere.

De *Feargusio magno*, filio Erici, et fratre *Loarni*, vide supra ad ann. 537, quo *Comhghall mc Domhangaird* rex Hibernorum Albaniæ obiit, et Dissert. Prælim. ad ann. 503.

(3) *Colla-Uas* regnum Hiberniæ sibi vindicavit circa ann. æræ communis 320, ut ex Tigernacho, in Dissert. Prælim. manifestum est. *Eamaniam* Regum Ultoniæ Regiam, excitante Rege Hiberniæ *Muredach-Tirac*, evertit anno D. 324, vel, ut Flaherteo placet, 347, quo, abactis ultra *Glenrigiam*,

Colla Uais · [de Stirpe Collæ uasii) quievit. *Cluana mac nois* fundata est; vel hic Bellum *Tortan*, et Bel. *Sligide.* (1)

An. D xl viii. Kal. Jan. vi. fer. lun. xvi. Dormitatio *Ciarain mc an tsaoir* (Ciarani filii artificis] anno xxxiv etatis sue (2) *Tigernach Cluana cois.* [Abbas Monasterii Cluanæois in agro Monachann.] (3) Mortalitas magna in qua isti pausant *Colaim* nepos *Cramtain, an Mactail Cillecuilind.* Columba nepos Crimthani, Mactalius Abbas Kilcullensis.) Vel hoc anno *Tuathal Maelgarb* jugulatus fuit (4) *Sincheall mac Ceanandain, Ab Cilleach drum foto ocus Columinn si Cealtra.* (Sinchellus filius Cenandani, Abbas Ecclesiæ de Drumfodda, i.e. de colle longo, et Columba Monasterii de Innis Celtra. (5)

An. D xl ix. Kal. Jan. vii. fer. lun. xxvii. Bel. *Cuile conaire i ceru, u. cec. Aillinbanna ri connacht, agus Aed Fortobol, a brathar, Fergus agus Domhnall ·l· da mac Muirceartach mc Erca.* [Prælium Cillconarense, inter occidentales, ubi cecidit Allinbanna rex Connaciæ, et Aed Strenuus frater ejus. Fergus et Domhnaldus, duo filii Murchertachi filii Ercæ] victores erant. Vel hoc anno quies *Tigernachi.*

An. D l. Kal. Jan. i. fer. lun. ix. Quies Davidis filii *Guaire ic Faranain* Epi Ardmache. (6)

An. D l i. Kal. Jan. ii. fer. lun.....Bellum *Cuilne,* in quo cecidit *Corcu oche Mumhan* [exercitus regionis Corcuochensis Momoniæ] orationibus *Itae Cluana.* [S. Itæ Monasterii Cluanensis] Mors *Fotait,* filii *Conaill.*

An. D l ii. Kal. Jan. iv. fer. lun.....Mors *Eachaich mc Conleid'ri ul;* (7) *agus*

---

et *Neachum* lacum, antiquis Ultoniæ Regibus, dictis *clan Ruidhrigh*, amplam ditionem, a lacu Neach ad austrum, *Orgiellíam* dictam, Anglis *Uriel*, sibi et posteris comparavit.

(1) Mendosa sunt quæ, sub hoc anno, sequntur de bello *Tortan*, in Cod. Clarend. 49, nam filius Ercæ non potuit esse filius Olilli Molt. Regis Hiberniæ.

(2) Cod. Clarend. 49 habet " ann. xxxvii etat sue" ubi vii mendose ponitur pro iv. Scribebant Hiberni numerum iv sic iiii, unde diligenti opus est attentione ne numeri iv accipiantur pro vii et vice versa. Mendosa pariter sunt quæ in Cod. Clarend. 42 habentur " Anno vii, postquam Cluanmacnois construere cæpit" ubi vii mendose legitur pro 1.

(3) Lege " *quievit.*" vid. infra ann. 549. (4) Vid. supra, et melius ann. 543.

(5) Annales iv Magistror. referunt obitum Columbæ istius, recte, ad ann. 548. M S. in Stowense.

(6) Codex Clarend. 49 subjungit " *et Legati totius Hiberniæ*" quæ verba desunt in cæteris codicibus, Bodleiano, et Clarendoniano 42.

(7) " *A quo omnes Eachachii in Ultonia*" Cod. Clarend. 49. Vid. infra ann. 557.

mors *Bic mc Deichi;* mors *Cratumtain mc Briuin.* [Mors Eachachii filii Conledii, Regis Ultoniæ; et mors Becci filii Dechui. (1) Mors Crimthani filii Briuini.] Sic in libro *Cuanac* inveni. Reliquie *Patric do tabhairt iscrin ieinn tri fichet bl. iar netsecht pr. la Col. Cill. tri minna uaisle do fagbhail isinadhnacal ·l· in coaeh, ocus Soiscela in d aingil, ocus clocc inoideachta. Samhl so ro fogail in taingel do Col. Cill in* iii *minna ·l· in coach do Dun, ocus clocc in aidechta do ardmacha, Soiscel inn aingil do Coluim cille fein. is aire do garar Soiscel in aingil de, ar is a laim in aingil arroet Col. Cill he.* [Reliquiæ Patricii translatæ in Scrinium, post lx annos a Patricii obitu, per S. Columbam. Tres reliquiæ magni prætii inventæ in ejus sepulchro, i. e. Phiala, Evangelium Angelicum, et Cymbalum, seu campana admonitoria. Hoc autem modo ordinavit Angelus S. Columbæ cill ut distribuerentur. Phiala Duno, Campana Ardmachæ, et Evangelium Angelicum sibimet ipsi. Ideo autem Evangelium Angelicum appellatur, quia e manu Angeli id accepit Columba Cill.] (2)

An. D l iii. Nativitas *Lug mc Cuochae.* [Lugadii filii Cuochae.] Pestis que vocata est *in Samthrosc*, i. e. Lepra. (3)

An. D l ib. *Cathal mc Fergusa* Eps. *Achidcinn* obiit. (4) *Colman mar mc Diarmata derg, ic Fergusa Cerbheoil, ic Conaill Cremtaine, ic Neill* ix *n giall.* [Colman magnus, filius Diarmitii rufi, filii Fergusii Cearveolii, filii Conalli-Crimthani, filii Neill novem obsidum] quem *Dubsloit* jugulavit. (5) Ecclesia *Benchuir* fundata est. (6)

---

(1) " De obitu *Becci filii Deicui*, IV. Magistror. Annal. ad ann. 557 inquiunt. " *A naoi decc do Diarmaitt, S. Bec mc De, faidh oirderc, decc.*" i.e. [Diarmitii Regis ann. 19, *S. Bec*, filius *De*, Propheta celebris, decessit.] Concordant Martyrologia, *Tamlactense, Dungallense, Mariani,* et *Maguirii.* Triad. p. 450, num. 59.

(2) Reliquiam *Coach* memorat Prophetia *Calyeni* Hibernice scripta, vid. *Bibliothecam Hibernico Cotton.* Vespasian E. ii. MS. in Stowense. *Calyenus* Sæculo 7 floruit, vid. Vit. v. Columbæ, Triad. p. 391. " Extant apud me ejus acta, Patrio sermone scripta, [inquit Colgan] in quibus multa leguntur de prophetia hic memorata" *O'Donnell*, qui vitam Columbæ Hibernice edidit anno 1520. " Extant, inquit, *Cullino* attributi Hibernici versus." Triad. p. 391.——De *Cymbalo* S. Patricii, vid. *Jocelin*, c. 140, et 173, et *Erinum*, Triad. p. 138.——De *Evangelio*, vide supra ann. 488, et Dissert. Prælim. Ex his constat Patricium obiisse anno 493.

(3) Concordat in voce *Samthrosc*, et in anno, *Tigernachi* Codex Bodl. fol. 9, col. 1, lin. 20.

(4) Vid. *Glossar. Topogr.* voce *Achadhcinn*, et iv *Magistror.* Annal. ad ann. eundem 554.

(5) " *Dubsloit*" deest in Codice Clarend. 49. Tigernach inquit—" *Kal.* 1, *Jugulatio Colmain mac*

An. D I b. Kal. Jan. vii. fer. lun. iv. Pelagius natione Romanus, sedit annis xi, diebus xviii. Sepultus est in Basilica B. Petri Apli. (1) Mortalitas magna hoc anno, i. e. *in Crom. Conaill*, i. e. *in buidhe Conaill.* (2)

An. D I bi. Kal. Jan. ii. fer. lun. xv. Mors *Fiachach*, nepotis *Ibdaig*, regis Ulad.

An. D I bii. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxvi. Jugul. *Colmain moir mc Diarmata* (3) *Cena Temra la Diarmait mc Cearbhail, agus* fuga an. flm. *maelcon* [Jugulatio Colmanni magni filii Diarmitii. Comitia Temorensia habita a Rege Diarmitio filio Cearvalii, et fuga ante filium Malconii.] Et mors *Gabrain mc Domangairt.* (4) Brendinus Ecclesiam in *Cluainferta fundat.* Mors *Etach Conlait* regis Ulad. Mors *Big ic De.*

An. D I biii. Ecclesia *Benchair* fundata est. (5)

---

mc Diarmata in c. ru suo o Dubslait h. trena do Cruitneachoibh" Cod. Bodl. fol. 9, col. 1, prope finem, et iv Magistri ad ann. 552.—" *A cctair deec do Diarmait, marbaidh Colmain moir, mc Diarmata in a carpat, la Dubsloit hua Trena do chruithrechoibh. Feis Temra do denamh la righ er Diarmaitt mc Fergusa ceirbeoil*" [i. e. Anno xiv Diarmitii, occisus est Colman magnus filius Diarmitii in curru suo, per *Dubsloit Hua Trena* de gente Pictorum.] Tertio abinde anno, *Tigernach* inquit " *Cena postrema Temrach la Diarmait mc Cearbaill, bass Gabrain mc Domangairt righ Albain.*" [i. e. Comitia postrema Temorensia habita per Diarmat filium Cerveolii Regem Hiberniæ. Mors Gabhrani, filii Domangarti, regis Albaniæ.]

(6) Fundatio Ecclesiæ Benchorensis in Hibernia melius refertur ut infra ad ann. 558, æræ communis 559, uti notat *Usserius* in Indice chronologico ad annum istum.

(1) *Pelagius* Papa lix Vigilio, post tres menses, die Aprilis 16 anno 555, suffectus, obiit die 1 Martii anni 560, post Pontificatum annorum iv, mens. x, dier. xiv. *Art de Ver. les dates*, t. 1, p. 243. Itaque, pro ann. xi. in textu, legendum est ann. iv, m, x. d. xvi.

(2) Hanc mortalitem notant *O'Brien*, in Vocabulario Hibernico voce *Conaill*, et *Llhwyd*, in Archæologia. Tigernachi verba sunt—" K. vii *mortalitas magna .i. in Crom Conaill i. in buidhe Conaill*" fol. 9, col. 1.——IV Magistri inquiunt " *mortl. dar bo hainim an Cron chonaill, agus ba hiside an ched buide Connaill*" [Mortalitas appellata *Cron-conall*, quæ fuit prima flava Conall.]

(3) Vide supra ann. 554, quo Colman occisus est.

(4) *Gaurani* Regis Albaniæ obitum ex Tigernacho supra notavi not. 7, ad ann. 544. Plura de inchoato *Scotorum Albaniæ* imperio, dicta sunt ad ann. 503, et 544. *Flaherteus* recte scripsit *Gauranum* Comgallo fratri successisse anno æræ communis 558. Ex dicendis ad ann. 559 patebit *Gauranum* duobus tantum annis regnasse, et Flaherteum mendose Tigernachi verba protulisse p. 473, itemque, ex Flaherteo, *Pinkerton* Hist. of Scotl. v. 2, p. 112. Vide infra ann. 559. Recentiorum errores indicare, et refellere volumen exigeret.

(5) Hoc anno, æræ nostræ 559, Monasterium celeberrimum Benchorense in Hibernia a Comgallo fundatum fuisse, demonstrant verba *Jocelini* c. 98, iv *Magistror* ad ann. 600, et not. ad hunc ann. in horum Annalium fine. *Balæus* Britannicum *Bangor* ab Hibernico nescivit distinguere, eumque sequitur *Pitæus*.

An. D l ix. *Feis Temhra la Diarmait, agus* mors *Gabrain c Domaingairt*, S. al. *Cath Culcdreimhne.* [Comitia Temorensia habita a Diarmitio, et mors Gaurani filii Domangarti, secundum alios. Prælium Culedrevnense gestum est.]

An. D lx. Vel hic, bel. *Cuiledremhne, for Diarmait mc Ccarbhail.* [Prælium Culedrevnense contra Diarmitium, filium Cearvalii, gestum est.] Ubi tria millia ceciderunt. *Fergus agus Domhnaill da mc ic Erce agus Ainmire ic Setni, agus Nainnid mc Duach* vic. er. *agus Aed mc Each Tirmcarna, ri connacht*, p. orones col. c. vicit.(1) Bel. *Chuile-inusen.* [Fergus et Dovnal-

(1) Prælium hoc gestum est anno æra nostræ 561. Vid. Dissert. Prælim. de Chronologia S, Columbæ, et Adamnan l. 1, c. 7 Triade p. 340. Unde sequitur Prælium *Moinmorense* gestum esse anno 563, quo Columba discessit ex Hibernia. De prœliis *Culedrevnense* et *Moinmorense* vid. plura in notis ad ann. 560, et 562, unde manifestissimi erroris convincuntur ii qui obitum Diarmitii Regis referunt ad ann. 558, cum certo constet obiisse anno 564. *Tigernachi* de prælio *Culedrevne* verba notanda sunt—" K. 1. *Cena p. t rema temrach la Diarmait mc Cearbaill. Bass Gabrain mc Domangairt r. Alban Teiched di Albanchaib ria mbruidi mc Muelcon r. Cruithneck. Bass Curnan mc Aeda mc Each Tirmcarna la Diarmaid mc Cearbaill. Fergus ocus Domhnaill da mc Muircertaig mc earca ocus Ainmire mc Sedna ocus Nindig mc Duach ocus Aed mc Each tirmcarna r. Connacht victores erant per or. oin Col. Cil.*"—[Kal. Januariis in feriam primam incidentibus Comitia postrema Temorensia habita fuere a Rege Diarmitio filio Cearvaolii. Mors Gaurani filii Domangardi Regis Albaniæ. Albani in fugam conversi per Milconem regem Pictorum. Mors *Curnani*, filii Aedi, filii Eachi Tirmcarnæ, *regis Connaciæ*, per Diarmitium filium Cearveolii. Fergus et Dovnall, duo filii Murcertagi, filii Earcæ, et Ainmire filius Sednii, et Nindig filius Duachi, et Aed filius Eachi Tirmcarnæ, rex Connaciæ, victores erant, per orationes S. Columbæ.]—Postea citat quædam disticha poematis a S. Columba scripti de eodem prælio; ac deinde inquit " *Fraochan mc tenusain i se dorinni inairbe ndruadh do Diarmuit Tuatan, mc Demain, mc Sarain, mc Cormaic, mc Eogain i se ro la inairbe druadh dara chenn.*" [i. e. Fraochan filius Tenusani causa fuit expulsionis Druidarum per Diarmitium. Tuatan filius Demani, filii Sarani, filii Cormaci, filii Eogani, fuit qui Druidarum expulsioni præfuit postea. Eadem tradunt iv Magistri, iisdemque verbis, Columbæ poema et disticha pariter proferentes. Adjungunt causam prælii fuisse " *hiccionaidh marbtha Curnain mc Aodha mc Eathach tiorm carna for faosamh Coloim cille do ratsat clanna Neil an tuaisccirt, agus Connachta na cathsin cula dreimhne don righ do Diarmait, agus beos imon cclavinbreith rucc Diarmait ar colom cille im liub. Finden ro Scriobh colom cille gan rathug. dfinden dia n deachsatt ireir n diarmata go ro cviccert. diarmait an mbreith noirdeirc la gach boin a boinn.*" [i. e. Propter occisum *Curnanium* filium Aodhi, filii Eathachi Tiormcarna, quamvis esset sub protectione S. Columbæ, moverunt O'Neillii Septentrionales, et Conachtenses prælium istud Culedrevnense in regem Diarmitium; et insuper, propter adjudicationem injustam quam, partium studio abreptus, fecit Diarmitius contra S. Columbam, in causa Codicis S. Fintani, quem quidam absque ejus licentia transcripsit, qua de causa, ambo ad Regem provocaverunt, Fintano librum, clam e suo codice descriptum, sibi reclamante uti suum. Rex causam Fintano adjudicavit, dicens—*unicuique bovi suum vitulum pertinere.*]

dus, duo filii Murchertachi filii Ercæ, et Ainmire filius Setnii, et Nainnidius filius Duachi, victores erant; et Aed filius Eachi Tirmcarnæ, rex Connaciæ per orationes S. Columbæ cellarum vicit. Prælium Chuileinusen.]

An. D lx i. Vel hic, Bel. *Chuile inusen i tebtai for Diarmait mc Cearbhaill, re n aedh ic Brendain. Diarmait* fugit. *Bel Mona-daire.* (1) [Prælium Chulienusen in Teffia, contra Diarmitium, filium Cervalii, gestum est ab Aido, filio Bendani. Diarmitius fugit. Prælium Monadarense, i. e. Paludosi Roboreti.]

An. D lx ii. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxi. Bellum *Monadaire lotari for Cruitniu re n uib neill in Tuaiscert, Baetan mc Cinn con dibh cruitnibh nod fic fri cruitniu.* genus *Eog. ocus Conaill* mercede conducti *in alee ocus airde Eolairgg.* [Prælium Monadarense Lothriæ, contra Pictos gestum est ab O'Neillis septentrionalibus, Baetan filius Cin cum pluribus Pictorum occubuit. Victoria de Pictis parta. Tirowenses, et Tirconallenses, mercede conducti, in armenta et montana Eolargorum impetum fecere.] (2) *Eadan mac Fiachrach* [Eadan filius Fiachrachii] moritur. Jugulatio *Colmain moir*

---

(1) Adamnan l. 1, c. 7, inquit "Post bellum Culedrebne, *duobus transactis annis*, quo tempore vir beatus [Columba] de Scotia peregrinaturus, *primitus* enavigavit, quadam die, hoc est *eadem hora* qua in Scotia commissum est bellum quod *Scotice* dicitur *Moina moire*, idem homo Dei coram *Conallo* Rege, filio *Comgil*, in Britannia conversatus, per omnia enarravit tam de bello commisso, quam etiam de illis Regibus quibus Dominus victoriam condonavit, quorum propria vocabula *Ainmircus* filius *Setni*, et duo filii *Maic Erce, Donallus*, et *Fergus*; sed et de Rege *Cruithniorum*, qui *Echodius Laib* vocabatur, quemadmodum victus, currui insedens, evasit." Triad. p. 340. Vide *Glossar. Topogr.* V. *Moin-more*

(2) *Cendfacladii* disticha de hoc prælio extant in iv Magistrorum autographo in Stowense et in *Tigernacho* cujus verba sunt.——"Kal. 1. Navigatio Col. Cille ad insulam Jae etatis sue xlii. *Cath mona daire lothair for Cruithnibh ria nuib neill in tuaiscert andorcratar* vii *righ Chruithnech im aed mbrecc.* *Baedan mc Cuind con dib chruithnibh nod fid fri Chruithniu ocus cenel neogain ocus Conaill id fichsed conducti mercede nalea ocus airda eolairg de quo Cendfaelad cc.* [i. e. Anno quo Kalendæ Januariæ inciderunt in feriam primam, Navigatio, S. Columbæ Cellarum ad insulam Hyonæ, ætatis suæ 42. Prælium Monadarense, Lothriæ regionis [in Albania,] contra Pictos gestum ab O'Neillis septentrionalibus, in quo occisi fuere 7 Reges Pictorum cum Aedo maculato. Baedan filius Conni pugnavit cum Pictis. Victoria de Pictis parta, et Tirowenenses et Tir Conallenses vastaverunt, conducti mercede armenta et montana Eolargorum, de quo Cenfaelad cecinit, &c. "Eadem tradunt iv Magistri variantes tantum in his verbis "*du itturcradar seacht ttoiseach cruitneach*" [in quo occisi fuere septem duces Pictorum] et postea "*agus as don cursoin do rocair do ridhisi nalec agus carn eolairg do clanduib neill an tuaiscert*" [et ea erat vice qua vastata sunt iterum armenta, et colles arte facti, seu munitiones Eolargorum ab O'Neillis septentrionalibus, ut Cendfaelad cecinit.]

ic Diarmata [Colmanni magni filii Diarmitii.] Navigatio S. Columbæ de Hibernia, ad insulam *Jae*, an. et. sue xlii. (1)

An. D lx iii. Kal. Jan. iii. fer. lun. ii. Ventus magnus factus est. Mors *Laisre o daiminis* [Lasreani, seu Molassii, Abbatis Monasterii de Damhinis, i. e. insulæ bovis.] (2) Vel, hoc anno, *Brenain* fun. eccliam *cluana ferta* [Brendanus fundavit Ecclesiam Cluanæfertæ.] (3)

An. D lx iv. Kal. Jan. v. fer. lun. xiii. Occisio *Diarmato mc Cearbhuill la haed dubh ic Suibne.* [Diarmitii filii Cearvalii, per Aidum nigrum filium Subnei,] cui successerunt duo filii *Mac Erce*, Fergus et Domhnaldus. (4) Quies *Brandain Biror*, ut alii dicunt. (5) *Bel. Gabhrea Liphi*, [Gauranum Prælium prope flumen Liffi,] et mors *Dainini Daimairgit.* (6)

---

(1) dissert. Prælim. constat S. Columbæ enavigationem primitus, recte referri ad hunc ann. nostræ æræ 563, Secundum post prælium *Culedrevne*, in quo Rex Connaciæ, *Eachad Tirmcarna* victor evasit. Confer Adamn. l. 1, c. 7. vide supra not. ad ann. 561.

(2) Vid. *Glossar. Topgr. V. Damhinis.* Obitum Lasreani, sive Molassii, fundatoris hujus Monasterii, referunt iv Magistror. Annales autographi, MS. in Stowense, ad eund. ann. 563.

(3) IV *Magistri* referunt fundatum Monasterium hoc Cluanfertense ad ann. 553, et obitum *S. Brendani* ad ann. 576. Conveniunt hi Annales in anno obitus 576. Alius est *Brendan Birrensis.* Vid. ann. 564, 571, et *Biblioth. Hibernico Cotton.* Tiberius D. iii. et E. i. MS. in Stowense.

(4) " *Aidus* niger, gente *Cruthinius*, qui et *Diermitium filium Cerbuill*, totius Scotiæ regnatorem, Deo auctore ordinatum, interfecit" *Adamnan*, testis cœvus, in Vit. Columbæ, l. 1, c. 36. Errant ergo qui, cum iv *Magistris*, obitum Diarmitii referunt ad ann. 558. In reliquis, ad Diarmitii mortem spectantibus, fide digni sunt. " Do *cear la haodh ndub mc Suibhne, ri dalnaraidhe, ag* " *raith bicc hi moigh line. tucc a cend go cluain mc nois, go ro hadnachtinnte, hadnacht a colann hi* " *ccoindere.* [Occisus est per *Aid nigrum*, filium *Subnei*, regem Dalaradiæ, apud *Rath-beg*, in campo " Line. Translatum est caput ejus *Cluanam mc Nois*, ibique sepultum, Corpus vero in Ecclesia *Con-* " *nerensi*" De Rege *Diarmitio* notanda sunt quæ narrantur in vita antiqua *S. Ruani*, quod, cum quendam reum violenter ex *Ruani* Monasterio extraxerit, et ipso *Ruano* Abbate, aliisque monachis reclamantibus, qui eum *Temoriam* usque sequti sunt, spretis eorum precibus, jusserit occidi, *Ruanus*, et Monachi *Temoriam* maledixerunt; unde a *Diarmitii* morte, *nullus Regum sedit Temoriæ*, sed Regni sedes, ad alium locum, haud procul distantem, translata est, et inde postea ad diversa loca, quorum unus antiquissimus videtur fuisse *New Grange*, omnes vero in Midia Orientali, Provincia Sacra Regum Hibernorum. Hinc videtur, paulo post Diarmitii tempora scriptum fuisse hymnum Hibernicum quem *Ficcho*, S. Patricii discipulo adscribit Usserius Primord. p. 818, ut hic versus hymni indicat " *nim dil cidh ditrubh Temair*" [haud gratum mihi quod Temoria deseratur.] Vid. hymnum *Fiechi* Triad. p. 3, et Dissert. nostr. *de Religione Ethnicor. Hibern.*

(5) Sedulo distinguendi sunt duo Brendani, *Birrensis* filius erat *Luagnei*, de quo Adamnan, in Vita Columbæ l. 3, c. 3, p. 364, c. 11, p. 356, " Brendanus illius Monasterii, fundator quod Scotice *Birra* nuncupatur" hodie *Birr*, vid. *Glossar.* Obiitque ann. 571, juxta hos Annales, et IV Magistros,

An. D lx. Kal. Jan. vi. fer. lun. xxiv. *Bel. Gubhre Liphi. Fergus agus Domhnall vic.* [Prælium Gauranum, prope flumen Liffi, Fergus et Dovnaldus victores erant.] Mors *Domhnaill, fli Muircheartach, ic Erca*, cui successit *Ainmire ic Setni.* Justinus minor annis xi, ut Beda dicit, regnavit.

An. D lx vi. Kal. Jan. vii. fer. lun.....Johannes, natione Romanus, sedit annis xii, mensibus xi, diebus xxvi, et in Basilica B. Petri Apli. sepultus est. (1)

An. D lx vii. Kal. Jan. i. fer. lun. xvi. *Fecht in iardomhain la Colman mbecc mc Diarmato, agus Conall ic Conghaill.* [Exercitus navalis prædatorius ductus in occidentalem plagam a Colman parvo filio Diarmitii, et a Conallo filio Congalli.] (2)

An. D lx viii. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxvii. Occisio *Ainmirech ic Setna, la Fergus mc Neilleni* (3) [Occisio Ainmirechi filii Setni, a Fergusio filio Neilleni.]

An. D lx ix. Kal. Jan. iv. lun. ix. Jugul. *Fergusa ic Neillein. Oena Ab Cluana mc nois, agus Itea Cluana Creadail* [Jugulatio Fergusii filii Neilleni. Oena Abbas Monasterii Cluanæ mc nois, et Itea Cluanæ-creadalensis monasterii] dormierunt. *Gildas* obiit (4) *Aedan hi Fiachrach* [i. e. Aedan de Stirpe Hi Fiachrach] obiit.

---

die 29 Nov. Brendanus *Cluanfertensis* filius erat *Findlogæ*, V. Cod. MS. Vitæ ejus apud Usser. Primord. p. 110, 255, et 1053; obiitque anno 576, xvii. Kal. Junii, Æræ Com. 677, die Dominica.

(1) Desunt anni 566, et 577, in Cod. Clarend. 49.

(2) IV *Magistrorum* verba notanda sunt—"*Mur coblach la Colman mbecc mc Diarmata mc Fergusa Cerbeoil agus la Conall mc Comgaill toiseach Dal riada hi Soil agus in Ile co ttardsat edula iomdha ciste.*" [i.e. Navalis expeditio maritima ducta a Colman parvo, filio Diarmitii, filii Fergusii-Cerveolii, et a Conallo filio Comgalli, Duce Dalriadæ, in Insulas *Soil*, et *Ile*, unde reduxerunt prædam ingentem.] A recentiorum erroribus notandis abstineo.

(3) Regnavit *Ainmirech* annis 3, cui successerunt *Boethan*, et *Eochan* ann. 3, uti patet etiam ex *Tigernacho*. Cod. Bodl. fol. 9, col. 2, et infra ad ann. 571. Convenit *Vita Gildæ*, ex Floriacensi Bibliotheca edita, c. 9, et 10. "Eo tempore regnabat *Aimmericus* Rex per totam Hiberniam, qui et ipse misit ad B. *Gildam*, rogans ut ad se veniret" *Adamnan* eum appellat "*Ainmirech*" l. 3, c. 5. et "*Ainmerius filius Setni.*" l. 1, c. 7, Triade. p. 341. Scriptor actorum S. *Colmanni Elo* recte "*Ainmireck.*" *Capgrave* ad Sept. 26, ex Tinmuthensi.

(4) Hic est *Gildas Badonicus*, minime cum *Gilda Albanio*, vel aliis *Gildis* Hibernensibus confundendus. Vitam *Badonici* a nullo antiquorum scriptam fuisse existimo. Extat autem libellus ejus Epistolaris "*De Excidio*," unde constat Scriptorem hunc, Britannorum antiquissimum, anno prælii Badonici natum fuisse, quod "*quadragesimo circiter et quarto anno adventus Saxonum in Britanniam*"

An. D lxx. Kal. Jan. v. fer. lun. xx. A morte Patricii c. anni. (1) Vel hoc anno quievit *Molaisse Daiminse* (2) [Molassius Abbas Monasterii *Damhinis*.]

An. D lxx i. Kal. Jan. vi. fer. lun. i. Occisio *Da aeic Muirethaig ·i· Boetan mc Muircheartaigh, ocus Eoch, mc Domhnaill, ic Muircheartaig, ic Erca* [duorum nepotum Murethagii, i. e. Boetani filii Murchertagii, et Eochii filii Domhnaldi, filii Murchertagii, filii Ercæ] tertio anno regni sui. *Cronan ic Tigernaig, ri Ciannachtae glen na gevinn* [Cronan filius Tigernagii, rex regionis Ciannachta, vallis Gevinn] occisor eorum erat. *Moena* Eps *Cluana ferta Brenain* [*Moena*, Episcopus *Cluanæ fertæ* Brendani i. e. Episcopus civitatis Cluanfert] quievit. Mors *Demain mc Cairill.* [Demani filii Carilli.] Vel hoc anno, Occisio *Diarmata ic Cerbhaill* [Diarmitii filii Cerveolii.] In hoc anno capta est *in Muirgheilt.* [marinum animal speciei humanæ] (3) Quies *Brennain Buire* [Brendani Birrensis] ut alii dicunt. (4)

---

gestum fuisse, inter Arthurum Regem Britonum et Saxones, ex Gildæ verbis tradidit *Beda* l. 1, c. 16.—At *Gildæ* verba sunt—" *Quique quadragesimus quartus, ut novi, orditur annus, mense jam primo emenso, qui et meæ nativitatis est.*" Quæ verba tempus respiciunt *quo Gildas scripsit*, non quo Saxones advenerunt, ut putavit *Beda*; nihil enim aliud innuit *Gildas* nisi se scripsisse anno 44 post gestum prælium Badonicum.—Atqui prælium istud anno 520 gestum est. Ergo scripsit ista Gildas anno 564, quod cum nostris Annalibus, ejus obitum ad ann. 570 referentibus, apprime convenire manifestum est.—*Gildam Albanium* quod attinet, longe ante Badonicum, et quidem in Hibernia, S. Brigidæ temporibus, Sæculo v floruisse, tradit *Caradocus Llancarvanensis* in Vita Gildæ, quam edidit *Capgravius*. Notam de nomine Hibernico *Gilda*, et de diversis Scriptoribus Hibernicis isto nomine designatis, in horum Annalium fine apposui ad ann. 569.

(1) Obiit S. Patricius anno Æræ communis 493; unde constat annos tantum 77 interesse usque ad ann. 570. At *Maguir*, a quo hi Annales recogniti fuere, circa ann. 1480, varias variantium codicum lectiones *in ipso textu* reposuit, quod confusionem parit, quæ non nisi pluribus collationibus, et acri diligentia vitanda est. Vide infra not. ad ann. 572, et 602.

(2) *Lasreanum*, seu *Molaisse*, anno 563 obiisse, liquet ex dictis ad annum istum.

(3) Adamnan l. 2, c. 19. " Miræ magnitudinis traxerunt in retiaculo *esocem*" Convenit tempus. De *Esoce* agit *Plin.* hist. Nat. l. 9, c. 1. *Isidorus* l. 20, c. 2, et *Glossæ Latino-Saxonicæ* cap. de Piscibus, *Esocius*, vel *Salmo*. At vox Hibernica *Muirgelt* nequit sic explicari. *Salmo* Hibernice est *Bradan*, ut in IV *Magistr.* Annal. ann. 266. Iidem, ad annum 558, inquiunt " *Isin mbliadhain si rogabadh an muirgelt ·l· liban ·l· Eathach mc Muiredha for trackt ollarbha hilin Beoain mc Inli iascaire Comgaill Bendchair.*" [Hoc anno captum est monstrum marinum quod femina Maris appellatur, ab Eathacho filio Muredhi, prope ostium fluminis Ollarbæ, in retiaculo Beoani filii Inlii, piscatoris S. Comgalli Benchorensis.] Eadem refert *Tigernach*, Cod. Bodl. fol. 9, col. 2. *Muirgelt.*

(4) Brendani obitum referunt ad hunc ann. IV *Magistri*, et recte. Vid. N. ad ann. 564.

An. D lxx ii. Kal. Jan. i. fer. lun. xii. Bellum *Femin*, in quo victus est *Colman* modicus, filius *Diarmata*, et ipse evasit. *ul h. bel Gabhre Liphi for Laighniu ocus bas Domhnaill ic Muirccarth. ic erca, cui* successit *Ainmire ie Setnai ul. sc. bel tola ocus for tola ·i· nom. ca. por. etir eile ocus osraige ocus etir Cluain ferta ocus Saiger. Fiachna ic Buaetain vic. e.* [Vel hic Prælium Gauranum Liffiæ contra Lagenienses, et mors Dovnaldi, filii Murchertachi, filii Ercæ, cui successit Ainmirius filius Setnii. Vel hic Prælium Tolanum, et Fortolanum, quæ sunt nomina camporum inter regionem Elidis et Ossoriæ, et inter Monasteria Cluanæfertæ et Sagirense. Fiachna filius Baetani victor erat.] (1)

An. D lxx iii. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxiii. Bellum *Tola Fortola* in regionibus *Cruitne.* [Pictorum.] Mors *Conaill ic Congaill*, [Conalli filii Congalli] anno regni sui xvi, qui obtulit insulam *Ie Col. c.* (2) [Hionam S. Columbæ.]

An. D lxx iv. Kal. Jan. iii. fer. lun. iv. l. v. Magna *mordail ·i· con. tio Drommacheta* in qua erant *Col. c. ocus mc Ainmireach.* [Kal. Jan. in 3 feriam, et lunam 4, vel 5 incidentibus, magna conventio *Dromcettensis*, in qua erant S. Columba cellarum et filius Ainmirechi, i.e. Rex Hiberniæ, *Aodh.*]

An. D lxx v. Kal. Jan. iv. fer. lun. xv. Bel. *Telocho i Cianntire.* [Prælium Telocho in Cantiria.] Sintilla lepre, et habundantia nucum inaudita. In quo ceciderunt *Duncat mc Conail, ic Comgaill.* [Duncat filius Conalli filii Congalli] et alii multi de sociis filiorum *Gaurain.* Mors *Brendain mc Briuin* [Brendani filii Briuini] Vel hic, Occisio *Ainmireich ic Setna* de q. dm. est.

---

(1) Desunt hæc de prælio *Gaurano, Tola*, et *Fortola*, in Cod. Clarend. 49, sub anno hoc; extant sub anno sequente. Diversos fuisse Codices antiquos ex quibus Bodleianus et Harleiani descripti fuere manifestum est. Vide ann. 570 et 602. IV *Magistri* inquiunt ad ann. 471.—" *Cath Tola ria Fiachna mc Baodain, mc Cairill, for osraig, ocus for elib, ocus ro meab forra. Tola ainim maighe itir Cluainferta Molua ocus Saighir.* [Prælium Tolanum gestum a Fiachna filio Baodani, filii Carill, contra Ossorienses et Elienses, qui devicti fuere. *Tola* appellatur campus inter Cluanferta, Monasterium *S. Moluæ*, et Monasterium *Saighir.*] Eadem habet *Tigernach*, fol. 9, col. 3, lin. 2.

(2) De hoc Conallo, Comgalli filio, vid. Catalogum Regum Scottorum Albaniæ in Appendice, et Chronologiam S. Columbæ in Dissert. Prælim, ubi *Bedæ* error de donatione Insulæ Hyonæ a Pictis, emendatur auctoritate *Tigernachi, Ultoniensium*, et IV *Magistrorum.* Confer quæ supra dicta sunt in notis ad annos 503, 544, et 579. IV Magistrorum verba sunt " *Conall mc Comgaill ri Dalriatta doecc aseiside ro edhbar hi do Coluimcille*" [Conall filius Comgalli obiit, qui Insulam *Hi* obtulit S. Columbæ.]—Conallo suffectus est *Aidan* filius *Gabhrani*, Sextus a Fergusio Rex Scotorum Albaniæ. Vide infra annos 579, 589, et 605.

Femen in tan ro bui ri, nirbo men not noch detlai,
Indiu ifforderg ali, la hanmire mc Setnai.

" Brevi heu tempore quo regnavit ! nullus fuit locus qui non proficeret,
" Hodie manifesta est clara prosperitas, propter Anmireum filium Setnei."(1)

An. D lxx vi. Kal. Jan. vi. fer. lun. xxvi. *Bel. Telocho* [Prælium Telochanum] Initium regni Tiberii Constantini, qui regnavit ann. vii. (2) *Quies Brendain Cluana ferta.* [Brendani Cluanfertensis.] Iugulatio *Aeda ic Eoch tirimcarna la hui briuin.* [Aedi, filii Eachii Tirimcarnei, Regis Connaciæ, ab incolis regionis Hy Bruin] (3) Primum periculum *ulot* [Ultoniensium] in *eufania* (4) Vel hic jugulatio *Fergusa ic Neilleine, ocus Oena ab. Cluana mc nois.* [Fergusii filii Neillenii, atque Oeni Abbatis Cluanæ mc nois.]

An. D lxx vii. Kal. Jan. vii. fer. lun. vii. Quies Episcopi *Eitchen Cluana fota-boetan.* [Etchenii *Cluanæfotæ*, i.e. Monasterii secessus longi S. Boetani.] Reversio *ulot* [Ultoniensium] de *Eamania. Feidlimid fin* [Felim albus] abbas Ardmacha quievit.

An. D lxx viii. Kal. Jan. i. fer. lun. xviii. Quies *Umaniain epi mc nepotis fiatach.* [O'Maniani Episcopi, filii nepotis Fiatachii.] Benedictus, natione Romanus, sedit an. iv, mense i, diebus xxix. Sepultus est in basilica B-Petri Apli (5) Occisio *Aeda mc Geno, ocus mors Bruidgi*, regis nepotis *failgi.* [Aidi filii Genonis, et mors Bruidgii, Regis Progeniei Hy Faliæ.]

An. D lxx ix. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxix. *Bel. droma mineirce* (6) ubi

---

(1) Pro morte *Anmirei*, vide potius ann. 568. Antiquum distichon Hibernicum huic anno appositum extat emendatius in Annalibus IV *Magistror.* et in *Tigernachi* Codice Bodleiano fol. 9, col. 2, sic——

" *Feimin an tan ramboi ri, nir bo mennat nach detlai*
" *In diu as for dergg ali, la hainmire mc Setnai.*"

Confer *Adamnan* l. 1, c. 10, in Triad. p. 341. *Aidum*, filium Anmirei Regem Hiberniæ, sæpius memorat, et *Aidi* filium *Domhnaldum*, Regem Hiberniæ " *valde famosum*" appellat.—Confer ann. 585, et 591, et Catalog. Reg. Hibern. in Appendice.

(2) Tiberius, Imperator creatus die 26 Sept. anni 578, obiit die 19 Aug. anni 582. *Art de V. les dates*, t. 1, p. 413. *Paulus Diaconus* ei tribuit annos 7, quia Cæsar creatus est tribus annis ante mortem Justini, eumque hi Annales non imperite sequntur. *Petavii* Ratio Temp. p. 909.

(3) De *Aedi*, filii Eachi Tirmcarnæ, Regis Connaciæ Prædecessoribus, vide notas ad annos 501, 542.

(4) " *Eamania*" Cod. Clarend. 49, et recte. Vide infra ann. 577. Quæ sequntur in Codice Bodleiano usque ad finem anni, desunt in Clarendonianis.

(5) Benedictus Papa LXI, ordinatus die 3 Junii anni 574, obiit die 30 Julii anni 578. *Art de V. les dates*, t. 1. p. 244.

(6) " *Droma mc Ercc*" Cod. Clarend. 49, et Tigernach Cod Bodl. fol. 9.

Colggu, (1) *fis domhnaill, fli m. c. taig, ic m. eadaig, ic eog cet, aed mc ainmirec vic. fuit. fecht orc* (2) *la hacdan ic gabrain. Ceanalat* rex pictor. mor. [Prælium collis Mineirce ubi Colgga, filius Dovnaldi, filii Murcertagi, filii Muredagi, filii Eoganii cecidit. Aed filius Anmirii, rex Hiberniæ, victor fuit. Exercitus navalis prædatorius ductus ab Aedano filio Gaurani. (3) *Ceanalat* rex Pictorum moritur.]

An. D lxxx. Kal. Jan. iv. fer.....Vel hic bellum *droma m. erce.* Mors *Baetain mc Cairill. fecht orc.* [Prælium collis Minerce, Mors Baetani filii Carilli, Exercitus navalis prædatorius.]

An. D lxxx i. Kal. Jan. v. fer.....*Bel. Manonn,* in quo victor erat *Aedan mc Gabhrain.* [Prælium Mannense in quo victor erat Aedan filius Gaurani, Rex Scotorum Albiensium.] Mors *Fergna mc Caibteine.*

An. D lxxx ii. Kal. Jan. vi. fer. lun. ii. Mors *Feradaig mc Duach r. osraighi.* [Feradagi filii Duachi regis Ossoriæ.] Pelagius natione Romanus sedit annis x, mens. ii, dieb. x. (4) Bellum *Manonn,* et mors *Fergna,* et quies *Brenain* secundum alios.

An. D lxxx iii. Kal. Jan. vii. fer. lun. xiii. Quies *Fergusa* Eps. *Droma leth glaisse* qui fundavit *Cillbiein.* Mauricius annis xxi regnavit, ut Beda, et Isidorus dicunt. (5) Mors *Bruidi mc Maelcon,* regis Pictorum; (6) et mors

---

(1) "*Comgal*" Cod. Clarend. 49. (2) "*Fecht orc*" deest ibid.

(3) De *Aidano*, filio *Gaurani*, vide notas ad ann. 537, 541, 544, 559, et 605, unde constat *Aidanum* sextum fuisse, a *Feargusio* filio *Erici*, Scotorum Albaniæ Regem; eorum nempe qui lingua *Erse*, i. e. *Irish* loquebantur; quorum sedes a freto Dunbritannico ad Insulas occidentales tendebant, et Grampii montis Alpibus, a Pictorum finibus dissociebantur. De his vide plura in Bibliotheca nostra *Hibernico Cotton. Claudius* D. vii, *Nero* D. xi, *Vitel.* A. xx, et E. xi, MS. in Stowense.

(4) Pelagius ii, Papa lxii, ordinatus die 30 Nov. anni 578, obiit die 8 Febr. anni 590. *Art de Ver. les dates*, t. 1, p. 244.

(5) Errat in annis Mauritii *Baronius*. Confer *Bed.* de Sex ætat, edit. Cant. p. 29 cum ejusd. Hist. l. 1, c. 23. et *Petav.* Rat. Temp. p. 910.

(6) Vide not. ad ann. 504, ubi pro "*mors*" legenda est *nativitas* Brudii.

Extant quinque antiqui Regum Pictorum Catalogi. I, *Forduni*, scriptus anno 1385. Vid. *Langbaine*, Elenchus Antiquit. Albion. una cum brevi Regum Pictorum Chronico Londini 1673, 8vo. et *Scotichron.* 8vo. *Hearne*, Oxon. 1722, vol. 2, p. 274; et fol. Edinburgi 1759, t. 1, p. 187. II, *Andreæ Winton*, scriptus eodem sæculo, et optime editus a claris. viro *Davide Macpherson*, Lond. 1799.—III, *Lynchei*, descriptus ex *Nennii* versione Hibernica vetustissima, atque editus anno 1662, in Cambrense Everso pag. 93.—IV, *Innesii*, descriptus ex Registro S. Andreæ anni 1251, editus Parisiis, in opere cui titulus "*Innes's Critical Enquiry*," &c. tom. 2. in Appendice. V, *Chronici Regum*

Feradaig mc Duach regis *Osraighe.* [Feradagi filii Duachi, regis Ossoriæ.] Vel hoc anno quies *Eithcen.* (1)

An. D lxxx iv. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxiv. Quies *ic Nisse* Ab. Cl. mc nois xvii anno. (2) [Quies filii Nissei, Abbatis Cluanensis Monasterii, anno 17 regiminis,] Mors *Aeda Suibne*, regis *Moenn maighi.*

An. D lxxx v. Kal. Jan. iii. fer. lun. v. Occisio *Baetain mc Ninnedha fli Duach, fli Conaill* (3) *l. ic Fergusa Ceannfada*, regis *Temro*, qui uno anno regnavit. *Cumaene mc Colmain big, ic Diarmata, ocus Cumaene mc Libhren, fli Illannon, mc Cerbaill*, occiderunt eum, consilio *Colmain i oc leimin deich.* ul. h. anno *K droma mc erce*—[Occisio Baetani filii Ninnedii, filii Duachi, filii Conalli, vel filii Fergusii Capitis longi, Regis Temoriæ, qui uno anno regnavit. Cumaene filius Colmani parvi, filii Diarmitii, et Cumaene filius Livreni, filii Illanoni, filii Cervalii, occiderunt eum consilio Colmani, i. e. apud locum, saltum bovis appellatum ; vel hoc anno, gestum est prælium *Dromæ mc Erc*, i. e. collis filii Ercæ.]

An. D lxxx vi. Kal. Jan. iv. fer. lun. xvi. Bellum *Dromaethe*, in quo cecidit *Colman bec mc Diarmato, Aed mac Ainmire* vic. erat. *Daig mc Cairaill* obiit, *ocus* in q. cec. *libraen mc illandon ic cearbaill.* l. hc mors *baetain ic cairill* regis *Ul.* [Prælium Dromaethe, in quo cecidit *Colman* parvus, filius Diarmitii, a quo stirps *clan Colman* (4) Aed, filius Anmirechi rex Hiberniæ, victor erat. Daig filius Carilli obiit, et in quo cecidit Libraen, filius Illandoni, filii Cerbalii. Vel hic, mors Baetani filii Carilli, regis Ultoniæ.]

An. D lxxx vii. Kal. Jan. v. fer. lun. xxvii. Quies *Ciarlaen* Epi. Ardmacha. Quies *Senaic* Epi *Cluana iraird.* Mors nepotum *Geno.* Conversio Constantini ad Dnm. et nix magna, et jugulatio *Aedha* nigri, *ic Suibne, i luing.* [filii Subnei, in nave.] (5)

Pictorum ex codice Colbertino ibid. et in *Pinkertonii* " Enquiry into the Hist. of Scotland" vol. 2, Lond. 1789, in Appendice No. x, pag. 481. Vide *Catal.-Hibern.-Cotton.* MS. in Stowense.

Hi omnes inter se dissentiunt, suntque *sæculo* 12 *posteriores ;* nulli igitur Catalogo huc usque edito adhærendum est, nisi conformis sit ei quem exhibent *Tigernachi* et *Ultoniæ* Annales.

(1) Hæc de *Feredaco*, et *Ethcenio* desunt in Cod. Clarend. 49. (2) Vide ann. 590 infra.

(3) " *Conalli Gulban*" Cod. Clarend. 49. *Boetani* II, filii *Ninnedii*, necem referunt IV *Magistri* ad ann. 567, "*anno secundo regni sui.*"

(4) *A quo Stirps Clan Colman* i. e. *O Maleochlain*" Cod. Clarend. 49. et recte, vide infra 592.

(5) *Conversio Constantini* deest in Cod. Clarend. 49. At extat non solum in Codice Bodleiano, ve-

An. D lxxx viii. Kal. Jan. vii. fer. lun. ix. Quies Epi. *Aedha fli. Bricc. Aedh mc brendain* rex *tethba* mor. est. [Aedh filius Brendani, rex Teffiæ, mortuus est.] Eodemque tempore, estas torrida et sicca fuit. (1)

An. D lxxx ix. Kal. Jan. i. fer. lun. xx. Mors *Feidhlimthe mc Tigernaig* regis *Muan.* Bel. *Leithreid la Aedan mc Gabran.* (2) *Bel. maighi ochtair reinbranndubh mc eachfor ui neill.* ul. h. an. quies Fergusa Epi *dromaletglaisse* qui fundavit *cill mbiain.* [Mors Felim filii Tigernagi Regis Momoniæ. Prælium Lethridense gestum ab Aedano filio Gaurani. Prælium campi Ochtar

---

rum et in *Tigernacho*, fol. 9, col. 4. Fuit is, sæculo vi, Rex *Cornubiæ*, tunc *Damnonia*, nunc *Devonshire*; quem *Gildas*, in libello de *Excidio.* "*Tyrannicum Catulum Constantinum*" appellat. Vide *Galfrid.* Hist. Brit. l. 11, c. 4. et *Matthæum Florileg.* ad ann 543. Boethius, nescio qua auctoritate inquit " Pænitentem, abdicato regno, *Secessisse in Hiberniam*, ibique, tonso capite, Christi militiæ se præstitisse" Hist. Scot. l. 9, quod cum nostris Annalibus collimare manifestum est.

De *Aido* Vide ann. 564. Adamnani verba notanda sunt—" Findchanus *Aidum* cognomento ni-" grum, Regio genere ortum, *Cruthinium* gente, de Scotia ad Britanniam sub clericatus habitu secum " adduxit, qui Aidus, valde sanguinarius homo, et multorum fuerat trucidator, et *Diermitium filium* " *Cerbuill*, totius Scotiæ Regnatorem Deo auctore ordinatum, interfecerat, &c.—ordinatus indebite, " dolo lancea transfixus, de prora ratis in aquam lapsus stagneam, disperiit." l. 1, c. 36. Conveniunt IV *Magistri* ad ann. 592. Colganus in nota ad hunc locum, in Triade p. 379, inquit—" Tres alii anonymi authores penes me, qui de Regibus *Ultoniæ* scripserunt, tradunt Aidum in navi a Cruthenis occissum esse." Confer Vetusta poemata Hibernica Cod. MS. xvi, in *Stowense.*

(1) Cod. Clarend. 49 habet "Aengus filius Brendani, Rex Teffiæ, qui dicavit *Dearmagh* Columbæ cill." *Tigernachi* verba sunt " K. iiii. quies *Aeda mc Bric agus Aeda mc Brennain righ Tebhta a drobairt Durmach do Choluimcille.*" [Kal. Jan. fer. iv. Quies Aedi filii Brici, et Aedi regis Teffiæ, qui donavit campum quercuum S. Columbæ"] Cod. Bodl. fol. 9, col. 1.—Postea inquit " Estas torrida et sicca eodem anno."—Anno sequente " K. v. *Cath Leith rig la haedan mc Gabhrain*" et anno inde proximo " K. vi. *Defectio Solis* ·i· *arcra greine* ·i· *mane tenebrosum.*" In Dissertatione Præliminari manifeste demonstratur hos tres annos fuisse Æræ communis 589, 590, 591; cum Eclipsis Solis, quam Tigernach *arcra greine* appellat, inciderit, ex calculis astronomicis, in diem 23 Septembris, hora 11¼ ante meridiem, anno 591, *Art de V. les dates*, t. 1, p. 63. Sequitur ergo *Leithredense*, sive *Miatorum* prælium, in quo *Aidano* Scotorum Albaniæ Regi, " infelix contigit victoria" Primord. p. 1037.] Gestum fuisse anno 591, ut in *Dissert. Prælim.* demonstratum est, ex *Adamnani* l. 1, c. 8. cui titulus est " De bello *Miathorum.*"

(2) Aedanum filium Gaurani a S. Columba, in insula Iona, solemni ritu Regem Albaniæ inauguratum fuisse, et in prælio hoc *Lethredense* " Aedano quamlibet infelici, concessam fuisse victoriam" tradit *Adamnan* l. 1, c. 8. Septimo tamen post obitum Columbæ anno, in alio conflictu totum pene Aedani exercitum periisse, estis est locupletissimus Beda. l. i, c. 34.—De Aedani prædecessoribus, Regibus Scotorum Albaniæ, vide notas ad annos 503, 537, 544, 557, et ann. 559, al. 560, quo Pater et prædecessor ejus Rex *Gabhran* obiit. Item notas ad ann. 573, 575, 579, 581, et infra 605.

gestum a Brandubio filio Eachi contra O'Neillos. Vel hoc anno, Quies *Fergusii* Episcopi Dromæletglass, qui fundavit Kilbian.]

An. D xc. Kal. Jan. ii. fer. lun. i. Defectio Solis, i. e. mane tenebrosum. Vel hic quies *Nissi* Abbatis *Cluana mc nois.* (1)

An. D xc i. Kal. Jan. iii. fer. lun. xii. Obitus *Luigidae Lismoer.* Nativitas *Cumeni* longi. Matutina tenebrosa. (2) Initium regni *Aeda mc Ainmire* [filii Ainmirii.]

An. D xc ii. Kal. Jan. v. fer. lun. xxiii. Mors *Aengusa mc Amalngado.* [filii Amalgadii.] Gregorius natione Romanus, ex Patre Gordiano, sedit an. xiii, m. vi, d. x. Fuit tempore Imperatoris Mauricii, et Foccatis. Secundo anno regni ejusdem Foce, sepultus est in basilica B. Petri Apli ante Secretarium. Sed secundum Bedam, Gregorius quievit xiv anno ab hoc loco infra. Vel hoc anno *Cath beal. da ithle* [Prælium in aditu duorum vaduum,] in quo cecidit *Colman becc ic Diarmata* [Colman parvus filius Diarmitii] a quo *Clan Colman, i. h. Maelachlain* et *Aed mac Ainmire* victor fuit. (3)

An. D xc iii. Kal. Jan. vi. fer. lun. iv. *Bel. Gerrtide ri Ciannachte oc eudonn mor. ro maeb Fiachna ic Baetain, ic Cairill, ic Muredaig Muinderg* [Prælium Gertidii Regis Ciannachtæ apud Eudon grande gestum. Fiachna filius Baetani, filii Carilli, filii Muredagi rufi,] victor erat.

An. D xc iv. Kal. Jan. vii. fer. lun. xv. Quies *Col. Cil.* [S. Columbæ Cellarum] V. Idus Junii, an. etatis sue lxxvi. Mors *Eugain mc Gabhrain.* [Eoganii filii Gabhrani.] Vel h. an. quies Epi *Aedha ic Bricc, ocus Aedha mc Brenainn.* [Aedi filii Bricci, et Aedi filii Brendani. (4)

---

(1) *Nissii* Abbatis obitum referunt IV *Magistri* ad ann. 589. *Alitherum* ejus successorem memorat *Adamnan* l. 2, c. 3. Obitum *Alitheri* referunt IV *Magistri* ad ann. 595. De solis defectu hujus anni vide *Dissert. Prælim.* unde constat annum 590 hor. Annalium, esse Æræ communis 591, eorumque fidem calculis astronomicis confirmari. *Art de V. les Dates*, t. 1, p. 63.

(2) Hic est Æræ communis annus 592, quo, ex calculis Astronomicis constat, Eclipsim solis incidisse in diem 19 Martii, hora 9 ante meridiem, Europæ centralem. *Art de V. les Dates*, t. 1, p. 63. Ergo accuratissime memorant hi Annales " *matutinam tenebrosam.*" ad annum 591.

(3) Quæ extant in Codice Bodl. sub anno 592, desunt in Clarend. 49.——Gregorius Magnus, Papa 63, sedem Petri tenuit a die 13 Septemb. quæ fuit Dominica anni 590, ad diem 12 Martii anni 604 annis xiii, m. vi, d. x. *Art de V. les Dates*, t. 1, p. 245, quæ omnia horum Annalium auctoritatem manifeste confirmant, simul cum duabus Eclipsibus annor, 591, et 592.——*Beda*, et *Smith*, in nota ad Bed. l. 2, c. 1, obitum Gregorii referunt ad ann. 605, sed perperam. Vid. infra ann. 605, et 607.

(4) Ista de duobus *Aidis* desunt in Cod. Clarend. 49. *Fogan* filius *Gabhrani* idem est de quo *Adamnan* inquit " S. Columbam cum prætulisse fratri *Aidano*, at, ab Angelo admonitum, prout *is*

An. D xc ii. Kal. Jan. i. fer. lun. xxvi. *Bel. Ratho in druadh. bel. Airdsendain* [Prælium collis Sancti Druidarum. Prælium Montis Sennani.] Jugulatio filiorum *Aedain ic Brain, ocus Domaingairt. b. Corainn.* [Aedani filii Branii et Domangarti. Prælium Corannense.]

An. D xc iii. Kal. Jan. iii. fer. lun. vii. Occisio *Cumasgaidh mc Aeda la Branduibh mc nechach in Dun Buchat* [Cumasgadii filii Aedi, a Brandubio filio Eachach, in Arce Buchat.] Bellum montis *Cuae* in regionibus *Mumen*, [Momoniæ] ubi *Fiachna mac Baetain* victor erat. Mors *Tibraiti filii Gealggaig*. [Galgachi.] (1)

An. D xc iiii. Kal. Jan. iv. fer. lun. xviii. Quies *Baetini Abb. Jae* [Baetani

---

vitreo ordinationis Regum libro sibi videbatur legere, Aidanum ordinasse. *Adamnan.* l. 3, c. 5. De anno obitus S. Columbæ vide Dissert. *Prælim.*—IV *Magistri* inquiunt ad ann. 592. "*Coluim cille mc Feidlimm aps. Alban. ceanncrabh er moir er agus Alban, iar bpattraicc, decc ina ecclais fein tn Ili indalb, iar san cuicc. bliadhain triochad a oilithre, oidhce domhnaigh do sundr. an 9 la iuni, Seacht mbliadna seacht mogatt a aois uile an tan ro fanidh aspiorait do cum nimhe, am asberar isin rann.*

"*Teora bliadhna bai gan les,—Colum in a duib regles,*

"*Luidh go haingli as achacht,—iar Seacht mbliadhna seacht mogat.*"

"S. Columba cellarum, filius Felimii, Apostolus Albaniæ, Patronus majoris partis Hiberniæ et Albaniæ post Patricium, obiit in Ecclesia propria in Hyona, in Albania, post 35 Peregrinationis annum, in nocte Dominicæ Pentecostes, die 9 Junii, anno 77 ætatis, uti cecinit Bardus in districho

"Triginta annis fuit sine macula, Columba in sua tenebrosa Ecclesia.

"Transivit ad Angelos, ex carcere corporis, post annos 77."

Hoc distichon invenio citatum ex *Chronico Scotorum* ab O'Brien in Vocabulario, voce *Cacht*. Idem distichon extat in *Tigernacho*, Cod. Bodl. fol. 9, col. 4, lin. 42, ubi obitum S. Columbæ refert, cum *Adamnano*, l. 3, c 28, 30, 31, ad *noctem Dominicæ Pentecostes.*

Aliud de ejusdem obitu distichon venerandæ vetustatis, exhibent IV *Magistri* ex coævo *Dallano* his verbis: "*Dallan Fergaill* dixit hoc *do bhas Choluim Cille* [de morte S. Columbæ]

"*Is leighes legha gan les.—Is dedhail sin era re Iniuais*

"*Is abhran re cruit gan ceis.—Sinde deis air narga inuais.*"

Est medicina Medici sine fructu,—Est decretum istud timor cum mærore,

Est carmen cum cithæra sine gaudio,—Sonus sequens feretrum ad tumulum.

Hinc constat *Citharam* tunc in usu fuisse apud Hibernos.—Porro recte notavit Flaherteus "*Eoganum* Gaurani filium, eodem anno quo S. Columba obiisse, ut habet *Tigernach*" Ogyg. pag. 474.

(1) IV *Magistri* referunt prælium *Dun-bolg*, in quo occisus est *Aod* rex Hiberniæ, ad ann. 594; sed melius hi Annales, cum *Tigernacho*, ad ann. 598. Usserius inquit post cæsum *Aidum*, *Brandubium* Lageniæ Regem, contulisse *S. Aedano* suam civitatem Regiam *Fernam*, in Lageniæ metropolim; *S. Fiecki* sedem transferens a civitate *Sletty*. Primord. p. 965. At ex *Cogitoso*, antiquissimo scriptore edito a *Canisio*, constat translatam fuisse sedem Archiepiscopalem primo a *Slebhtiensi* civitate *Kildariam* sæculo v; inde, sæculo vi, auctore Brandubio, *Fernam*; denuo *Kildariam* a Ferna; ac inde demum, sæculo xii, Dublinium.—Vide *Glossar. Topogr.* Voce *Kildara*.

Abbatis Hyonæ] *Bel. Duin bolg ubi ceci. Aed mc Ainmire la Brandub mc Eachach ocus Beach mc Cuanach* [Prælium Arcis Belgarum, seu Bolgarum, ubi cecidit Aed filius Ammirechi, occisus a Brandubio filio Eachach, item Beach filius Cuanach] rex nepotum *mc. Cuais.* (1) *Eoch* Abbas Ardmachæ quievit. Augustinus venit in Angliam. Inicium regni *Colmain rigmedo* et *Aedæ Slainc* simul. (2)

An. D xc viii. Kal. Jan. v. fer. lun. xxix. *Ailitir*, Abbas *Cluan mac nois*, pausat. Quies *Cainig inachaidbo* [Canici in Achabo] ut Cuana docet.

An. D xc ix. Kal. Jan. vi. fer. lun. x. Quies *Cainig Sci*, [Canici Sancti] et Bellum Saxonum in quo victus est *Aeda*. Jugulatio *Suibhne mc Colmain moer, ic Diarmata derg, ic Fergusa Cerbhedhil, ic Conaill Cremtaine, ic Neill ix. giall. la haed Slaine, ic bridan for Suainiu ·i· rivulus.* [Jugulatio Subnei filii Colmanni magni, fiiii Dermitii rufi, filii Fergusii Cerveoil, filii Conalli Crimthani, filii Neill novem obsidum, ab Aeda Slanensi, apud Bridan supra Suanium, i. e. rivulum] (3)

An. Dc. Kal. Jan. i. fer. lun. xxi. Terremotus in Bair.....Mors *Brendain mc Coirpri, ic Feicein* [Brendani filii Carbrei filii Fechinii.] Sic inveni in libro *Cuan*. Bellum *Slenne*, et Bellum *Cuile-coil*. Pausa *Comgaill*, et mors *Oddach mac Aeda*. Vel hoc anno, quies *Coluimb. cill* in nocte Dominica.

An. Dc i. Kal. Jan. ii. fer. lun. ii. Quies *Comgail Beanchuir* [Comgalli Benchorensis]. (4) Bellum *Slemne*, in quo Colman *Rimed*, rex generis *Euguin*,

---

(1) i. e. Rex *Orgialliæ*. vid. supra ann. 547, et IV *Magist.* ad ann. 594. Consentiunt *Tigernach*, et iv *Magistri*, qui præterea provocant ad Poetam Vetustum quem "*Ben Aodha*" appellant, qui obitum *Aedi* a Brandubio occisi, duobus distichis a Tigernacho conservatis, enarrant.

(2) Pro *Colmain rigmedo* Codex Clarend. 49 habet mendose "*Colmanni regis Midiæ.*" Augustinus venit in Angliam, testante Beda, anno 14 regni Mauritii, Imperatoris ab Augusto 54, qui regnare incepit anno D. 582. Bed. l. 1, c. 23. Ergo recte tradunt hi Annales in Angliam venisse A. D. 597, qui nostræ æræ est 598. Confer *Bed.* l. 1, c. 25.

(3) Desunt hæc de bello inter Scotos et Saxones in Cod. Clarend. 49, extant autem non solum in Bodleiano, et in Clarend. 42, sed et in Beda l. 1, c. 34, ubi inquit—"Aidan Rex *Scottorum qui Britanniam inhabitant*, in prælio de *Deg sastan* ab *Aedelfrido* victus aufugit, neque ex eo tempore quisquam Regum Scottorum in Britannia, adversus gentem Anglorum in prælium venire audebat." i. e. usque 731, quo, historiam terminans, inquit "Scotti, qui Britanniam incolunt, suis contenti finibus, nihil contra gentem Anglorum insidiarum moliuntur." l. 5, c. 23.

(4) Consentiunt in anno obitus S. Comgalli IV *Magistri*, et Martyrologia antiqua in Triade p. 113.

victor erat, et *Conaill Cuan mac Aeda mac Ainmirech* fugitivus evasit. Bellum *Cuile coil*, in quo *Fiachna mac Demain* fugit. *Fiachna mac Baetan* victor fuit. Mors *Huatach mac Aedo*. Bellum *Ecrois*.

An. Dc ii. Kal. Jan. iii. fer. lun. xiii. Quies *Fintain* filii nepotis *Ecdach*. Bellum *Ecrois* in *muir vire*, inter genus *Coirpri* et nepotes *Fiachrach Muirsce*. *Maelcoth* rex nepotum *Fiachrach* in fugam eversus est. Omnia quæ scripta sunt in anno sequente, inveni in libro *Cuanae*, in isto esse perfecta. (1) *Sinell* Episcopus Campi *Bili*. [i. e. Ecclesiæ Campi arboris monumentarii] *Cath Sleibe Cua in mumain*. [Prælium montis Cua in Momonia.]

An. Dc iii. Kal. Jan. iv. fer. lun. xxiv. Jugulatio *Colmain rimedo mac Baedain Brigi, ic Muirchertaic, ic Erca, ic Diarmada, ic Fergusa Cearbedhil, ic Conaill cuan, ic Neill iv. n giall*;—[Jugulatio Colmanni Rimeda filii Baedani Brigiensis, filii Murchertachii, filii Ercæ, filii Diarmitii, filii Fergusii Cearveoil, filii Conalli Cuan, filii Neilli novem obsidum.] A viro de genere suo, qui dictus est *Loarn de Almana*. Jugulatio *Aeda Slaine o Conall mac Suibne* [*Aedi Slanei* a Conallo, filio Subnei.] qui regnaverunt Temoria equali parte simul. Jugulatio *Aedo Roim*, rex nepotum *Failgi, ifaetgi m. meachach for bru locha Seimdide, Aed Gust, agus Comalta Conall, ocus Baetain bile ro gonsadar* (2) [Jugulatio Aedi Roim Regis *Falgiorum*, in campo filii Maeil-

---

Notker Balbulus in Martyrologio, ad v. Idus Junias, de S. *Columba* inquit—" Comgellum, Latine " *Fausti* nomine illustrem, Præceptorem B. Columbani, magistri Domini et Patris nostri Galli, vir- " tutum suorum quasi unicum [ex Sociis suis] reliquit hæredem."

Jonas etiam tradit " S. Comgallum fuisse S. Columbani Magistrum, in Monasterio cujus vocabulum est *Benchor*" *Jonas* de Vita Columbani c. 3, Cod. MS. Vaticanus sæculi ix, et in edit. Parisense Messinghami.—Ex vita antiqua MS. S. Comgalli, e qua Excerpta edidit Usser. Primord. p. 441 constat—" *S. Comgallum* a S. Fintano, in Monasterio ipsius *Cludnaednach* posito in Aquilonali Lageniensium plaga, juxta radices montis *Bladini*, simul cum S. Columba Hiense socio educatum fuisse." Confer *Adamnan* l. 3, c. 21. cum *Jona* edit. Lovanii 1667, p. 219.

(1) Hæc verba notanda sunt ab iis qui, in errorem inducti a *Colgano*, *Flahertæo*, et aliis, *Rodericum Cassideum*, vel *Augustinum Magriadan*, vel Cathaldum *Maguir* auctorem fuisse Horum Annalium opinati sunt. Constat enim ex his verbis, sed præsertim ex iis quæ in Dissertatione prælimiari produximus, longe aliam esse *Primam* partem Ultoniensium, et *Posteriorem*; et *Cassideum*, et *Magriadam* non *Scriptores*, sed Collectores fuisse, et recognitores utriusque. Vid. not. ad ann. 557, 570, 572, et *Dissert. Prælim.* de Codicibus Annal. Hibern.

(2) Hæc Hibernica desunt in Codice Clarend. 49. Extant autem in *Tigernacho*, et in IV *Magistrorum Annalibus*, emendatius ad ann. 600, his verbis—" *Jar mbeith se bliadna hi righe ner d* " *Aodh slaine mc Diarmata, agus do Colmain Rim. mc Baetain, mc Muircert. mc Muiredoigh*

anii,—prope littus lacus *Semdidii*. Aed Gust, et collactaneus ejus Conal, et Baetan Bile occiderunt eum.] Eodem die quo jugulatus est *Aed Slaine, Aed buidhi ri Ciniul Maine* [Aed flavus, rex Maniorum] occisus est. Mors *Conaill Cuu-m-aeda-mc-Ainmire, Cuu Cen mathair m. e.* [Mors Conalli placidi, filii Aedi, filii Anmirei. Cuu sine Matre mortuus est.]

An. Dc ib. Bellum *Sleibre*, in quo victus est *Brandub mac Etac.* Nepotes *Neill* victores erant. Jugulatio *Brandub mac Eathach, mac Mureadaig, ic Aeda, ic Feidhlim. ic Enna Ceinseallach, ic Labrada, ic Breasail bhel. ic Fiacha baiccedha, ic Cathair moir,* Regis *Laigin*, a genere suo, per dolum. xxx annis regnavit in Lagenia, *ocus a cat nu dam cluanna ro marbh. no gomade Saran Saebderg ·i· oircinneach Seaneacte sine rosmiarfedh*, ut poeta dx.

" *Saran saebderg, seael cose oircinneach Seanboite sine*
E. ni. dalb, gan brandal breth, ro marbh Brandub ic Each.

[Jugulatio Brandubii filii Eathach, filii Mureadagii, filii Aedi, filii Felim, filii Ennei Ceansealach, filii Labhradii, filii Bresalli-Belac, filii Fiachi Claudi, filii Cathirii Magni regis Lageniæ, a viro de genere suo, per dolum. Triginta annis regnavit in Lagenia, et in prælio Dam-cluanense occisus est, consilio, uti fama est Saranni-Saebderg, Præpositi generalis Monasterii monumenti vetusti, ut poeta cecinit,

" *Saran-Saebderg* (1) doctus Præpositus Monasterii monumenti vetusti,
" Non falsa cano, is fuit qui, animo iniquo, occidit Brandub filium Each." (2)

" *mc Eogain, mc Neill, do cer dan Colman Rimhedo la Lochan Diolmana, Torcair Aodh Slaine la* " *Conall nguilbinn mc Suibne, mc Colmain moir, no bicc, mc Diarmata, mc Cearbhuill, ag loch Sem-* " *didhe. Aodh Gustan Comalta Conaill, agus Baothghal bile ron guinsetar. con adh dia n oidhcthaibh* " *as ru br " Ce du Righe".....Conall mc Suibne din do marbh Aodha roin toiseach ua Failge hi Faitce* " *mc meucnain agus Aodh Buidhe toiseach ua Maine isin lo cetna in ro marbh Aodh Slaine lais."*—

(1) *Saeb-derg*, ad literam, *manus rubræ*.—Pro *Monasterio Seanboath* vide *Glossar.*

(2) Idem distichon, et duo alia ejusdem Poematis, extant in IV *Magistrorum* autographo in Stowense ad ann. 601, et in *Tigernachi* Cod. Bodl. fol. 10, col. 2. Nomen auctoris tradit *Tigernach* " *In caillech Laign*," et IV *Magistri* sic " *Laigneann Sain redach ro raidh inuso*" [*Lagneann*, vetustus commemorator metricus, metrice scripsit hæc.]

Voces *Oircinneach*, et *Comhorba* sæpe recurrunt in nostris Annalibus. Aliqui vocem *Oircinneach* derivatam putant ab *Archidiaconus*. At, sic, scriberetur *airchidneach*, non *oir*, vel *air-chinndeach*, quod ab *ard* præcipium, et *cinndeach* caput; corrupte *Erenach*, ut in J. Waræi Antiquitatibus, Lond. 1654,

An. Dc b. Quies *Bengnai* Abb. *Bennchair.* Mors *Aedain mc Gabrain* (1) [Quies benigni Abbatis Benchorensis. Mors Aedani filii Gaurani] et jugulatio filiorum *Baetain mc Ciarill* [Baetani filii Ciarilli.] Secundo anno *Foice* Imperatoris Gregorius Papa migravit ad Dominum. Bonifacio rogante, statuit (2) sedem Romane Ecclesie caput esse omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constantinopolitana primam esse omnium scribebat.

An. Dc bi. Vel hic quies Gregorii.

An. Dc bii. Kal. Jan. ii. fer. lun. ix. Mors *Fiachcrait mc Baetain la Cruitniu*, [Mors Fiachrati filii Baetani occisi a Cruthniis, i. e. Pictis,] et quies *Aedain mc Domhnaill.* Sabinianus, natione Tuscus, sedem Petri tenuit anno i, mensibus v, diebus ix. Sepultus est in Basilica Petri. (3)

---

c. 17. Munus erat non ecclesiasticum sed mixtum, partim ecclesiasticum, partim civile; non istius generis Diaconorum, qui, ordinibus sacris honestati, rebus sacris ministrabant; sed meri Laici, qui, jure hæreditario, prædia Ecclesiastica, et Zenodochia, Diaconias inde appellata, curabant. Uxoratum fuisse *Oircinndeachum* constat ex IV *Magistror.* Annal. ad ann. 1133.

Porro, de *Brandubio*, Vita Antiqua *Moedoci* edita a *Capgravio*, inquit c. 24,—" Occidit ipsum Regem Hiberniæ *Aedum filium Ainmirech.*" Vide supra ann. 596. Consentiunt IV *Magistri* ad ann. 594, et *Tigernach*, qui præterea testimonium afferunt vetusti Poetæ quem " *Ben Aodha*" appellant.

Colgan inquit " tres alios anonymos sed vetustos penes se auctores, consentire in morte Brandubii, cum Catologo Regum Lageniæ per *O'Duinii.*" Acta p. 220. *O'Duinii* Catalogus etiamnum extat in *Stowense*, metrice, et Hibernice scriptus sæculo xi. Vide Cod. MS. *Stowens.* No. xvi.

(1) De Regum Scottorum Albaniæ, successionibus, ordine, et numero, vide annos 503, 537, 541, 544, 557, 559, 561, 567, 573, 574, 575, 579, 581, 589, 594.—*Conal*, Aidani prædecessor, obiit anno 574, regni xvi. Regnavit abinde *Aidan* usque ad ann. 606. Confer Adamnan. l. 1, c. 9, l. 3, c. 5, cum Beda, l. 1, c. 34, et l. 5, c. 24. Pro Aidani successore vide ann. 621 infra.

(2) Lege *Phocas.* Hæc verbatim extant in *Paulo Diacono* de Gest. Reg. Longobard. l. 4, c. 37. V. *Labbe* Concil. t. 4, p. 95. *Beda* inquit " Prælium *Degsastan* gestum fuisse Ann. D. 603, " *Focatis anno primo*," l. 1, c. 34. Fordonus inquit l. 3, c. 31, Eugenium *Aidani* filium ei successisse anno, non 106, uti scribit *Smith* in nota ad Bedam l. 1, c. 34, sed 606, et " *Regiones Saxonum* et Pictorum, *gravibus irruptionibus* infestasse." Sed hoc asserit falso, non solum contra Bedam, l. 5, c. 24, et l. 1, c. 34, sed contra *Adamnanum*, et omnes antiquos!

(3) *Sabinianus*, Papa 64, ordinatus ann. 644, die 13 Sept. obiit ann. 606, die 22 Febr. *Pagi*, Critica in Baron.—A quo tamen dissentiunt Benedictini. " Obiit Gregorius ann. 604, die 12 Martii." *Art de V. les dates*, t. 1, p. 246, ergo *anno* 2 *Phocatis* ib. p. 415. Beda inquit " Anno Dominicæ incarnationis 605, B. Papa Gregorius postquam sedem Romanæ et Apostolicæ Ecclesiæ xiii annos, menses vi, et dies x rexit, defunctus est," l. 2, c. 1. Ita et Paulus Diaconus Bedam secutus. Johannes Diaconus, et plerique alii ann. 604. Indict. vii. et recte, vide supra ann. 592, et infra ann. 612, et notam præcedentem ad ann. 605.

An. Dc viii. Kal. Jan. iv. fer. lun. xx. Occisio *Seachnasaig mc Garbain*, et mors *Conaill mc Daimein*, et quies *Lugdach mc Cuochae.*

An. Dc ix. Kal. Jan. v. fer. lun. i. Mors *Aedo mc Colggen*, regis *na-naairtir* [orientalium] (1) Mors *Sillain, ic Cumminn, abb. Bencoir.* [Sillani filii Cumminii, Abbatis Benchorensis.] Mors *Maelchumai mc Baetain. Senac*, Abbas Ardmaca, quievit. (2) Finis Cronici Eusebii. (3)

An. Dc x. Kal. Jan. vi. fer. lun. xii. Fulminatus est exercitus *Uloth Baircni* (4) fulmine terribili. Mors *Maeileduin mc Aleni* regis *Mogdornea;* et mors *Eugain mc Eachach Laibre.* Quies *Colmani Elo.* Sic est in libro *Cuanac. Aed-Roim*, et *Aed Laigen.* (5)

An. Dc xi. Kal. Jan. vii. fer. lun. xxiii. Mors *Aedo* filii *Domhnaill*, regis *Temro.* Bellum *Odbae, renoengus mac Colmain* [cum Ængusio filio Colmanni] in quo cecidit *Connall Laengbreg*, filius *Aedo Slaine. Maelcoba* regnare incipit. (6)

---

(1) Ex IV *Magistror.* Annal. ann. 606, constat *Artheriorum* regionem partem fuisse *Airgialliæ*, " *Aodh mc Colgan Toisech Airgiall, agus na nairter arcena decc ina oilitre hi Cluain mc nois.*" [" Aodh filius Colgani, Dux *Argialliæ* et *Arteriorum*, [i. e. Orientalium] similiter, obiit in peregrinatione religiosa in Monasterio Cluanæ mac nois."] *Adamnan* inquit " Provincia *Arteriorum* in Hybernia, quæ, Scotice, *in d airthir*, i. e. orientalis nuncupatur," l. 3, c. 7. *Clochar* Regia erat Argialliæ. *Ardmacha* in subdita Provincia *Arteriorum*, sita erat. V. *Glossar. Topogr.* Voce *Ardmach.*

(2) Cod. Clarend. 42 " Senac Ab. *et Eps* Ardmach." Cod. Clarend. 49 subjungit " *Mors Aodhani Anachorite Benchuir*," quæ desunt in Bodleiano.

(3) Non agitur de sincero chronico Eusebii qui obiit anno 340, cujus tantum fragmenta supersunt edita a *Scaligero;* neque de ejusdem versione Latina facta a *S. Hyeronymo*, qui sua adjunxit usque ad ann. 381; V. *Hieron. de Prato* Dissert. de Chronicis *Veronæ* 1750;—sed de quodam vetusto codice Eusebii cum pluribus additamentis olim extante in Hibernia. V. *Dissert. Prælim.*

(4) " *Mac Bairche.*" Cod. Clarend. 49.

(5) Hic est " *Colmanus Eps Mocusailni*," de quo *Adamnan* l. 1, c. 5.—*Colman Ela* appellatus a loco *Lann Ela*, ubi monasterium extruxit. Filius erat *Beogna*, de Stirpe *Salii*, seu *Salnii* oriundus. Ita IV *Magistri* ad hunc ann. cum *Adamnano* consentientes.

(6) Oengusius qui huic prælio interfuit, is est de quo *Adamnan* l. 1, c. 13, ubi, in titulo istius capitis, prout extat in editis Exemplaribus, mendose legitur " *Oengusius filius Aido Comani*," pro *Colmani.* IV *Magistri* inquiunt ad ann. 616 " Aengus mc *Colmain* moir, Flaith ua Neill an *desecrt* decc." [Aengus filius *Colmani* magni, Princeps O'Neillorum australium obiit.] Sub hoc anno 612, IV *Magistri* habent " *Fasugh toraighe la murcoblach muiridhe*" [Vastatio *Torachiæ* Insulæ olim spectantis ad jura Tirconalliæ, hodie *Tory Island*, a classe maritima Muredi.] Postea ad ann. 616 " *Cumdach ecclaise Toraighe la Cenel cconaill, iar na dioth la itriug. fecht riamh.*" [Operimentum, seu tectum Ecclesiæ Torachiæ factum a Tirconallensibus, postquam destruxit eam Classis Prædatoria paulo antea.] Hæc est istius insulæ antiquissima quæ extat memoria.

An. Dc xii. Kal. Jan. ii. fer. lun. iv. Quies *Fintain Oentraib* Abbatis *Benchoir*. Mors *Colmain Uath*. Bellum *Caire legion*, ubi Sancti occisi sunt, et cecidit *Solon mac Conaen* rex Britannorum. (1) Eraclius annis xxvi. regnavit.

An. Dc xiii. Kal. Jan. iii. fer. lun. xv. *Tolfa fota* [Tolfa longus] Abbas *Cluanae* mac *Cunois* pausat. Stella visa est hora octava diei.

An. Dc xiv. Kal. Jan. iv. fer. lun. xxvi. Jugulatio *Maelcobo mac Aedo* in bello Montis *Bealgadain. al i cath Sleibe truim tuoth* [aliter in prælio montis *Truimtuith* (2) *Suibne Men* victor erat. Quies *Diarmeto*, tertii Abbatis *Cluana Irard*. Bellum *Fidnaigi iclegg in riaddain*. [Prælium Fidnag apud Petram Patibuli.] (3) *Coeman breac* [Coeman maculatus] quievit.

An. Dc xv. Kal. Jan. v. fer. lun. vii. Mors *Suibne mac Cracceni*, regis *Cianachte glinne gaimhine;* et Mors *Aedain mac Mongain*, regis *Dalaraide;* et Mors *Petrain*, Episcopi *Luscan*.(4) *Eachaedh* et *Crimtan arein* obierunt. Combustio *Benchoir*.

---

(1) *Annales Anglo-Saxonici* referunt hoc prælium ad ann. 607. V. Chron. Saxon. edit. Gibson, p. 25. Bed. l. 2, c. 2. At anno 615 gestum fuisse sicut Annales Hibernici tradunt, confirmat *Usser* Primord. p. 1157. Errant ergo qui hujus cædis odium, ingrati, rejiciunt in *S. Augustinum*, qui longe antea obiit. Beda enim inquit Gregorium Magnum "fecisse ut in Ecclesiis SS. Apost. Petri "et Pauli [Cantuariæ] super corpora eorum [i. e. Augustini et Sociorum] *Missæ* celebrarentur. "Sed et in ipsa Missarum celebratione tria verba maximæ perfectionis plena super adjecit— "Diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum "tuorum jubeas grege numerari." l. 2, c. 1, edit Cantabrig. pag. 77. Eadem habet *Johannes Diaconus*, l. 1, § 20, et l. 2, § 17. *Ergo obiit S. Augustinus ante S. Gregorium.* Hæc manifesta sunt. Gelasius Papa antiquum Missale recognovit, Gregorius Gelasianum, in quo ista verba extant in Canone Missæ usque hodie. Annum obitus S. Augustini Beda non notat. Varietas opinionum videri potest in Whelocko, Whartono, et Mabillonio. Errores recensere non est opus, ante Gregorium obiisse sufficiat. Vide supra ann. 592, 605, et 607.

(2) *Aedo* I, filio Ainmirechi, Regi Hiberniæ, qui annis regnavit 26, successerunt *Aed* II, sive Slanensis, et *Colman* filius Diarmitii I, annis 6; quibus successit anno 604 *Aeda* III, sive *Uairidneach*, alias *Aed Allain* appellatus Domhnaldi filius, annis 8. Huic successit, annis tribus, *Maelcobus*, Aedi primi filius, anno Æræ communis 612. Maelcobo *Subneus* Mendi filius, anno Æræ communis 615, qui annis 13 regnavit usque ad annum 628. *Usserius* erronee Maelcobum appellat *Aedi tertii* filium, Primord. p. 947. IV *Magistri* ad ann. 610 inquiunt "*Maelcoba mc Aoda mc Ainmireach.*" V. Catalog. Regum Hiberniæ in Appendice.

(3) "*Petra patibuli.*" Extat usque hodie in Comitatu Louthensi, altare antiquum Ethnicum quod vulgo appellatur Petra mactationis. Vide *Lowthiana*, l. 3, p. 12, 13, et *King* Munimenta, vol. 1, p. 248. utrum conveniant aliorum esto inquirere.

(4) *Petranius* hic Luscanensis ponitur *primus* in tertio ordine Sanctorum Hiberniæ, quorum Catalogum ex vetustissimo codice edidit *Usserius primord.* p. 913, 963.

An. Dc xvi. Kal. Jan. vii. fer. lun. xviii. Combustio *Donnainega* Martirum in xv Kal. Maii cum CL martiribus, et occisio *Torcea*, et *loscad Condiri*. [Combustio Ecclesiæ Connerensis.] Usque hunc annum scripsit Isidorus Chronicum suum, ita dicens Eraclius dehinc quintum annum agit imperii. Hoc est anno v. Imperii Eraclii, et iv. religiosissimi Principis Sesibuti, sunt ab exordio mundi usque ad Eraclii annum presentem, hoc est quintum. V DCCC XIIII. (1)

An. Dc xvii. Kal. Jan. i. fer. lun. xxix. *In tcmaireac in Eili unn* [Disceptatio in Eili hoc anno] in die Pasche. Jugulatio *Colggen mac Suibne*, et mors *Fiachraich mc Conaill ocus* jugul. *Fergusa* fli. *Colmain* magni *·i· ccanfartuc humescain do muintir blatine. Coemgin Glinne da locha, ocus Comgall eps, ocus* eps *Eogan Ratha Sithe* quieverunt in *Raedmacha*. [Jugulatio Colggeni filii Subnei, et mors Fiachrachi filii Conalli, et Jugulatio Fergusii filii Colmani magni, i. e. Ducis defensoris O'Mescanorium de familia Blatinei Coemgin Abbas vallis duorum lacuum, i. e. *Glendaloch*, et Comgall Episcopus (2) et Episcopus Eogan Ecclesiæ Sancti collis spirituum, seu lemurum quieverunt in Raedmacha] (3) et terremotus in Gallia.

An. Dc xviii. Kal. Jan. ii. fer. lun. x. *Libren* Abb. *Ach. bo Caning*. [Libren Abbas monasterii Achabo, i. e. Campi bovis, S. Cannici.] Mors *Sillain* Abbatis Campi *Bile*. [Monasterii Campi arboris monumentarii.] Mors *Aedo Bennain* et *Finginn, mc Finchrach*.

---

(1) Heraclius regnavit a die vii Octobris anni 610, ad diem xi Febr. anni 641. *Art de V. les dates*, t. 1, p. 415. Pro Annis Mundi secundum Hibernenses V. *Dissert. Prælim.*

(2) " Comgal Eps *Darie*." Cod. Clarend. 49.

(3) " *Raedmacha*" V. Glossar. Topogr. Voce *Rath-magh*. Coemginus is est qui vulgo, et in vita S. Laurentii edita a *Surio*, ad diem 14 Nov. *Kevin* appellatur, a quo *Kilkevin*, Ecclesia vetusta Parrochialis in Diœcesi Elphinensi, cujus ruinæ adhuc extant. Vitam *S. Coemgini* fabulis, et larvis, et anilibus miraculis fœdavit *Giraldus* Topogr. Hib. Dist. 2. c. 28. Sed qui inde argueret " *nunquam extitisse Coemginum*" non solum suam proderet *Tigernachi*, sed omnium Annalium Hibernorum, ignorantiam, " *Cromginum extitisse*" ex his, aliisque, luce clarius est. Usque hodie, inter Glendalochensis Monasterii rudera, extat turris rotunda altitudinis pedum 110, peripheriæ 52. e petra concisa, et arte miranda, ab imo ad summum concinne composita, ita ut nulla fissura inveniatur. Extant præterea Septem Ecclesiarum ruinæ, quæ Anglice appellantur *The Seven Churches*. Eodem modo appellantur usque hodie ruinæ Monasteriorum *Cluanæ mac nois* prope Athloniam *Innis-cealtræ*, *Innis-cathiæ*, *Innis Derrin*, et vii *Altaria* Monasterii Cluanæfertensis, quæ inter vulgus 7 Sacramentorum commemorativa, uti 7 dies Hebdomadæ prophetica et præfigurativa habentur. Vide *Archdal* Monasticon Hibern.

An. Dc xix. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxi. Occisio generis *Baetain i· Ailla mc Baetain oc Magh-Sleucht hi Connacht, ocus Maelduin mc Fergusa, mc Baetain, ocus mors Fiachrach mc Ciarain, fli. Ainmirech mc Setni* [Occisio generis Baetani, i. e. Ailli filii Baetani, apud campum adorationis in Connacia, (1) et Maelduni filii Fergusii, filii Baetani, et mors Fiachrachi filii Ciarani, filii Ainmirechi, filii Setnii.]

An. Dc xx. Kal. Jan. v. fer. lun. ii. *Senach garbh abb. Cluana ferta* mori. [Senacus torvus Abbas Cluanfertensis moritur.] Jugulatio *Aengusa, mc Colmain* magni, Regis nepotum Neill. *Duncat mac Eugain, Nechtan mac Canonn,* et *Aed* obierunt.

An. Dc xx i. Kal. Jan. vi. fer. lun. xiii. Bellum *Cinn-deilggden.* (2) *Conall mac Suibne* victor erat. Duo filii *Libreni mc Illandon, mc Cerbaill, ceac.* [ceciderunt.] *Conaig mac Aedain* demersus est. Mors *Mailembraca mc Rimedho, mc Colmain,* fli *Cobtaigh,* et *Ailello mc Cellaig.* Bellum *Lindaire.* Quies *Coemgin Glinne da locha.* Bellum *Cenbuigi* in quo cecidit *Colman mac Cobtaig.* Jugulatio *Aillillo mc Ceallaig.* Mors *Colggen mc Ceallaig*

An. Dc xx ii. Kal. Jan. vii. fer. lun. xxiv. Obitus *Fergna* Abb. *Jae.* [Fergnei Abbatis Hiiensis] Quies *mc Laisre* Abbatis Ardmachae, et *Vinei* Abbatis *Neir.* Expugnatio *Ratha Guali la* [per] *Fiachna mc Baetain.*

An. Dc xx iii. Kal. Jan. i. fer. lun. v. Mors *Ronain mc Colmain,* et *Colman Stellane* obiit, et Jugulatio *Doir mc Aedo Aldain.* [Dorii filii Aedi Aldani] Nativitas *Adomnain Abb. Jae* [Adamnani Abbatis Hiiensis.]

---

(1) *Magh-sleucht,* campus adorationis. Vide *Glossar. Topogr.* et Dissert. nostr. de *Religione Ethnicor. Hibern.* " Rex Laogarius adorabat quoddam Idolum, ex auro et argento magnifice cooper-" tum, et in campo cui nomen *Mag-sleacht* erectum. Nominabatur enim *Ceann-croithi* i.e. caput " omnium Deorum. Circumsteterunt etiam idem simulacrum xii Deiculi ærei, quasi subjecti eidem " et acclives." *Jocelin* Vit. S. Patr. c. 56. *Benignus* Jocelino antiquior c. 46. *Evinus* pariter antiquior, in *Triade* p. 133, c. 31. V. Glossar. Topogr. Voce *Mohil.*

(2) IV *Magistri* hoc prælium referunt ad ann. 617, dicentes gestum fuisse per *Conallum,* Subnei filium, et *Domhnallum brecc, Eochodii buidhe* Regis Scotorum Albaniæ filium. V. not. ad ann. 599, et 636, quo prælium *Rath* gestum est. Item not. ad ann. 641.

Adamnan l. 1, c. 9, et l. 3, c. 5, *Domhnallum Brecc* appellat "*filium Aeda, et nepotem Aidani.*" V. ann. 599. Fuit nempe ex *Eochodio Buidhe* [i. e. Aeda flavo] nepos Aidani filii Gaurani de quo vide ann. 606.——Hi Annales, quorum fides ab Adamnano et Tigernacho suffulta, cæteris longe præponderat, tradunt *Eochodium Buidhe* post Patrem Aidanum regnasse ab anno 606.—Attamen Boethius, Buchananus, et alii Scoti recentiores, hunc non *Eochodium buidhe,* sed *Eugenium* IV ap-

An. Dc xx iv. Kal. Jan. iii. fer. lun. xvi. Annus tenebrosus (1) *Aedan mc Cumascaig*, et *Colman mac Congellain* ad Dominum migraverunt. *Roman mac Tuatail* rex *na nairtir* [Orientalium,] et *Mogan mac Fiache Lurgan* moriuntur. *Moedoicc Ferna* [Fernensis Eps] quievit. (2)

An. Dc xx v. Kal. Jan. iv. fer. lun. xxvii. Bellum *Leithet-midind* in quo cecidit *Fiachna Lurgan*. *Fiachna mac Deammain* victor erat. Obsessio *Boilglutha* a nepotibus *Neill*. (3)

An. Dc xx vi. Kal. Jan. v. fer. lun. ix. Bellum *Ardacorain*. *Dalriati* victores erant; in quo cecidit *Fiachna. mac Daemain*. Bellum *Cairn Fearadaig i cliu* [in regione clia] ubi *Failbi Flann Feimin* victor erat. *Guaire Aidhne*

---

pellantes, mira scribendi licentia, non Aidano Patri, sed *Kennetho Cerr* Conallii filio, et Aedani, uti fabulantur, successori, successisse somniarunt! *Fordunus Eochodium buidhe* Eoganum *Buydvell* appellat, linguam Hibernicam misere in alienam detorquens. *Usserius*, a Boethio, et Forduno in errorem inductus inquit " Ferquhardum a Sodorense Episcopo Conano institutum, Patri Eugenio in Regno Dalriedæ i. e. [Scotiæ Albanicæ] successisse" Primord. p. 711, ad ann. 622, et " *Ferquhardo Domnaldum Brec.*" Ibid ad ann. 627.—Hi omnes errant. Aidano enim successit *Eochoid Buidhe*, uti tradunt nostri Annales et Adamnan. *Conchad Cerr*, quem *Kennethum Cerr*, isti appellant, et Conalli filium, fuit *Eochodii* prædicti filius, et per tres menses successor—uti tradunt *Flann*, Poema Hibernicum anni 1060 in Appendice, *Tigernach*, et Codex Cluanensis apud Flaherteum p. 447—*Conchadii* obitum referunt hi Annales ad ann. 628. Duorum Domhnaldorum, Regum nempe Hiberniæ et Albaniæ, ad ann. 642, et recte.—De Regum Albaniæ successionibus vide annos 503, 537, 541, 544, 557, 559, 561, 567, 573,579, 581, 589, 606, et infra 625, 628, 641, 659, 672, 693, 696.

(1) Accurate " *annus tenebrosus.*" Annus enim hic Æræ communis 625 tres exhibet Eclipses; duas Lunæ, et unam Solis, omnes integrales. Isti characteres de horum Annalium auctoritate nullum ambigendi locum relinquunt. *Art de V. les dates* t. 1, p. 64. et *Dissert. Prælim.*

(2) Vitam *Maidoci* mendosam edidit, anno 1360, *J. Tinmuthensis*, et postea *Capgravius*.—Plura de eo tradit *Giraldus* in Vita S. Davidis. Idemque est cui Brandub Rex Lageniæ *Fernum* in Lageniæ Metropolim concessit. V. not. ad ann. 604. Scriptores Hibernici eum indifferenter appellant Aedan, Aedoc, Maedoc, et Maedog, unum ex obsidibus quos Connachtenses Regi Ainmireo filio Setnii tradiderunt. Dipthongi *ae oe* et *ao*, itemque *g* et *c* vice versa scribuntur Hibernice, et dimunitiva scribuntur nomina propria adjungendo *an, en, in, oc*, et *og*. Hinc *Aodhan, Aodhoc, Aodhog*. Porro Sanctorum nominibus præfigebant Hiberni *Mo* i. e. meus, ut *Maedoc*, &c. Hæc a recentioribus ignorata fecerunt ut idem homo multiplicaretur in diversos, ut *Colman, Colmoc, Mocolmoc.—Lua, Luan, Molua, Moluan, Moluoc.—Coeman, Caoman, Caomhoc, Mochaemog.—Lasren, Malasren, Molasse.* Inter antiquissimos qui de *Maidoco* scripserunt, numerandus est auctor anonymus Vitæ ejus editæ *a Goldasto*.—Rer. Alemannar. Scriptores t. 1.

(3) Concordat *Adamnan* l. 1. c. 36.—IV *Magistri* ad ann. 592, inquiunt *Aidum nigrum* filium Subnei, quem nunc Regem *Ultoniæ*, nunc *Dalaradiæ* appellant, qui Diarmitium filium Cearvealii Hiberniæ Regem interemit, interemptum fuisse per *Fiachna filium Boetani*. Postea ad ann. 622 tradunt

fugit. *Conall mac Maelduib* fugit, et cecidit rex nepotum *nein.* visio quam vidit Furseus religiosus Episcopus. (1)

An. Dc xx viii. Bellum *Boilg luotha* in quo *Faolan* filius *Colmain* rex Lagenie victor. Bellum *Both* in quo *Suibne menn mac Fiachna* victor erat, *Domhnald mac Aeda* fugit. (2) Occisio *Suibne menn ic Fiachna, ic Feradaid, ic Murethaig, ic Eogain ri er* [regis Hiberniæ] *la Congal caech mac Sganlain itaerr breni,* [a Congallo cæco filio Sganlani in regione Brefniæ.] Pausa Columbani filii Barddaeni Abbatis *Clono.* Jugulatio Cumineni filii *Colmain.* Vastatio *Lagen la Domhnall mac Aeda, mac Ainmire* regnare incipit [vastatio Lageniæ a Donall filio Aidi, filio Ainmirii, qui regnare incipit.]

An. Dc xx viii. Kal. Jan. i. fer. lun. i. Bellum *Fereda eoin,* in quo *Maelcaich mac Scanail* rex *Cruitne* victor fuit. *Dalriati* ceciderunt. *Conced Cerr* rex Dalriati cecidit. (3) Bellum *Duin Ceitirinn* in quo Congal *caech* [cæcus] fugit, et *Domhnall mac Aedo* erat. in quo cecidit *Guaire mac Forindaiu*

---

eundem Fiachnam qui *Aido nigro in regno Ultoniæ successit* occubuisse in prælio *Lethed-Midheann,* interfectum a *Fiachna filio Demani,* ejus in eodem regno successore"—Duos itaque reperio *Fiachnas* Ultoniæ Reges, nempe *Boetani* filium, de quo IV Magistri ad annos 571, 590, 592, 597, et 622 quo occubuit; et *Demani* filium, quem tradunt " occisum fuisse in prælio *Ardcoranense,* a *Condad Cearr* Rege Dalriadæ [Scotorum Albaniæ] anno 624." potius 626, Æræ Com. 627.—De *Conchadio Cerr* vid. quæ dicta sunt ad ann. 621, et ad ann. 628, æræ com. 629, quo obiit

(1) Hæc de *Furseo* desunt in Cod. Bodleiano, extant in duobus Clarendonianis.—*Fursei* vitam antiquissimam memorat *Beda* l. 3, c. 19. Duo etiam antiqua opuscula de eodem argumento edidit *Arnulphus.* Ea quam ex Gallicis Codicibus edidit Colganus longe posterioris ævi est. Albaniam enim *Scotiam* appellat l. 1, c. 1, et Galliæ Provinciam *Normanniam* l. 2, c. 1. Vid. infra ann. 660 quo Furseus obiit, et Bibliothecam nostram *Hibernico-Cotton.* Tiberius E. 1.

(2) Hæc omnia usque ad [occisio] desiderantur in Cod. Bodl. in quo deest etiam necessaria distinctio inter annos 626 et 627, cum utriusque gesta habeantur sub anno 626. IV *Magistri* obitum Regis *Subnei* referunt ad ann. 623 in *textu,* sed melius ad ann 628 in *margine,* cum annus æræ communis 628 sit Ultoniensium annus 627. Vide que de chronologia horum Annalium dicta sunt in *Dissert. Prælim. Subnei* Regis Hiberniæ meminit Adamnan l. 1, c. 9, et l. 3, c. 5.

(3) *Eochadii flavi* Regis Scotorum Albaniæ filii erant *Condad* vel *Connadh,* seu, ut alii Codices rectius habent, *Conchadh-Cerr, Domhnall Brecc, Domhnall Donn, Conall Cranndhamhna, Conall Breg, Failb, Domangard,* et *Cu cen mathair.*—*Conchadh-Cerr* qui Fiachnaum filium Demani, Ulidiæ Regem, in prælio Ardcorannensi interemit ann. 627, Patri *Eochodio* successit hoc anno, Æræ com. 629, "*Eochad buidhe,* inquit *Tigernach,* postquam 20 annis regnasset, obiit."—At ex dictis ad ann. 606 patet *Eochadium* Patri Aidano successisse, ergo regnavit annis 23 usque ad ann. 629, quo *Connadh,* seu *Conchadh-Cerr* ei successit.——" Eodem anno, inquit Tigernach, *Maelcech* filius Scandlanii, rex

Vel Bellum *Fedo-euni* ubi ceciderunt nepotes *Aedain, re guillon faelbe.* [occisi a servo Falbi.] Mors *Echdach buidhe* [flavi] regis Pictorum filii *Aedain.* Sic in libro *Cuanac* inveni. Vel sicut in libro *Duibdalethenar. Bellum letirbe et. cenl. m. Erca et cenl. Fcradaig.* [Prælium Letirbeense inter nepotes filii Erc et nepotes Feradagi] in quo *Maelfitric* cecidit. *Ernaine mac Fiachna* victor erat. (1)

An. Dc xx ix. Kal. Jan. ii. fer. lun. xii. Bellum *Lethirbe* inter genus *Eu gain* invicem, in quo *Maelfitric* cecidit. et *Bellum Mitain. taerrbreni* comburitur. [Prælium Mitanense. Regio Brefniæ comburitur.] et Jugulatio *Branduib mac Maelcobo.* [Brandubii filii Malcobi.]

An. Dc xxx. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxiii. Bellum filii *Ailli,* et mors *Cinedon* [Kennethi] filii *Lugtreni* regis Pictorum.

An. Dc xxx i. Kal. Jan. iv. fer. lun. iv. Bellum *Cathloen* Regis Britonum,

---

" *Cruithiniorum* de Stirpe Hiri adversus *Conchadhcerr*, in prælio ad *Fea oin* victor fuit, in quo occu-
" buit *Dicolla* Rex generis Pictorum, *Rigallan*, exConango, *Fulbeus* ex Achaio, nepotes Aidani Regis,
" et *Ostricus* filius *Albruit* Saxonicus Princeps cum magna aliorum strage interfectus".—Postea,
" Mors *Conchadhi Cerr* anno primo regni sui, quo victus est in prælio prædicto."

Plurimi tradunt *Conchadio* successisse *Fercharium* filium, uti notavi ad ann. 622.—At de hoc nihil constat ex nostris annalibus, qui, post *Conchadium, Domhnaldum maculatum,* filium *Eochodii flavi,* ad regnum pervenisse uno ore declarant. Vide ann. 636, Æræ communis 637, quo, procul dubio, Prælium *Moy-Rath* in Ultonia gestum est, per Domhnaldum ii Regem Hiberniæ, et filios *Aedi Slanensis* Regis Hiberniæ, adversus *Congal Cloen* filium Scandalii Ulidiæ Regem, qui ex prælio *Dun Cethirin* fugiens anno 629, ab eodem Domhnaldo victus, in Britanniam secessit, et postea ingentem Scotorum Albiensum exercitum cum Rege eorum *Domhnaldo Brecc* reduxit, qui omnes in prælio *Moy Rath* a rege Hiberniæ pene deleti fuere. Vide infra ann. 636, et not. ad ann. 641.

(1) Prælii *Arcis Cetirni Adamnan* meminit l. 1, c. 49.—IV *Magistri* idem prælium perperam referunt ad ann. 624. " *Cath Duin Ceithern ria n Domhnall mc Aodha, mc Ainmir. for Con-*
" *ghal caoch no claon mc Scandlain, du in ro marbh Guaire gaillseachm c Forannain agus ar oile*
" *sochraidhe, agus ro meab. iar for Congal dianebhradh*

" *Cath duin ceithirn dia raibe,—cru ruadh dar suile glasa.*
" *Batar for sliocht-Congail cruim,—colla muin remhra massa.*"

["Prælium Arcis *Cethirn* inter Dovnaldum filium Aidi filii Anmirii, et Congal cæcum, vel curvum
" filium Scandlani, in quo occisus est Guarius Gallseach filius Foranani, et plurimi alii exercitus,
" et victus est Congal secundum poema Bardicum

" Prælium Arcis *Cethirni*, cui interfuere—Heroes plurimi oculis conspicui cæruleis,
" Ceciderunt de Stirpe Congalli curvi—Capita præstantia fortibus Capillis."]

Hic notandum est *Dalaradios* Ultoniæ populos, eosdem vocari *Cruithinios.* Vid. Glossar. Topogr. Voce *Dalaradia,* et not. ad ann. 690.

et *Ainfrit.* (1) Combustio *Bennchoir moer* [Bangorii magni] in Britannia.(2) et jugulatio *Ronain mc Baetain.* Bellum *Atho Aublo* [vadi Aublo] in quo cecidit *Diciull mac Fergusa. Tuile la mumain.* Insola *medgoet* fundata est. [Inundationes in Momonia. Monasterium Insulæ procellarum fundatum] Mors *Mugain* filiae *Aeda Benain.*

An. Dc xxx ii. Kal. Jan. vi. fer. lun. xv. Bellum *Indris* Regis Britonum. Bellum *Atho Goan in iartar Lifi* [Prælium vadi Goan ad occidentalem plagam fluminis Liffii] in quo cecidit *Cremtan mac Aedo* fls *Cenaic,* Rex Lageniorum.

An. Dc xxx iii. Kal. Jan. vii. fer. lun. xxvi. Jugulatio duorum filiorum *Aedo Slaine la Conall mac Suibne eccloch treitni ar Fremuin i· Congal ri Breag ocus ailill Cruidire Senathair Sil Dlutaig.* [Jugulatio duorum filiorum Aedi Slanensis Regis Hiberniæ per Conallum filium Subnii apud Petram Tretni ultra Fremin i. e. Congalli Regis Bregiæ, et Aililli Citharistæ Progenitoris, seu Avi grandævi generationis Dlutagii.]

---

(1) De hoc bello *Cathloen* vulgo *Cadwallin* V. Chron. Saxon ad ann. 633.

(2) De *Bancorensis* Monasterii origine nulla extat vetusta auctoritas Quæ de ejus fundatione, per *Lucium* Britanniæ Regem, tradunt *Pitsius,* de Britan. Script. N. 22, *Caius,* in Antiquit. Cantabr. l. 1, p. 149, et *Polydorus Virgilius* in margine Gildæ a se editi, fabulosa sunt, et nullo fundamento nituntur.—Præterea *Bancorense* Monasterium in agro Flintensi confundunt *Balæus* cent 1, c. 53, et *Pitsius* N. 56, cum *Bancorense* Monasterio in *Ultonia.* De *Bancoria Wallense* agit Beda l. 2, c. 2. De *Hibernense* vide supra ann. 519, quo ejus conditor *Comgal* natus est, et ann. 558, quo Monasterium istud in Ultonia fundavit, et 601, quo obiit.—Item *Jonam* in Vita Columbani c. 3. *Adamnan* in Vit. Col. l. 3. c. 21. *Jocelin* in Vit. Patr. c. 98. Vide etiam Antiquam vitam *S. Comgalli,* e qua Excerpta edidit *Usser,* Primord p. 911. et Veterem auctorem libelli de officiorum Eclesiasticorum prima institutione, Cod. MS. *Cottonian.* mille abhinc annis exaratum, cujus auctor an fuerit *Gregorius Turonensis,* qui de Cursibus Ecclesiasticis librum condidit *Oper.* ed. *Ruinart.* 1690. l. 10, c. ult. alii viderint. Confer etiam vetustum Catalogum Sanctorum Hiberniæ editum ab *Usserio,* Primord p. 914. Non minori errore *Bancorense* Monasterium in agro Flintensi cum sede Episcopali Bangorense in Arvonia ad Menaium fretum confundit, *Malmesburiensis* de Gest. Pontif. l. 4, et l. 1, de Gest. Reg. c. 3. *Sedes* hæc nova est, si cum *Monasterio* comparetur, uti indicat *Johannes Roscius*" "Mailgo Rex erexit novam civitatem Bangor super "fluvium *Meanath* in Wallia. Erat enim altera Bangor super *Dee* fluvium ubi Ethelfridus Mona-"chos occidit."—V. not. ad ann. 612. Eandem distinctionem observavit *Caius* de Antiq. Cantabr. l. 1, p. 149, et *Ranulphus* Cestrensis in Polychron. l. 4, c. 31.—Usserius inquit *Bangoriam* novam, ad Meanath sitam, a Cambro Britannis *Banchor Vaur* i. e. Bangoriam magnam appellari.—*Cummineus,* qui ante ann. 660 floruit, *S. Comgallum Abbatem* Banchorensem in Hibernia memorat, et Magistrum ejus *Finianum* Abbatem de Cloonard in Midia. Vit. Col. c. 12, et c. 4.

An. Dcc xxx ix. Kal. Jan. i. fer. lun. vii. Occisio *Conaill mc Suibne itig mc Nafraich la Diarmait mac Aeda Slaine. bel. Cuile Coelaen ren Diarmait mac Aeda Slaine.* [Occisio Conalli filii Subnii in domo Natfrachii, per Diarmitium filium Aedi Slanensis.—Prælium Sylvæ Coelaen gestum a Diarmitio filio Aedi Slanensis] in quo cecidit *Maelumai mac Oengusa.* Ecclesia *Rachrain* (1) fundata est. Nix magna occidit multos in campo *Breg.* Quies *Fintain mc Telcain,* et *Ernain mc Cresein.* (2) Mors *Gartnain mc Foith. Ecuid Lismoir* [Echudius Lissmorensis] obiit. Bellum *Seguse* in quo cecidit *Lochne mac Nechtain ceannfotai, agus Cumuscach mac Aengusso agus Gartnait mac Oith,* [in quo ceciderunt Lochneus filius Nechtani capitis longi, et Cumuscach filius Aengusii, et Gartnat filius Oithii.]

An. Dcc xxx x. Kal. Jan. ii. fer. lun. xviii. Jugulatio *Ernain mc Fiachae* qui vicit *Maelfitric,* filium *Aedo Alddain,* in bello *Letirbe,* et effugatio, *Cartaig diraitiun* [Cartachi de Rathen] (3) in diebus Paschae.

---

(1) Ecclesia *Rachrainn,* de qua hic prima fit mentio, extructa fuit per *Segienum* Abbatem Hiiensem Hibernum, de quo *Adamnan* l. 1, c. 3. IV *Magistri* inquiunt ad ann. 630.—" *Segene abb. Jae Col. cille do fothucch ecclaise Rechrainne*" [i. e. Anno D. 630 Segenius Abbas Hiiensis fundavit Ecclesiam *Rechran*]—De Insula *Rechrania* prope *Dalriadiam* Ultoniæ Septentrionalis provinciam antiquam.—Vide *Glossar Topogr.* De *Segieno,* vid. Bed. l. 3, c. 5, et Annales *Roscrenses* ad ann. 651. Sanctilogium Vetustum in *Triade* p. 374 inquit—" *Segenus Abbas Hiensis filius Fiachrii, filii Feradachi, filii Ninnedii, filii Fergusii, filii Conalli Gulbanii, filii Neill naoi agiallach Regis Hiberniæ*" Confer Martyrologia vetusta ibidem.

Insula *Rachrainn* vocatur " *Rechran*" in Cod. Clarend. 49. " Insula *Ricnea*" a Plinio " *Ricina*" a Ptolomæo, " *Rechrea*" ab Adamnano, l. 1, c. 13, l. 2, c. 5, et l. 2, c. 25.—" *Raclinda*" a Buchanano, " *Rachra*" a Leslæo " *Rachryne*" a Forduno. At nostri Annales iterum ad ann. 794, inquiunt " Combustio et vastatio *Rechrain* per gentiles." i. e. per *Danos,* qui circa hæc tempora, ut a *Carado co Llancarvanensi* in Chronico Cambrico notatum est, " Maximam " Hiberniæ partem populati, *Rechreyn* quoque vastaverunt."—De *Rachrainn* vide plura in *Glossario* nostro *Topogr.* De ejus hodierna conditione vide *Hamilton's* Antrim ed. Dubl. 1786. Let. 1, de cujus Opusculi erroribus quædam annotavi in opere Italico, cui titulus *Giornale Romano,*" Ann. 1788. Vide ejusdem edit. Dubl. 1791. Porro errant qui inquiunt, " *Danos nunquam infestasse Hiberniam usque ad ann.* 838." Vide ann. 794.

(2) Hic est idem *Ernenus* de quo *Adamnan* inquit " *Ernenus* per omnes Scotiæ Ecclesias famosus et valde notissimus" l. 1, c. 3, Vide etiam *Adamn.* l. 3, c. 31, in *Stephani Viti* Codice antiquissimo, ex Benidictino Augiæ Divitis in Suevia Cænobio, *Usser.* Primord. p. 1068.

(3) Vita vetusta S. Carthagi, cujus duo exemplaria penes se habuit *Usserius,* Primord. p. 910. tradit —" *Mochudeum,* qui et *Carthag* vocabatur, cum discipulis suis numero 867, e *Rathenensi* suo " Monasterio pulsum, *Lismoriam* concessisse. Ejusque Ecclesiæ primum Episcopum ordinatum

An. Dc xxx vi. Kal. Jan. iv. fer. lun. xxix. Bellum *Roth* (1) et bellum *Sailtire* in una die facta sunt. *Conall-Cael mac Maelcobo*, socius *Domhnaill*, victor erat de genere *Euagain* in bello *Saeltire*, et mors *Faelbe Fluin Fennin* regis *Mumhain*. *Muchatu Ratin* pausat.

An. Dc xxx vii. Kal. Jan. v. fer. lun. iæ. Bellum *Glinne mureson* [vallis Mureson] (2) et obsessio *Etin*. *Cronan mac Culoeghdea* Abbas *Cluana mac nois* obiit.

An. Dc xxx viii. Kal. Jan. vi. fer. lun. xxi. Jugulatio *Congaile mac Duncha*. Obitus *Duinsicae* uxoris *Domhnaill*. Bellum Osualdi regis Saxonum. Quies *Cridain* in *aendruim*, [Antrim] et *Aeda duib* [Aedi nigri] Abbatis *Cilledaro*. *Ercra re*. [Eclipsis lunæ.](3) *Dolaissi mac Cuinidca* Abbas *Letglinne* pausat. (4) Mors *Ailella mc Aedo Roen*. Eraclius cum matre sua Martina annis duobus regnavit.

An. Dc xxx ix. Kal. Jan. vii. fer. lun. ii. Bellum *Cathrach Cinn Con*, [*Regiæ Arcis Cincoran*, in Momonia, ad ripam Sinani,] *Oengus Liath-dana* victor erat. *Maelduin mac Aeda Benain* fugit.

An. Dc xl. Kal. Jan. ii. fer. lun. xiii. Mors *Maelvidir caic* [cæci] regis orientalium. Mors *Bruidi filii Foith*. *Domhnall mac Aeda* castrametatus est in *Druim-mo*. Naufragium Scaphæ familiæ *Jae*. Obsessio *Rithe*. Combustio *Maelduin* in insula *Caini*. Jugulatio *Maelduin mc Fergusa*, et *Maeleduin mc Colmain*.

---

fuisse." Hinc in Codice Clarend. 49, loco "*Cartaig diraitiun*" legitur "*Mocuda Rathan*" sub anno sequente, quo obiit, et "*Muchatu Ratin*" in Cod. Bodleiano. V. *Glossar. Topogr.* vocibus *Rathen*. et *Lismor-Mochuda*.

(1) De hoc prælio *Rath* vid. Adamnan l. 3, c. 5, et notas ad ann. 621. 628, et 641.

(2) Q. Utrum *Glen Morison* in agro Invernessiensi; et *Etin* Edinburgh?

(3) Hic est Æræ communis annus 639, in quem duas incidisse Lunæ Eclipses, die 23 Febr. et die Augusti 19, ex tabulis Astronomicis manifestum est. *Art de V. les dates* t. 1, p. 64.

(4) Pro *Dolaissi* lege *Molassus*, qui et *Lasreanus* dictus est. Vid not. ad. 624. Hic Synodo *Lechleniensi* interfuit, anno 630; ubi *Munnu*, qui et *Fintanus* Tailchani filius, *veterem* ordinem Paschalem, *Lasreanus* autem Kiarelli filius, Lechleniensis Abbas, *novum*, nuper a Roma advectum, defendebat. Omnes qui istæ Synodo convenerant, erant tertii ordinis Sanctorum Codicis vetusti editi ab Usserio Primord. p. 913, et "*Ex australibus Hiberniæ partibus qui, ad admonitionem Apostolicæ sedis antistitis, Pascha canonico ritu observare didicerunt*" Bed. l. 3, c. 3, et c. 26. Vid. Dissert. Prælim. de Hibernorum methodo supputandi annos, et *Adamnan* l. 1, c. 3.—*Munnu*, i. e. Fintan, idem est de quo Adamnan l. 1, c. 2. De *Lasreani* 50 *Sociis Romam missis a Patribus Synodi Lechlenensis, et tertio anno, post iter susceptum, a Roma redeuntibus*," vid. Epistolam *Cummiani* ad *Segienum* Hiensem in *Usserii Syllage* p. 24, et in nostra Bibliotheca *Hibernico Cottoniana*, Vitellius A. xii.

An. Dcxli. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxiv. Mors *Domhnaill mac Aedo* regis Hibernie in fine Januarii. Postea *Domhnall brecc* [Rex Albaniæ] in bello *Srait Cairinn* [campi paludosi sacri aggeris lapidum] in fine anni, in Decembre, interfectus est, ab *Hoan* rege Britonum. Regnavit annis xv (1) Jugulatio *Ailello mc Colmain* regis generis *Laegaire*. Constantinus filius Eraclii mensibus vi. regnavit. (2) Bellum *Oissu* inter Britones.

---

(1) Hæc de *Hoano* desunt in Cod. Clarend. 49, extant autem non solum in Codice Bodleiano, sed etiam in *Tigernacho*. Vide quæ de *Domhnaldo Brec*, Rege Scotorum Albaniæ dicta sunt ad annum 636, quo victus est in prælio *Rathense* a *Domhnaldo* Rege Hiberniæ. Confer *Adamn.* l. 3, c. 5. qui, tempore prælii istius, xiii agebat ætatis annum. Ejus verba, cum nostris Annalibus collata eorum fidem confirmant, et vicissim a nostris Annalibus illustrantur. Inquit enim, ex *Cummenei Albi* libro, de Virtutibus S. Columbæ——" S. Columbam de Aidano et posteris ejus pro-" phetasse, adversarios suos nunquam eis possuros resistere, donec prius fraudulenter agerent " in suos Cognatos [i. e. Reges] *qui sunt in Ibernia* &c. Hoc antem vaticinium *temporibus nostris* " completum est in bello *Rath*. Domnallo Brecco nepote Aidani sine causa vastante Provinciam " *Domnill nepotis Ainmirech*, et a die illa usque hodie adhuc in proclivo sunt ab extraneis, [nempe " Aedani posteri a Saxonis victi. V. N. ad ann. 599,] quod suspiria doloris pectori incutit."—Hæc satis demonstrant *Columbam* et *Adamnanum*, qui et ipsi Hiberni erant, et ex Regibus Hibernicis orti, summo studio flagrasse, ut pax et fœdus perpetuum maneret inter Scotos Albaniæ et eorum proavos Hibernenses—atque hinc Columba Aidano Regi Albaniæ inquit—" Propterea tu filiis commenda " ut ipsi filiis et nepotibus commendent ne, per consilia mala, eorum sceptrum regni hujus [Alba-" niæ] perdant. In quocumque enim tempore adversum me, aut cognatos meos qui sunt in *Iber-" nia* fecerint," &c. IV *Magistri* de prælio *Rathense* inquiunt—" *Cath Maighe Rath ria n Domh-" naill mac Aedha agus ria macaibh Aeda Slaine, for Congal Claon mc Scandlain ri ul. du it " orchair Conghal agus all marr ar aon ris.*" [Prælium Campi *Rath*, collis Sancti, conseritur per " Domhnaldum filium Aedi, filii Ainmirechi, Regem Hiberniæ, et filios Aedi Slanensis, contra " Conghallum curvum filium Scandlani Regem Ultoniæ, in quo occisus est Conghal, et multi ex " transmarinis ei auxilium præbentes simul occuberunt"—*Congallus* iste *Claon* rex erat Ultoniæ cujus Regia erat arx *Aileach*. Vide *Glossar.* Victus a Domhnaldo in prælio *Duncethirn* [vid. ann. 628] aufugit, et *Domhnaldum Brecc* cum exercitu ad Hiberniam vastandam reducens, in prælio *Rathensi* occisus est a Domhnaldo Rege Hiberniæ, de quo Adamnan l. 1, c. 10 inquit " Morte " placida in senectute, et intra domum, coram amicorum familiarum turba, super suum mortuus " lectum."—IV *Magistri* ad ann. 639. "*Jar mbeith se bliadna decc i righe ner do Domhnall mc Aodha mc Ainmirech fuair bas ind Ardfothadh ittir Aodha do sunradh, iar mbuaidh naithre var baoi bl. in gal. a ecca, agus no choith corp cr. gacha domhnaigh.*" [Postquam 16 annis regnasset Rex Hiberniæ Dovnal filius Aodi, Anmirechi filii, obiit in *Ard-fothadh* in regione Aodha, torpore lethargico, post pœnitentiæ compunctionem, oppressus, nam integro anno in infirmitate lethali, Corpore Christi singulis Dominicis reficiebatur.]

(2) Heraclius regnavit a vii Octobr. 610, ad xi Febr. 641. Constantinus filius solus regnavit a Patris exitu ad xxv Martii 641. *Art de V. les dates*, t. 1, p. 415,—416. Constantinus 2 regnavit a mense Octobr. 541, ad finem Sept. 668. *Pagi*, *Muratori*, et Ib. 417.

An. Dc xl ii. Kal. Jan. iv. fer. lun. v. Mors *Huaisle* filii *Suibne.* Quies *Cronain* Episcopi *Noindromo.* [Antrim.] Bellum *Cincon,* [arcis Regum Momoniæ,] *loscoth iar nn boidb mc Gartnait.* [comburitur postea propter boves filii Garthnat.] *Cellach,* et *Conall cel* regnare incipiunt, ut alii dicunt. Constantinus filius Constantini annis xxviii regnavit. Hic dubitatur quis regnavit post *Domhnall.* Dicunt alii historiographi regnasse iv Reges *·i· Cellach,* et *Conall Cel,* et duo filii *Aedo Slaine, ·i· Diarmait, et Blathmac* per commixta regna. (1)

An. Dc xl iii. Kal. Jan. v. fer. lun. xvi. Jugulatio duorum nepotum *Bogaine,* i. e. *Mael Breasail,* et *Maelanfait. Guin* [vulnus lethale] *Flanin aenaig.* Mors *Breasail mc Seachnasaich.*

An. Dc xl iv. Kal. Jan. vii. fer. lun. xxvii. Mors *Furudrain mac Becce, ic Cuanac, ri ua mic Cuais.* [regis generationis filiorum *Cuasii.*] (2) *Lochen mac Fingin, ri Cruitne* [rex Pictorum] obiit.

An. Dc xl v. Kal. Jan. i. fer. lun. ix. *Guin Scannail mc Beccc, mc Fiachrach* Regis *Cruithne.* [Lethale Vulnus Scanlani filii Becci, filii Fiachrachi, Regis Pictorum.] *Mac Laisre* Abbas *Bennchair* quievit. (3)

An. D xl vi. Kal. Jan. ii. fer. lun. xix. al. xx. *Maelcobo ic Fiachna* jugulatus est. Rex *Uloth Duncat averonain* [Rex Ulidiæ Duncat a viro Nain] jugulatus. Bel. *Colgan mc Crunnmael builgg luato ri huae Cennsellach* [Prælium Colgani, filii Crunmaelii Bolgluthensis, Regis regionis Cennsellach.]

An. Dc xl vii. Kal. Jan. iii. fer. lun xxx. al I. *Fursu Craibhdhech* [Furseus devotus] obiit. (4)

An. Dc xl viii. Kal. Jan. v. fer. lun. xi. al. xii. *Guin Ragall. mc Huatach righ. Connacht.* [Vulnus lethale Raghallachi, filii Huatachi, Regis Conna-

---

(1) Vide quæ dicta sunt de hor. Annal. diversis Codicibus, et Collectoribus, ad annos 537, 570, 572, 602, 656, et in *Dissert. Prælim.*

(2) De *Colla Uasio* primo Rege Orgialliæ vide annos 547, 597, 609, et *Glossar. Topogr.* Voce *Airgial.* Item *Adamnan* l. 2, c. 5, et IV *Magistr.* ad ann. 563.

(3) A recentioribus quibusdam Rerum nostrarum ignaris, confunduntur, et imperite multiplicantur Molassii, et Lasreani, V. not. ad ann. 624, et ann. 638. Alius est Molassius, aliter Lasreanus *Daimhiniensis,* qui anno 563 obiit—Alius Molassius, sive Lasreanus *Lechleniensis,* qui Synodo interfuit in Campo *Lene,* et de quo supra ad ann. 638.

(4) De Furseo vide *Bedam* l. 3, c. 19. et quæ paulo fusius habentur infra in nota ad ann. 660.

ciæ.] (1) Bellum *Cairn Conaill*, ubi *Guaire* fugit, et *Diarmait mac Aedo Slaine* victor erat. Mors *Aengusa bron bachlae* Regis *cenuil Coirpri. Cocat huae Naedain agus gairtnait mc Accidain.* [Mors Aengusii cognominati baculi dolorosi, Regis Progeniei Carbreorum. Bellum inter O'Naedanios et Gartnat filium Accidani.] Quies Fursei in Britannia. (2)

An. Dc xl ix. Kal. Jan. vi. fer. lun. xxii. al. xxiii. Bellum *Ossu for Pante.* [Oswii contra Penda.] (3) Bellum *Duin Cranntain* in quo cecidit *Oengus ic Domhnaill*, filii Maelcobo *·i· Cell*, et *Conall Cell* victores erant. Mors *Catusaig mc Domhnaill bricc.* [Mors Catusagi filii Dovnaldi maculati.] Mors *Cronain maighi bili.* [Mors Cronani Abbatis Monasterii Campi arboris monumentarii.] Nativitas Bede (4)

An. Dc l. Kal. Jan. vii. fer. lun. iv. Quies *Aedain* Episcopi Saxonum, (5) et jugulatio duorum filiorum *Blathmaic mic Aedo Slaine ·i· Duncad agus Conall.* [Blathmachi filii Aedi Slanensis Regis Hiberniæ i. e. Duncadi, et Conalli.] Jugulatio *Oisseni mc Oissrigg.*

An. Dc l i. Kal. Jan. i. fer. lun. xv. Obitus *Seigni* Abbatis *Jae ·i·* filii *Fiachne*, et quies *Aidlogo mc Camain* Abb. *Cluana mc nois*, et dormitatio *Maenchein Ab. Menodrochit.* [et obitus Maenchenii Abbatis Monasterii parvi pontis.](6) *Imaricc Cuile coire* [Pugna Sylvæ, vel apud Sylvam Corensem] in qua cecidit *Culene mac Forindain*, *Maeldeich* et *Onchu* victores erant.

---

(1) De Regum Connaciæ ordine, successionibus, et annis a quinto exeunte sæculo, vide notas ad annos 501, 542, 549, 560, 576.

(2) Lege "*in Perona*" ut infra ad ann. 660. et Bed. l. 3, c. 19.

(3) Bed. l. 3, c. 18, 21, 25. (4) Vide infra, ad ann. 653.

(5) Hæc de *Aidano* Abbate Hibernense, et *primo* Lindisfarnensi Episcopo, conveniunt ad unguem cum tota Bedæ narratione. Hist. l. 3, c. 17, et c. 26. Vid. Dissert. Prælim. ubi de origine literarum inter *Nordanhymbros*, et confer Acta Hibernorum *Finani*, et *Colmani*, qui *Aidano* immediate successerunt, simul cum Actis *Kiliani* Abbatis, scriptis ab *Egilwaldo* Monacho Herbipolense S. Burchardi in Franconia, apud *Surium* Tom iv. et integrius a *Canisio* Lect. Antiq. Tom. iv, parte 1, p. 628. et in editione *Basnagii* Tom. iii, p. 174.—Item inter Opuscula edita a *Serrario*, *Magontiacum* ann. 1611. In Rer. Herbipolensium Scriptoribus editis a *Ludevig* p. 966. In *Mabillonii* egregio Opere de Actis Benedictinor. In *Bollando* ad diem 1. Febr. In *Thesauro* Reliquiarum Electoralis Brunsuico Luneburgensis Hanoveræ 1713, et a *Solerio* Tom. 2, Julii pag. 600.—De *Kiliani* opusculo adhuc extante, in Codice vetusto Bibliothecæ Montis Cassinensis in Italia, vide supra not. ad ann. 500, et *J. Alberti Fabricii* Biblioth. Latin. Lond. 1703, p. 229. *Aidani*, obitum referunt Annales *Anglo-Saxonici* ad ann. 651, et annus 650. Ultoniensium est Æræ com. 651, quod mire concordat. V. *Chron. Saxon.* p. 32.

(6) Ex anno hoc quo obiit *Manchenius*, non parvi momenti in rebus chronologicis observanda oc-

An. Dc I ii. Kal. Jan. iii. fer. lun. xxv. al. xxvi. Mors *Ferit mic Totolain, et Dolairg mc Fooit* Regis Pictorum. Jugulatio *Conaill cail.* (1) [Conalli gracilis.] Bel. *con. s.* [Prælium Connachtense] in quo cecidit *Marcan* filius *Tomaini.*

An. Dc I iii. Kal. Jan. iv. fer. lun. vii. Jugulatio *Conaill mc Maelcoba* (2)

---

currunt. Extat usque hodie liber Vetusti auctoris *de Mirabilibus S. Scripturæ*, qui de Cyclo xi annorum DXXXII, inquit—" Undecimus a consulatu Paterni et Torquati ad nostra usque " tempora decurrens, *extremo anno Hibernensium moriente Manichæo inter cæteros sapientes, per* " *agitur ; et duodecimus nunc tertium annum* agens ad futurorum Scientiam." l. 2, de Mirabil. c. 4, t. 3, Oper. S. Augustini.—Non est dubitandum quin pro *Manichæo* legendus sit Manchenius, ut loci et temporis convenientia demonstrant.—*Locus* est Hibernia, *annus* 652, ut ex Cyclo ipso in *Dissert. Prælim.* demonstravi. Auctor enim iste, Cyclos ab initio Mundi deducens, eodem ipso modo quo IV *Magistri*, et *Tigernach*, ab orbe condito ad Christi nativitatem, quam in annum refert Augusti 42, annos numerat 5199, et ad initium Æræ communis 5200. Jam vero xi Cycli annorum 532, annos conficiunt 5852, ex quibus si deducantur 5200, annum relinquunt æræ communis 652, Cycli xi *extremum*, quo, inter cæteros Hiberniæ sapientes, *Manichæum*, i. e. *Manchenium Hibernensem* obiisse tradit, quod cum his Annalibus accurate consentiens, eorum auctoritatem inconcusse confirmat, et vicissim ab iisdem manifeste confirmatur.

(1) IV *Magistri* ad ann. 647, inquiunt—" *Dunchad ocus Conall. da mac Blaithmic, mc Aodha* " *Slaine do marbh la Laignibh ittuirraeth muilinn Maolodhrain mc Dioma croin. Marcan agus* " *Maolodhran ro gon iad an dis. As do ro raid h. Maolodhrain*

" *A muilind ro melt anba do tuirinn—*

" *Ni bo coimmelt for Seirblind—in roi melt for uib Cerbhaill.*

" *An gran meiles an muileann,— ni coirce acht as derg thuireann.*

" *Ba do gescc. an croinn mair—fotha muilinn Maoilodrain.*"

[" Dunchad et Conall duo filii Blathmachii, filii Aedi Slanensis, occisi fuere per Lagenienses in pis- " trino Molendini Maolodhranii, filii Diomai fulvi. Marcan et Maolodhran interfecerunt eos " simul, unde cecinit poeta O'Maolodhran

" O Molendine ! quod triturasti portentosum triticum !

" Non sit in æternum ad triturandum mola—in qua contusa est progenies *Cervealli*

" Granum quod contusisti non avena erat sed sanguinosum triticum !

" Maledictio sit tibi in æternam infamiam O Molendine Maolodranii."]

Hinc constat Molendinum diversum a mola trusatili, vulgo *Quern*, olim Hibernis in usu fuisse, quod notandum duxi, ut recentiorum hac de re errores reformentur. Non sequitur enim ex eo quod ignotum fuerit Molendinum in Caledonia—[quod omnino negandum est] ideo *per consequens*, ignotum fuisse in Hibernia; Nesciunt qui talia blaterant inter Saxones ubique innotuisse uti patet ex *Beda*, et aliis ; Nesciunt non semel ab antiquis memorari in Hibernia, et in charta Donationis Sæculi 12 cujus extat exemplar in Harleiano, ut alibi patebit.

(2) IV *Magistri* ad ann. 656 inquiunt " *Jar mbeith seacht mbliadhna decc os er. do Conall caol agus* " *do Ceallach do mc Maoilcoba mc Aodha mc Ainmirech, do cer Conall la Diarmait mc Aodha Slaine*

Colman Episcopus *mc Cudelduib*, et *Oissene fota* [Oissenius altus] duo Abbates *Cluana Iraird* obierunt. *Ducuae Locre* Abbas *Fernann* quievit. Jugulatio *Ferguisi mic Domhnaill, Ferguso mc Rogaillnig*, et *Aedo Bedri*, et *Cumineni*. (1) Bellum *irrato Etairt* [apud Rath Etart] ubi *Duncat mc Conaing* cecidit *Ado roin mac Maelcobo*. Vel hic nativitas Bede. (2)

An. Dc l ib. *Nein mc hui Ibirubir*. pausat.

An. Dc l b. Bellum *Cumascaig mc Ailello* in quo cecidit *Cruinnmael, Mac Suibne* victor erat. Bellum *Pante* [Pendæ] Regis Saxonum, *Ossu* [Oswi] victor erat. (3) Bellum *Anne*. Mors *Crunnmael erbuilc mc Ronain*, regis Lageniensium. Mors *Maelaichlein-tire-da-glass. Guin Ragaill mc Uadach Righ Connacht*. (4) [Mors Crunnmalii magnæ Pharetræ, filii Ronani

---

" *agus atbail Ceallach imbrugh mc an og*" et postea anno 657, inquiunt " *an ced bliadhain do Di-*
" *armait agus do Blathmac da mc Aodha Slaine mc Diarmada mc Fergus cerbeoill i rig in er.*"
" Postquam annis 17 regnassent simul duo filii Maelcobi, filii Aedi, filii Anmirechi occisus est
" Conall gracilis per Diarmitium filium Aedi Slanensis, et obiit Ceallach in Regia dicta filii Vir-
" ginis" quam, post Temoriam execratam, [vid. not. ad ann. 564]—Reges Hiberniæ sibi in *Dunum* elegerunt. Suspicio mihi exorta est hunc fuisse locum hodie *new Grange* appellatum. *Grianan* Hibernice est Regia. De IV *Magistror.* Chronologia, V. not. ad ann. 663.

(1) Ad tertium Sanctorum ordinem, quorum Catalogum ex Codice vetusto edidit Usserius, pertinent SS. *Camminus*, et *Cummineus foda* [i. e longus.] *Illum* circa annum 653 obiisse tradunt Annales Inisfallenses, æque ac Ultonienses, et Abbatem fuisse de *Inis-Cealtra*. *Hunc* anno 592 natum, et 662 defunctum consentiunt omnes antiqui. Insula *Cealtra*, vel Keltra, uti eam Marianus Scotus appellat, *Florent. Wigorn.* chron. ann. 1043, ea est de qua supra in not. ad ann. 500.—In lacu *Dergid* sita est, in quem *Sineus* fluvius illabitur, ubi ædis sacræ, quæ usque hodie Templi Cammini, vulgo *Teampul Cammin* nomen retinet, rudera ampla cernuntur, " Habebatur ibi," inquit Usserius "Psalterium cujus unicum tantum quaternionem mihi videre contigit, obelis, et asterscis " diligentissime distinctum, collatione cum veritate Hebraica, in superiore parte cujusque paginæ po-" sita, et brevibus scholiis ad exteriorem marginem adjectis, atque illud S. *Cammini* manu descrip-" tum fuisse communi traditione ferebatur" Primord p. 972. De hac Insula et 7 Ecclesiis, ac turre " rotunda ibi extantibus vide *Glossar. Topogr.* Voce *Innis-Cealtra*.

(2) *Mabillonius* vult ex ipsius Bedæ scriptis, nativitatem ejus in annum referre 678. Annal. Benedictinor, t. 4, p. 521,—2. At Beda ipse testatur se finem suæ historiæ imposuisse An. D. 731, ætatis 59. Bed. l. 5, c. ult.—Bedæ Magister fuit *Trumberth* lb. l. 4, c. 3, qui fuit discipulus *Ceaddæ*, et *Ceadda* fuit Monachorum Hibernensium discipulus in Schola Lindisfarnense. lb. l. 3, c. 21, 22, 23, 24, 26, 28. Vide *Dissert. Prælim.* ubi de Origine literarum, et Artis metricæ inter Nordanhymbros. Extat vita antiqua *Fursei* Saxonice in Bibliotheca Regia. Vide *Bibliothecam* nostram *Hibernico-Cotton.* Julius A. x. Confer Tiberius E. i. ibid. MS. in Stowense.

(4) Recte ad ann. 655. V. Bed. l. 3, c. 24. et Chron. Sax. pariter ad ann. 655.

(5) De Regum Connaciæ successionibus vide annos 501, 542, 549, 560, 576, 592, 626, 648, item infra 662, et IV *Magistros* ad eundem ann. 662.

Regis Lageniensium. Mors Maelachlenii Abbatis Monasterii *Tiredaglas.* Vulnus lethale Ragalli filii Uadachii Regis Connaciæ.] Vel hic *frosa* [Pluvia mirabilis] secundum alios. *Mocoemog Lethmoir* quievit.

An. Dc l bi. Kal. Jan. i. fer. lun. x. Obitus *Suibnii mc. Cuirtri* Abbatis *Jae*, et *Ultain ic U Concubair* [et Ultani filii O Conorii.] (1) Bellum *Delend*, in quo interfectus est *Maeldeut mac Conaill.* Mors *Tolargain mc Ainfrit* regis Pictorum. Mors *Cellieni Lotri.* Orta est vacca *illath rug bruin* [apud Lathrugbrin] quæ iv vitulos peperit.

An. Dc l bii. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxi. Mors *Ceallach mc Maelcobo*; et *Ceallach mac Ronain*, et *Fiachraich Telnain*, et *Blaithmicc mic Ronain, mc Coluimb.* Mors *Gurcit* Regis *Alocluaithe*, (2) et *Fergail filii Domhnaill.* Ventus magnus. *Tomain mc Taitein* moritur.

An. Dc l biii. Kal. Jan. iii. fer. lun. ii. *Dimmaingert* Episcopus *Condire*, [Connerensis] et *Cummine* Epis *Naendroma* [Antrim,] et *Duncat mac Aedo Slaine* mortui sunt. Jugulatio *Orcto-it mc Seacnusaig*, et *Coninn mc Laidgnein*, et *Clodubuir* [Clodovæi] regis Francorum.

An. Dc l iv. Kal. Jan. iv. fer. lun. xiii. Obitus *Finnani* Episcopi filii *Rimedo.* et *Colman glinne da locho* quievit. et *Dainie* Episcopus *Cinngarad.*

---

(1) " *Ultani filii O'Conor*" Ita Codex Clarend. 49. Idem nempe Ultanus de qno Usserius inquit —" Ultan Ardbracanensis ex Connoreum genere ortus" Primord. p. 1163. Memoratur infra ad ann. 662. " *Secundum alium librum, obitus Ultani mac u Concubair*" uti in Codice suo legebat Usserius ib. p. 963. Vel " *Ultan ic Concubair quievit secundum alium librum*" uti lego in Codice Bodleiano.—Ex eadem Connoreorum familia et matrem S. Brigidæ, et Ultanum prodiisse docet Scholiastes vetustus Hymni Hibernici in laudem S. Brigidæ, quem alii a S. *Columba*, ante ann. 597, tempore Aedi Regis filii Ainmirechi, alii ab *Ultano* Ardbrecanense, regnantibus *Diarmitio* et *Blathmacho*, circa ann. 660, conscriptum arbitrantur.

Inter 4 vitas antiquissimas S. Patricii a *Jocelino*, Sæculo xii memoratas, secunda numeratur ea quam ex ore vel libro *Ultani Conchubernensis* scripsit *Tirechanus*, et quarta ea quam lingua Hibernica scripsit anonymus, qui S. Patricium ab *Ultano filio Conchobair*, quem Ardbrecanensem appellat, celebratum memorat. Vide *Jocelin* in Vita Patricii c. 186, et *Usser.* ib. p. 818.

(2) " *Al—Cluith*" Hibernice est Petra, seu Rupes fluminis Cluidii—Ita Bed. l. 1, c. 12. *Est enim juxta fluvium nominis illius.* Arx erat munitissima *Hibernorum* tempore Adamnani " De Rege *Roderico*, filio *Totail*, qui *Petracloithe* regnavit, B. Viri Columbæ prophetia" l. 1, c. 15. et supra ann. 624. Postea *Britonum*, unde etiam nomen *Dunbritton* sortita est. *Jocelin* vit. Patr. c. 11. V. *Glossar. Topogr.* vocibus *Alcluith*, *Nemthor.* et infra ann. 693.

Mors *Echdach mc Blaitmicc. Conall Crannamna* moritur. *Euganan mac Totalain* defunctus est. (1)

An. Dc lx. *Tommene* Epis *Ardmacae*, et *Conani* nepos *Da int* Abbas *Imlecho Ibair*, et *Laidggenn* sapiens *mc Bait bannaig* defuncti sunt. *Fursa* in Perona pausavit. (2)

An. Dc lx i. Anno lxxii etatis *Cummeni foda*, [Cummenius longus,] et

(1) *Conall Crandamhna*, vel ut in aliis Codicibus, *Ceann gamhna* i. e. Conall capitis Vitulini, filius fuit *Eochodii buidhe* Regis Scotorum Albaniæ. Vide annos 503, 537, 541, 544, 557, 559, 561, 567, 573, 574, 575, 579, 589, 594, 599, 605, 521, 621, 628, et 641. Conallo successit *Domhnal donn* [i. e. fuscus] filius ejus, qui et Domhnaldus II. appellatur. Simul cum Conallo, sociali Imperio regnasse Dungallum I. tradit Flaherteus, sed de eo nihil habet *Tigernach*, nihil IV *Magistri*, vel *Inisfallenses*. Vide not. ad ann. 672 infra.

(2) Codex Clarend. 49. ex vetusto Codice cujus abbreviationes amanuensis non intellexit, habet " *in propria persona*" pro " *in Perona.*" Antiquissimam Fursei Hibernensis Vitam memorat Beda l. 3, c. 19. quam ann. 665 scriptam fuisse, ex Eclipsi anni 664, demonstratum est in *Dissert. Prælim.* Ejusdem Fursei vitam ex variis vetustis Codicibus Gallicis, et Germanicis, edidere Germanice *Valentinus Leuctius*, Belgice *Rosweidus*. Gallice *Jacobus Desmaii*, Latine plures, ut *Bollandus*, *Surius*, *Vincentius Belovacensis*, l. 24, c. 80, 81, 83, 84. *Capgravius*, *Molanus* in Natalibus SS. Belgii ad 31 Octob. *Miræus* in Fastis ad 16 Jan. *Colganus*, et alii.——S. *Cumineus*, Hibernensis Abbas, de eodem egit in opusculo de Sanctorum Hiberniæ virtutibus, ante annos mille descripto, Colg. Act. p. 92. *Rabanus Maurus* sæc. ix scribens " In Perona, inquit, Monasterio, depositio S. Fursei confessoris, qui in Hibernia natus et nutritus, novissime in Gallia Monasteriis constructis, inde migravit ad Christum. Corpus vero ejus ab Ercenwaldo Duce et cæteris fidelibus in Perona Monasterio in Ecclesia S. Petri Apli, juxta et cæterorum Apostolorum altare honorifice conditum est." Vide Rabani Martyrol. edit. Moguntiaci 1626. Eadem habet *Notker* ad eund. diem 16, Jan. et *Sigebertus Gemblacensis* ad ann. 593, et 648, qui præterea inquit —" a Clodoveo Rege honorifice susceptus, *Latiniacum* [hodie Laigni prope Parisios] fundavit, " quem, non multo post, fratres sui *Foillanus* et *Ultanus*, pari peregrinandi voto sequti, per Gallias " claruerunt. Ex quibus *Foillanus*, dono Gertrudis virginis *Fossense* Monasterium postea fundavit, " ubi et Martyrio coronatus quiescit." Clodoveus 2 regnasse dicitur ab anno 638 ad 656. *Art de V. les dates* t. 1, p. 545. Ergo intra istud tempus floruit in Gallia Furseus, quod cum his Annalibus ad unguem convenire manifestum est. Præterea Wigorniensis inquit S. Furseum ex Hibernia in Angliam venisse anno 636, eademque quæ Sigebertus de Furseo tradit etiam *Eginhart*, Caroli Magni a Secretis, in Vita SS. Marcellini et Petri edita a *Bollando*. *Cnobersburgense* Monasterium quod in agro Suffolciensi fundavit, hodie *Burgh Castle*, Bed. l. 3, c. 19, *Latiniacense*, *Fossense*, et *Peronense* in Gallia, *Kill-Fursense*, prope lacum *Orbsen* in Connacia, aliaque a *Furseo* et fratribus fundata, eorum pietatem, et labores Evangelicos abunde demonstrant. Vid. *Dissert. Prælim.* De Literarum inter Nordanhymbros origine. *Foillani* vitam antiquissimam edidit *Dom. Menard* in Addit. ad *Martyrol. Benedictinor.* p. 900.—V. *Le Cointe* ad ann. 654, 656, 686.

Saran nepos *Certain* sapientis dormierunt. (1) Bellum *Ogomain*, ubi ceciderunt *Conaig mc Congaile*, et *Ultan mc Ernaine* rex *Cianachte*, et *Cennfaelad mac Gertide*, *Blamac mc Ado* victus est. Socius *Diarmodo Maelduin mac Furudrain mc Becce* mortuus est. *Manach mc Fingin*, *ic Aed duib*, *ic Crimtaind*, *ic Feidlimid*, *ic Aengusa*, *ic Nadfraic* rex *Mumain* mortuus est. Jugulatio *Maelfuathaig* filii *Ernani*. *Scanlan* Abbas *Lugmaidh* quievit.

An. Dc lx ii. Kal. Jan. i. fer. lun. xvi. Quies *Regain mic Cuchumid Abb. Benncoir*, et Mors *Guarie Aidhne*. Jugulatio duorum filiorum *Domhnaill filii Aedo*, *i Conall*, *et Colga*. Mors *Gartinaid* filii *Domhnaill*. et *Domhnaill mc Totolain*, et *Tuathail mc Morgaind*. *Tuenog* filius *Fintin* Abbas *Fernann in derachc* [Eleemosinarius] Episcopus, *Dima* Episcopus quiescunt. *Ultan ic Concubair* quievit, secundum alium librum. (2)

An. Dc lx iii. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxvii. Tenebre in Kalendis Maii in ix. hora, et in eadem estate celum ardescere visum est. Mortalitas in Hiberniam pervenit in Kalendis Augusti. (3) Bellum *Luto feirnn*. (4) Mors

---

(1) Cod. Clarend. 49 habet lii. pro lxxii. IV *Magistri* Cuminei Longi obitum referentes ad ann. 661, testimonium adducunt Poetæ vetusti Hibernensis quem "*Colman ua Cluasaig oide Cummine*" appellant; [i. e. Colman O Clusag Preceptor Cumminei.] Cummineus filius fuit *Fiachnae* Regis *Jar Mumhain*, [i. e. Occidentalis Momoniæ] quam Camdenus et recentiores *Desmoniam* appellant. Auctor fuit Epistolæ ad Segienum Hiensem quam edidit in Sylloge Usserius, quamque ex vetusto Codice Cottoniano descripsi in *Bibliotheca Hibernico Cottoniana* MS. in Stowense. Habetur etiam auctor Hymni "*Celebra Juda festi Christi gaudia*" quem Scholiastes antiquus compositum notat tempore *Domhnalli mc Aed*, *mc Ainmirech*, hoc est Dovnaldi 2 Regis Hiberniæ. Vide nativitatem ejus ad ann. 591. Alius fuit *Cummineus albus*, qui scripsit Vitam S. Columbæ, V. ann. 668.

(2) Ista de *Ultano* desunt in Cod. Clarend. 49. V. supra ann. 656.

(3) *Annales Anglo Saxonici*, *Beda*, *Flor. Wigorn.* et alii antiqui ac recentiores, in hac Eclipsi enarranda, duobus vel tribus diebus a veritate Astronomica aberrarunt. *Tigernach*, et *Annales Ultonienses* non solum diem, sed etiam *horam* ad unguem designant. V. *Dissert. Prælim.* IV *Magistri* ad ann. 664 inquiunt "*Deithgrein an treas la do Mai*" [Eclipsis Solis die tertia Maii.] At quamvis magni æstimandi sint propter puritatem linguæ Hibernicæ, et propter Veterum Hibernorum fragmenta metrica quæ ex Codicibus antiquis excerpta servaverunt, tamen in rebus Chronologicis valde deficere dolendum est. neque erit aliquis earum rerum æstimator tam injustus, qui a nostra sententia dissentiat, si modo, a partium studiis alienus, notas quas his Annalibus apposuimus, quasque fusius in *Dissert. Prælim.* explicavimus diligenter perpendat.

(4) "Bellum Luto, i. e. *in Fortren*" Cod. Clarend. 49.—Regio Britanniæ quæ Pictorum potestati subdita erat, ab Hibernis vocabatur *Fortren*, quasi *Fortraigh-greine* sive ortus solis, ad distinctionem ab Albania Hibernica, quæ ad occidentalem plagam Britanniæ tendebat, et ad *Inche gall*, seu *Ebudas*. V. *Glossar. Topogr.* Voce *Albania*.

Cernaig filii *Diarmoto, mac Aedo Slaine, mc Diarmada Cinseoileach, mc Conaill Crimthaine,* (1) et terremotus in Britannia, et *Congan mac Caitemme,* et *Beracc* Abbas *Benchair, Baeta mc Cucormaicc* Abbas *Cluano* obierunt. In Campo *Ito focairt* exarsit mortalitas primo in Hibernia, a morte Patricii cc iii. (2) Prima mortalitas c xii. *Ceallach mac Maeleobo* moritur, secundum alium librum.

An. De Ir ih. Kal. Jan. iv. fer. lun. viii. Mortalitas magna. *Diarmait mc Aedo Slaine,* et *Blathmac,* et *Maelbresail* filii *Maeldis* mortui sunt. *Ultan mac Cannga* Abbas *Cluano Iraird.* Dormitatio *Feceni Fabair.* [Feceni Abbatis Fabarensis] et *Alerani* sapientis, et *Cernain* filii *Silni. Cucenmatar, mac Cathail, mc Aedha, mc Cairbre, mc Crimthain, ri Muman* moritur. (3) *Blain mac Tethbae, Oengus Ulat, Maencan Leit,* Episcopi, et Abbates, et alii innumerabiles mortui sunt. *Colman Cais,* Abbas *Cluana mac nois, Cummeni* Abbas *Cluan ic nois* dormierunt.

---

(1) Hæ duæ ultimæ generationes desunt in Cod. Bodleiano, extant in cæteris.

(2) De Annalium nostrorum Numeralibus vide notas ad annos 518, 552, et 570. Item ann. 593, quo S. Patricius obiit, et *Dissert. Prælim.* De mortalitate V. *Bedam* l. 3, c. 27, cujus verba notanda sunt " Hæc plaga Hiberniam quoque insulam pari clade premebat. Erant ibidem eo tem-" pore, *multi nobilium,* simul et mediocrium de gente Anglorum, qui tempore *Finani* et *Colmani* Epis-" coporum, relicta insula Patria, vel Divinæ lectionis, vel continentioris vitæ gratia illo secesserunt, " et quidam quidem mox se Monasticæ conversationi fideliter mancipaverunt, alii magis circumeun-" do *per cellas, Magistrorum lectioni operam dare gaudebant, quos omnes Scotti libentissime suscipien-" tes, victum eis quotidianum sine prætio, libros quoque ad legendum, et Magisterium gratuitum præ-" bere curabant.* Erant inter hos duo juvenes de nobilibus Anglorum, *Aedilhun* et *Ecgberct,* quorum " prior frater fuit *Aediluini,* qui et ipse ævo sequente *Hiberniam gratia legendi* adiit, et bene in-" structus patriam rediit, atque Eps in Prov. *Lindissi* factus, multo Ecclesiam tempore nobilissime " rexit,—Hi ergo cum essent in Monasterio quod lingua Scottorum *Rath-Melfigi* appellatur, et " omnes Socii eorum vel mortalitate de sæculo rapti, vel per alia loca dispersi, correpti sunt " ambo morbo ejusdem mortalitatis." V. etiam *Chron. Saxon.* ad ann. 564.
Monasterium de quo hic agitur non est *Melifont* in Midia antiqua, ut in nota ad hunc Bedæ locum asserit *Smith* p. 136, sed hodie vocatur eodem nomine *Rath-milsigi* in Connacia, Vid. *Glossar. nostr. Topographic.* In utraque hypothesi agitur de Hibernia, ac proinde *Scotia* et *Hibernia* eadem sunt. —Desæviit ante hanc alia mortalitas, de qua vide supra ann. 548. et IV *Magistros* ad eund. ann. Hanc *Içteritiam* fuisse tradit scriptor antiquus vitæ *S. Giraldi,* Ab. Monasterii *Magio Saxonum* in Connacia, quod, *pro Saxonis, causa studiorum* in Hiberniam turmatim adventantibus, condidit *S. Colman* anno 668. V. Bed. l. 4, c. 4. *Glossar. Topogr.* Voce *Magh-io,* hodie *Maio.* Vitam antiq. *S. Geraldi* Saxonis apud *Surium,* tom. iv. *Smith* in not. ad Bed. l. 4, c. 4, p. 147, edit. Cantabrigiæ, et hos *Annales* ad ann. 667, 703, et 731.

(3) Tres ultimæ generationes desunt in Cod. Bodleiano, extant in cæteris. *Fechinus* et *Aileranus*

An. Dc Ir b. Kal. Jan. v. fer. lun. xx. Mors *Ailla. Flainnesso* filii *Domhnaill*, filii *Aedo*, filii *Ainmire*. *Maelcach mc Scannail di Cruitnib* [de Pictis Hiberniæ] et *Maelduin* filius *R....ail* rex generis *Coirpri* obierunt. *Eoch. Jarlait* rex *Cruitne* [Pictorum Hiberniæ] moritur. *Dubhinrecht mac Duncha* Rex *Himbruinai* moritur. Mors *Ceallach mac Guaire*. Vel hic *Guaire Aidne* [lege obiit.] (1)

An. Dc Ir bi. Kal. Jan. vi. fer. lun. i. Mortalitas in Hibernia. Bellum *Ane it*. *Arada ocus Hua Fidgenti* [Prælium Aneense inter Dalaradios et incolas regionis Fidgentiæ] ubi cecidit *Eugen* filius *Crunnmael*. *Cearnac Sotal mc Diarmata* quievit.

An. Dc Ir bii. Mortalitas magna *buidhe Conaill*. (2) [flava pestis ulcerata.] Bellum *Fertsi*, inter *Ultu* et *Cruitne*, ubi cecidit *Catusac mac Lurggein*.—Navigatio *Columbani* Epi. (3) cum reliquis Scotor. ad insulam Vacce Albe, [*Innis bo-finn*,] in qua fundavit Ecclesiam, et navigatio filiorum *Gartnaid* ad Hiberniam cum plebe *Sceth*. (4) *Fergus mac Murcado* mortuus est. Vel hic, *Diarmait*, et *Blaithmaic*, et *Fecin* mortui sunt, *i do buide Conaill*. [i. e. De peste flava.]

---

sapiens, celebres fuere inter hujus Sæculi Doctores Hiberniæ. A Fechino nomen assumpsit *Tearmon Fechin*, [Terra immunis Fechini.] Manerium Archiepiscopale Ardmachanum, hodie "Feichin Fobhair" seu asylum S. Fechini *Fouriæ*, in Midia orientali. Appellatur etiam "*Baille leabhair*" Hibernice, quasi *Kiriath Sepher* Hebraice, i. e. Urbs librorum.—Ailerani extat Opus, *Hebraica* et *Græca* eruditione laudandum, "*Typicus ac Tropologicus Genealogiæ Christi intellectus quem S. Ailerani Scotorum sapientissimus exposuit*" in Sedulii junioris Collectaneo in Matthæum insertum, atque editum ex Codice Vetusto Monasterii *S. Galli* in Helvetia, per *Thomam Sirinum*. Vide Collectanea Sacra edita Lovanii ann. 1667, pag. 182.

(1) Hæc mendose leguntur in Cod. Clarend. xlix, his verbis "*Maelduin Eoch Jarluit* rex *Cruitne* moritur. *Duvinrech mc Duncha* rex *O'Brinn* mortuus est. Mors *Cell. mc Guaire*".—IV *Magistri* ad ann. 665, inquiunt "*Maol-caoich mc Scandail toiseach Cruithne do sliocht Ir decc. Eochaid Jarlaith ri Cruitne beos decc. Cath feirtsi et. Ultu agus Cruithne du in ro marbh Cathusach mc Laircine.*" [Maolcach filius Scandalii, Dux Pictorum de progenie Irii obiit. Eochad Jarlat Rex Pictorum pariter obiit. Prælium Fertsii, hodie *Belfast*, inter Ultonienses et Pictos, in quo occisus est Cathusach filius Larcinei.]

(2) Vide supra ann. 663. æræ com. 664. Pestilentia hæc duravit pluribus annis. *Adamnan* l. 2, c. 46. in Triad. p. 363. IV *Magistri* ad 663, 666.

(3) In margine, pro Columbani invenio "*Colmanni*," et recte. Vide. Bed. l. 3, c. 26. l. 4, c. 4, et *Dissert. Prælim.* ubi de Literarum origine inter Saxones. Confer etiam notam ad ann. 663. Errat *Usserius* in anno. Vide Primord. p. 1164, ann. 665.

(4) Quære utrum pro "Sceth" *Scuit*, i.e. Scotica, legenda sit?

An. Dc Ix viii. Obitus *Cummeni* albi Abbatis *Jae.* (1) et *Certain* Abbatis *Bcnchar* et *Mucuo mc Chuist*, et mors *Maelfotartaig mc Suibne* regis nepotum *Tuirter ittarnan*, [apud Tarnan,] et *Cormall* apud Pictores [Pictos] defuncti sunt. Jugulatio *Maelduin.* Jugulatio *Cuana mc Cellaid.* Venit Genus *Garnairt* de Hibernia. Jugulatio *Briani Fin, mc Maile Fotharthi.* Mors *Dunchadha Ronain.* (2)

An. Dc Ix ix. Nix magna. *Scol mor.* [mortalitas magna armentorum.] Jugulatio *Maelduin.*

An. Dc Ixx. Mors *Ossu* filii *Eitilbrit* regis Saxonum. (3) *Fergus mac Crunmail* moritur. Jugulatio *Seachnusaig* filii *Blaithmic* regis *Temoirie* in initio hiemis. (4) *Dubduin* rex generis *Coirpri* jugulavit illum, et *Brian Finn* [albus] *mac Maeleoctraich* moritur. *Bellum Dromo Cepais. Maelrubai* in Britanniam navigavit. (5)

---

(1) Hic est ille Cummineus de quo *Adamnan* inquit librum scripsisse de Vita S. Columbæ l. 3, c. 5, ad quem etiam Beda respicit l. 3, c. 4. Idemque qui *Suibneo* quinto Abbati Hiiensi successit annis xii. Extat in Cottoniano ejus Epistola ad Segenium *de Paschate*, a nongentis annis exarata. Vid. Bibliothecam *Hibernico-Cotton.* Vitel. A. xii. MS. in Stowense. Successit ei *Failbeus* septimus Abbas annis x. Primus enim *Columba* obiit anno 596 vel 597—II *Baithan* obiit anno 598.—III *Fergna*, non Virgnous uti scribunt recentiores, obiit anno 623. IV *Segenius* supra dictus, ad quem inter alios, Johannes Papa electus literas misit memoratas a Beda, l. 2, c. 19, obiit anno 652. V *Suibneus* obiit anno 657. VI *Cummineus* vel Cumianus albus obiit hoc anno 669.

(2) Hæc, a *jugulatio Cuana* ad finem anni, desunt in Cod. Bodleiano, extant in cæteris. Vide notas de Codicibus ad annos 538, 570, 572, 602, et *Dissert. Prælim.*

(3) Pro "*Ossu*" in Cod. Bodl. Codex Clarend. 49 habet *Offa*, mendose——"Oswio Nordanhymbrorum Regi successit, anno 670, filius ejus *Egfrid*, postquam "Oswius Pictorum atque Sco-"torum gentes quæ septentrionales Britanniæ fines tenebant, magna ex parte perdomuit ac tributa-"rias fecit." Bed. l. 2, c. 5. l. 4, c. 3, et c. 12. et *Chron. Saxon.* ad ann. 670.

(4) IV *Magistri* ad eundem annum 669 inquiunt "*Jar mbeith cuicc bliadna os er hi righe do* "*Seachnusaig mc Blaitmhic do cer la Dub duin flaith cenn. Coirbre. As for Seachnusaeg do ratt. an* "*teistimm si*—

"*Ba Srianach, ba he achlascach—In teach himbidh Seachnusach,*

"*Ba himda fuigheall for flaith—Ili staigh imbidh mc Blatmaich.*"

[Postquam v annis regnasset Seachnusag filius Blathmachi, occisus est per *Dubduin* gubernatorem Clientelæ Carbrei. De Seachnusagio hoc encomium Poeta cecinit—

"Erat sibimet fræno, at munifica erat domus—in qua regebat Seachnusach.

"Erat uberrima æquitas contra potentes—in domo in qua regebat filius Blathmach."

(5) IV *Magistri* ad ann. 671 inquiunt—"*Maolruba abb. Bendcair do dul in Albain go ro fothaig* "*ecclas Aporcrosan* [Maolruba Abbas Benchorensis transivit Albaniam, et condidit Ecclesiam "Aporcrossan."] Obitum Maolrubai referunt hi Annales et *Tigernach* ad ann. 721, æræ com. 722.

An. Dc lxx i. Kal. Jan. v. fer. lun. xxvi. Bellum *Dungaile mc Maeletuile*, et combustio *Ardmache*. et *do mgtalli* [duo Mactallii] filii *Segeni* deleti sunt *ibdig*. [ibi] Mors *Cumascaich* ic *Ronain*. *Mes mor*. [Messis abundans.] *Caenfaelad mac Blathmac* regnare incipit. Expulsio *Drosto* de regno, et combustio *Benncharі* Britonum.

An. Dc lxx ii. Combustio *Maigi lunge*. Jugulatio *Domaingairt mc Domhnaill bricc*, Regis *Dalriati*. (1) *Gabhail* [Captivitas] (2) *Eluan mc Coirpre*, et *Conamail* filii *Cannonn*. *Cormac Maele Fotartaig* moritur. Navigatio *Faelbei* Abbatis *Jae* in Hiberniam. *Maelrubai* fundavit Ecclesiam *Aporcrossan*. (3) Constantinus filius superioris Constantini reg. annis xvii. (4)

An. Dc lxx iii. Jugulatio *Congaile Cen-foti* [capitis longi] *mc Duncho* Regis *Ulot*. *Becc Bairche* interfecit eum. Jugulatio *Doir mc Maelduinb* Regis *Cianachte*. Mors *Scannlain mc Fingin* Regis *h. Meit*. [Midensis.] Nubes tenuis et tremula ad speciem celestis arcus, iv vigilia noctis, vi feria ante Pasca, ab oriente in occidentem, per serenum celum apparuit. Luna in sanguinem versa est. (5)

An. Dc lxx iv. Kal. Jan. ii. fer. lun. xxix. Bellum *Cinnfaelad* filii *Blathmc*, filii *Aedo Slaine*, in quo *Cinnfael* interfectus est, *Finsneachta ic Duncha* victor erat. Jugulatio *Airmetaig ic Guaire*. Mors *Noe mc Danel*. Mors filii

---

(1) De nominibus, numero, et ordine successionis Regum Hibernorum Albaniæ vide notas ad annos 621, 628, 636, 641, 659, 672, 693, 696.—*Domhnall brecc*, ut supra notavi, occisus est ab *Hoan* Rege Britonum anno 641, ætæ com. 642, eique successit *Conall Crann damhna* vel *Ceann-gamhna* Eochodii flavi filius,—cui successit *Domhnall donn* [Domhnallus fuscus] seu Domhnallus II, Conalli II filius. Vid. ann. 659, et Poema Hibernicum anni 1060 in Appendice. De filiis *Eochodii flavi* Regis. V. not. ad ann. 628. De alio *Domhnallo brecc* V. ann. 685.

(2) A voce Celtica *Gabal* capere, nomen assumpsit Imperator *Helio-gabalus*. V. *Montfaucon* Antiq. expl. t. 1, Paris 1722, p. 120, pl. 64. n. 4. " Emesa was celebrated for the worship of the Sun " under the name *Ela-gabal*, from the Syrian *Ela* a God, and *Gabal* to possess ; and under the " form of a black conical stone." *Gibbon* Decl. and fall, t. 1, 4to, Lond. 1776, p. 148. Ab Hibernicis *Ail*, et *All* Saxum, [V. ann. 657, et 693,] *Ailim* orare, *All* potens, *Ail-finn*, hodie *Elphin*, " quæ nomen adepta fertur, quia *Al* prisca lingua Hibernica Saxum denotat" *Evinus* in Vit. S. Patricii scripta ante Jocelini tempora, *Triade*, p. 134. V. *Glossar. Topogr.* Voce *Elphin*, et *Dissert. de Relig. Ethnicor. Hibern.* MS. in Stowense, unde constat eandem fuisse Religionem Ethnicorum Syriæ et Hiberniæ, quorum Deus erat *Baal*, i. e. *Sol*. (3) V. not ad ann. 570.

(4) Constantinus III regnavit ab anno 668, ad 685, ann. xvii, m. ii. *Art de V. les dates*, t. 1, p. 417.

(5) Lunæ Eclipsim hoc anno notavit etiam ex antiquis Codicibus *Hermanus Contractus*, pag. 105.

Pante. [Pendæ.] (1) Mors *Scannlain ic Fingin* regis Nepotum *Meith. Finsneachta* regnare incipit, i. e. *Finsneachta Fledhach, ic Duncha, ic Aedo Slaine.* (2)

An. Dc lxx b. Kal. Jan. iii. fer. lun. x. Columbanus (3) Episcopus Insolæ Vaccæ Albæ, [*Innis bo finn*] et *Finain* filius *Airemnain* pausant. (4) Jugulatio *Maelduin* filii *Rigullain*, et *Boidb* filii *Ronain*, hoc est *Congaile.* Multi Pictores [Pictorum] dimersi sunt *illaind abae.* [In flumine Aba.] Destructio *Ailche fringreni la Finsneachta.* [Destructio Arcis Ailech a fundamentis per Regem Finsneachta.] *Fealbe* de Hibernia revertitur. *Congal mac Maelduin*, et Filii *Scannail*, et *Aurtule* jugulati sunt.

An. Dc lxx bi. Kal. Jan. v. fer. lun. xxi. Stella Cometis visa luminosa in mense Septembris et Octobris. (5) *Duncha ic Ultain* occisus est in *Dun Fergo.* [Carricfergus.] Bellum inter *Finsneachta* et Lagenios, in loco proximo *Locho Gabar* [lacui Gavar,] in quo *Finsneachta* victor erat. Jugu-

---

(1) Pro morte Wulferi, Pendæ filii. V. Chron. Sax. ad ann. 675.

(2) IV *Magistri* obitum Regis "*Cendfaoladii* filii Blathmachi, filii Diarmitii, occisi per *Finsneachtam* "*fledach* filium Dunchadi, in prælio Ardcealtraense," referunt ad ann. 673. Porro, in Codice præstantissimo *Mariani Scoti*, sæculo xi exarati, hæc leguntur ad ann. 674. "*Hibernia, Insula Scot-*" *orum*, Sanctis et mirabilibus perplurimis Sublimiter plena habetur." Vide *Biblioth. Hibern. Cotton.* Nero, C. V.—MS. in Stowense.

(3) Lege "*Colmanus*" vide ann. 663. Idem est qui post conflictum cum *Wilfrido*, in Synodo Pharensi anno 664, relicto Nordanhymbrorum Episcopatu, quem ab initio Hiberni exclusive retinuere, "In Patriam [Hiberniam] reversus, tulit secum omnes quos in Lindisfarnensi insula congre-" gaverat *Scotos*, sed et de gente *Anglorum* viros circiter xxx, qui utrique Monachicæ conversati-" onis erant studiis imbuti, atque his primum in *Inis-bo finde*, i. e. Insula vaccæ albæ, in occidentali " Hiberniæ Oceano sita, commune construxit Monasterium. Deinde Scotis ibi relictis, in illo *Hi-*" *berniæ* loco, qui, lingua Scotorum, *Mageo* nominatur, aliud Anglis posuit cænobium. Quod " videlicet Monasterium *usque hodie* [i. e. usque ad 731] ab Anglis tenetur incolis. Ipsum namque " est quod nunc *grande* de modico effectum, *Muigeo* [hodie *Maio*] consuete vocatur." Bed. l. 4, c. 4. Vide supra not. ad ann. 663, et infra ad ann. 694. Item *Glossar. Topogr.* voce *Magh-eo*, et *Dissert. Prælim.* de Literar. orig. inter Nordanhymbros. *Maio* erat sedes Episcopalis usque ad ann. 1559, quo *Eugenius Mac Brehon* postremus Magionensis Episcopus dictus est. V. Provinciale Romanum, et confer *Archdal.* Monast. Hibern. p. 505.

(4) Obitum *Finani* referunt IV *Magistri* ad ann. 674. *Adamnan* inquit—"Christi miles *Finanus*, " qui vitam multis anachoreticam annis, juxta Roboreti Monasterium campi, [hodie *Durrow*] irre-" prehensibiliter ducebat." l. 1, c. 49. Vide *Archdal.* Monast. Hibern. p. 393.

(5) Vid. Chron. Saxon, ann. 678, p. 44.

latio *Cuandai ic Eugunain.* Congressio *Cule-maeni* ubi ceciderunt duo filii *Maeleduin.* *Beccan puim*.....(1) quievit.

An. Dc lxx viii. Kal. Jan. vi. fer. lun. ii. Mors *Colggen, mc Faelbei Flainn,* Regis *Mumain.* [Momoniæ.] *Daircill mc Curtai* Episcopus *Glinne-da-locha,* et *Coman* Episcopus *Fernan* pausant. (2) Interfectio Generis *Loairnn, itir inn.* [in regione Inn.] *Toim Suamha* Rex *Osraigi* quievit. Bellum *Duin-locho,* [Dunloe,] (3) et Bellum *Liacc-Maelain,* et *Doiradd Eilinn.*—Mors *Drosto* filii *Domhnaill.* Bellum *iccalathros,* [apud Calros,] in quo victus est *Domhnall brecc.* [Dovnaldus maculatus.] (4)

An. Dc lxx viii. Kal. Jan. vii. fer. lun. xiii. Quies *Failbe* Abbatis *Jae. Cennfael mac Ailla, ic Baetain,* sapiens pausat. (5) Bellum *Finsneachta* contra *Beic-mbairche.* Dormitatio *Nechtain neir. Domhnall mc Suibhne la hulltu* [occisus ab Ultoniis] moritur.

An. Dc lxx ix. *Colman* Abbas *Benchair* pausat. Jugulatio *Fiannala, mc Maeletuile,* regis Lageniorum. *Cathal ic Ragallaig* moritur. Bellum Saxonum, ubi cecidit *Ailimme* filius *Oissu.* (6) Obsessio *Duin Baitte. Dunch* filius *Eugunai* jugulatur. Mors *Fotartaig* Episcopi *Ardsratha.* Bellum *im bodbgna* [cum Bodbgna] ubi cecidit *Conall oirggneaeh,*

---

(1) " *Ruininn*" Cod. Clarend. 49. Hic est, ni fallor, *Becanus filius Ernani* Monachus Hiiensis, et Anachoreta, quem, in titulo Epistolæ de Controversia Paschali, *S. Cumineus albus* salutat. Vide *Bibliothecam Hibern. Cotton.* Vitel. A. xii. MS. in Stowense. IV *Magistri* obitum ejus referunt ad xvii Martii, anni 675.

(2) *Comani* honorabilis presbyteri sui coævi, meminit Adamnan, l. 3, c. 23.

(3) " *Dunliag*" Cod. Clarend. 49. *Dun locho* Arx Lacus. *Dun-liag* Arx Saxorum.

(4) Alius erat *Domhnall brecc* Rex Scotorum Albaniæ. V. ann. 641, et 672. De hoc V. ann. 685.

(5) Hic est *Cenfaelad* scriptor vetustus, cujus extant Metrica et Historica, Hibernice scripta, in vetustis Codicibus membranaceis in Stowense. Vide *Dissert. Prælim.*—De *Falbeo,* Adamnani prædecessore in Monasterio Hiiense, agit *Adamnan* ipse, l. 1, c. 3. De reliquis ejus prædecessoribus vide not. ad ann. 668.—IV *Magistri* ad ann. 674 inquiunt—" *S. Colman Eps. Inisbo-finde deccan* " viii. *la d aug.—Cosccr. Ailigh fri greinn la Finsneachta mc Dunchadha. Failbe abb. Jae do saodh* " *ina friting a heirinn.*"—[" S. Colman Eps. Insulæ Vaccæ albæ, de quo vide ann. 675, decessit die " 8 Augusti. Vastatio Arcis Ailech a fundamentis per Finsneachta Regem Hiberniæ filium Dun- " chadi. *Falbeus* Abbas Hiiensis redit ad suum locum refugii in Hiberniam.] Postea ad ann. " 677.—" *S. Failbe abb. Jae Col. cille decc. Ceanfaol. mc Oiliolla sai in eccna decc.*" [S. " Falbeus Abbas Hiiensis decessit. Ceanfaoladh filius Aililli sapiens decessit.]

(6) *Chron. Saxon* ann. 679. " *Her Ælfwine waes ofslegen.*"

Conallus strenuus.] Lepra gravisisma in Hibernia, que vocatur *bolgach.* [Cardiogmus.]

An. Dc lxxx. Combustio Regum in *Dun Ceitirn.* i. e. *Dungal mac Scannail,* rex *Cruitne,* et *Cennfael* rex *Cianachte,* i. e. *mac Suibne,* in initio estatis, *la* [per] *Maelduin mc Maelfitric.* Bellum *Blaisleib* postea, in initio hiemis, in quo interfectus est *Maelduin* filius filii *Maelfitrich.* Jugulatio *Conaill-Coil* [Conalli gracilis] filii *Duncho, ic Cuinntire.* [in Cantiria.] Jugulatio *Seachnasaig mc Airmetaig,* et *Conaing m. Congaile.* Obsessio *Duin Foither.*

An. Dc lxxx i. Jugulatio *Cinnfael. mac Colgen* Regis Connacie, Bellum *Ratha moire Maigi line* [Prælium Collis Sancti et Magni Campi Lenensis] contra Britones, ubi cecidit *Catusach mac Maelduin, ri Cruitne,* [rex Pictorum,] et *Ultan* filius *Dicolla,* et Jugulatus est *Muirnn* in manu. (1) Obitus *Suibne* filii *Maeleduain,* Principis *Corcoige. Orcades* deleti sunt *la Bruide.* [a Brudio Rege Pictorum.] (2)

An. Dc lxxx ii. *Duncha Muirsce* [Duncha Dux maritimus] filius *Maelduib* jugulatus. Bellum *Corain,* in quo cecidit *Colgu* filius *Blaimc,* et *Fergus mc Maeleduin* rex generis *Coirpri.* Obsessio *Duin aill,* et *Duin duirn.* Initium mortalitatis puerorum in mense Octobris. Dormitatio *Airmedaig na cribhe.* [Armedagii Ducis Crivęorum.]

An. Dc lxxx iii. Mortalitas parvulorum. Mors *Maine* Abbatis *Noindromo,* [Antrim,] et mors *Derforgail.* Mors *Conculuin.* Bellum *Caissil Finbair. Loch Eatach do Soud hifuil.* [Lacus *Eatach* i.e. *Neagh* in sanguinem mutatus.] (3)

An. Dc lxxx iv. Ventus magnus. (4) Terremotus in insula. Saxones campum *Breg* vastant, et Ecclesias plurimas in mense Junii. (5) Mors *Congaile mc Guaire,* et mors *Bresail mc Fergusa,* morbo.

---

(1) IV *Magistri* inquiunt—" *Cath Ratha moire muighe line for bretnuibail, in ro marb Catasach* " *mac Maoile duin toiseach Cruitne, agus Ultan mac Dicollae.*" [Prælium magni et Sancti Collis Planitiei Lene contra Brittones, in quo occisus est Catusach filius Maeldunii Dux Pictorum, et Ultan filius Dicollæ.] Vid. *Glossar. Topogr.* voce *Magh-lene.*

(2) De Regum Pictorum successionibus, V. ann. 583, 628, 630, 640, 644, 645, 652, 656, 671, 680, et 692.

(3) *Chron. Saxon.* ann. 685. " *Her peard on Brytene blodiren,*" &c. [Contigit in Britannia Sanguinea pluvia.] Confer *Philosophical Transactions,* Vol. xviii, N. 139. et *Fordun* p. 159.

(4) De hoc vento vide *Hermani Contracti* Chron. ad ann. 683-4, p. 192.

(5) IV *Magistri* ad ann. 683 inquiunt—" *Fasugh Muighe Bregh la Saxoib, ettir ecclais agus*

An. Dc lxxx v. Bellum *Duin Nechta* in II die mensis Maii, die Sabbati factum est, in quo (1) *Etfirt mc Ossu* rex Saxonum, xv anno regni sui, consummata magna cum caterva militum suorum, interfectus est, et combussit *tula aman duin ollaig*. [*Tula* regalia Arcis Ollag.] (2) *Talorg mc Aicthaen*, et *Domhn. brecc mc Each* mortui sunt. Jugulatio *Rotansaig*, et *Dargarto mc Finguine*. Mors *Banbain Oscach* sapientis.

An. Dc lxxx vi. Jugulatio *Feradaig mc Congaile*. Quies *Documai Conoc* Abbatis vallis *da locho*, [duorum lacuum *Glindaloch*.] Dormitatio *Rosseni* Abbatis *Corcaidie maire*. [Corcagii magni.] Mors *Osseni* Episcopi Monas-

---

" *tuaith, hi mi iuin, do hsonnradh, agus rug sat bruigad iomet leo, as gach ionadh hi farcaibhset ar* " *fud Maighebregh, maillere het aloibh iomdhaibh oile go ndecsat iarom do cum a long.*" [" Vastatio " planitiei Bregiæ per Saxones, qui Ecclesias et Sæcularia vastaverunt in mense Junii, tempore Pen- " tecostes, et abstulerunt prædam immensam secum, ex omni loco quem diripuerunt per totam plani- " tiem Bregiæ, quoad armenta pecorum et boum, aliaque plurima quæ abstulerunt ad naves."] Beda inquit—" Anno Dom. incarn. DCLXXXIV Ecgfrid rex Nordanhymbrorum, misso Hiberniam cum " exercitu duce Bercto, vastavit misere gentem innoxiam, *et nationi Anglorum semper amicissimam.* ....." At Insulani, et quantum valuere armis arma repellebant, et invocantes Divinæ auxilium " pietatis, &c.....Anno post hunc proximo, idem Rex, cum temere exercitum ad vastandam Pic- " torum provinciam duxisset, extinctus anno ætatis suæ xl, regni autem xv, die xiii Kal. Jun. Et " quidem, ut dixi, prohibuerunt amici ne hoc bellum iniret, sed quoniam, anno præcedente, no- " luerat audire Rev. *Ecgberctum*, ne *Scotiam*, nil se lædentem impugnaret, datum est illi ex pæna " peccati illius, ne nunc qui ipsum ab interritu revocare cupiebant audiret." Bed. l. 4, c. 26.—*Smith* in nota ad hunc locum inquit—" Historici Scotiæ modernæ prælium quod Beda ponit in " priore anno in *Hibernia* factum, ad se trahunt. Sed *clarum est* Scottiam, a qua invadenda Eg- " berctus Regem dissuadet, eandem esse cum Hibernia, quam Beda supra descripsit ut gentem " *nationi Anglorum semper amicissimam*. Hoc pro sua ingenuitate, confessus est D. Jac. *Dalrymple* " in suis de Historia Scottica Collectionibus." Bed. edit. Cantabr. p. 174.—Vide supra not. ad ann. 644, confer *Florent. Wigorn. Matth. Westmon. Chron. Saxon.* ad ann. 684; et *Gibsoni* notam qui pro *Scotiam* " *Hiberniam*" legit ex Florentio. not. 5, p. 45.

(1) " *In quo*" deest in Cod. Clarend. 49. De obitu Ecgfridi V. Chron. Saxon ann. 685, et Bed. l. 4. c. 26. Annus hic accurate notandus est, quo Rex Pictorum *Brideus*, ut habet continuator *Ninii*, occiso Ecgfrido, terras suas ab Anglis recuperavit, unde *Trumwinus*, primus Anglorum qui in Pictos Episcopatum acceperat, ab eis, cum suis qui erant in Monasterio *Abercurnig*, recedere coactus est. Bed. l. 4, c. 12, et c. 26.—*Trumwinus* interfuit Synodo Theodori ad *Twiford*, juxta flumen *Alne* in Northumbria, anno 685. Bed. l. 4, c. 28, ibique, et non anno 619, ut putavit Camdenus, Chartæ Egfridi nomen sic apposuit—" *Ego Trumwinus Pictorum Eps subscripsi.*" Vide Chart. Ecgfridi MS. in *Cotton.* et Usser. Primord. p. 668. De Trumwino, V. *Chron. Saxon.* ann. 681. et *Radulph de Diceto*, inter x Scriptores, ann. 683.

(2) Hodie *Dun Olly* prope *Dunstafanage*. V. ann. 700, et 713—" On a great rock, within land, is " the castle of *Dunolly*, once the residence of the chiefs of Loarn." *Pennant* Scotl. Vol. 2, p. 354.

terii *Finntin* filii *Finguine.* *Adomnanus* captivos duxit ad Hiberniam lx, " *o achaidh chlaidith.*" [a campo stragis.] (1)

An. Dc lxxx viii. Quies *Segeni* Episcopi Ardmachae. Occisio *Canonn* filii *Gartnaid.* *Finnsnechta* clericatum suscepit. Bellum *Imleocho* pic.....ubi cecidit *Dubdainber* rex *Ardacianachte,* et *Huarcride* nepos *Osseni,* et *Congalach ic Conaing* fugitivus evasit. *Niall mc Cernaig* victor erat.

An. Dc lxxx viii. *Jolan* Episcopus *Cinngarat* obiit. *Finnsnechta* revertitur ad regnum. Jugulatio *Diarmado Midi* filii *Airmetaig* ceci. Mors *Catusaig* nepotis *Donnal. Bricc.* [Donnalli maculati.] Obitus *Docceni daire Murchaisi.* [Docenni Abbatis Monasterii Roboreti maritimi.] Mors *Feradaig mc Tuatalain.* Mors *Maeleduin ic Conaill Crunanma.* Obscurata est pars solis. (2)

An. Dc lxxx ix. *Congal mac Maeleduin, mc Aedo Benaine,* Rex *Jarmuman,* [occidentalis Momoniæ,] et *Dunnecaid mc Oircdoit,* et *Ailill mc Dungaile, Eilne mc Scandail* jugulati sunt. Combustio *Ardmace.* Mors *Finguine* longi, et *Feratagi meit* [Feratagi crassi] *mc Neichtlicc,* et *Coblailt* filia *Canonn* moritur. *Dobecog Cluana airdo* pausat. Justinianus minor filius Constantini ann. x.

---

(1) " *Reduxit*" Cod. Clarend. 49, et recte.—IV *Magistri* ad ann. 684, inquiunt—" *Sicc mor isin* " *mbliadainsin, co ro reidh set locha agus aibne ereann, ag din do read an muir eittir Erinn agus* " *Albain, co mbidh imaithigidh eattorra for san licc caha. Adamnan do dul go Saxaib, do Cuin-* " *dgidhna braite do bert sat Saxain tuaisceirt leo a muigh bregh an bliadhasn remraite.*— " *Fuair a huisec uatha, iar ndenam fert agus miorbal fiadhna Sloghaib, agus do bertsat* " *noir agus airmhidin moir do iaramh, i maillere hogh, aiseaccgach neith ro cuinnigh cacca.*" ["Gelu magnum hoc anno, ita ut glacie gelati fuerint lacus, et amnes Hiberniæ imo et mare " inter Hiberniam et Albaniam, ita ut hinc inde transitus pateret supra glaciem. *Adamnan* " profectus est Saxoniam, ut reduceret captivos quos abstulerunt Saxones Septentrionales e planitie " Bregiæ anno præterito. Accepitque ab eis satisfactionem, post operata mirabilia coram multis, et " exhibuerunt ei honorem et reverentiam magnam. Dederuntque si juvenes et Senes omnia que re- " tinuerunt."] *Adamnan* ipse l. 2, c. 46, inquit—" In Saxonia Regem *Aldfridum* visitantes amicum, " adhuc non cessante pæstilentia, ita tamen nos Dominus et in *prima* post bellum Ecfridi visitatione, " et in *secunda, interjectis duobus annis,* in tali mortalitatis medio deambulantes."—Ex his constat Adamnanum *bis* ex Hibernia legatum venisse in Angliam, anno 685 ad Ecgfridum, et anno 687 ad Aldfridum. De secunda hac legatione agit Beda, l. 5, c. 16. V. infra ad ann. 703.

(2) Duo Eclipses Solis notantur hoc anno, æræ com. 689. *Art de V. les dates,* t. 1, p. 65. *Prima* " 22 Junii, hora $9\frac{1}{2}$ die *S. extr. d'Asie, au S.E.* central. 1 S.T." Ac proinde recte dicitur obscurata est *pars Solis,* pars nempe Europæ visibilis. *Altera* evenit eodem anno die 28 Decembris.—Ibid.

An. Dc xc. *Cronan mc Cuchuailne* Abbas *Benchuir* obit. Theodorus Epis. Britannie quievit. (1) *Dalriati* populati sunt *Cruitniu ocus Ultu.* [i.e. Pictos Hibernenses et Ulidios.] (2) *Fitchillach mac Flainn* rex *Hi Maine* moritur. Ventus magnus xvi Kal. Octobris quosdam VI ex familia *Jae* mersit.

An. Dc xc i. Kal. Jan. ii. fer. lun. vii. *Adomnanus* xiv anno post pausam *Falbei* ad Hiberniam pergit. (3) *Concadh* Episcopus moritur. *Fergus mc Aedain* Rex *in Coicid* obiit. Jugulatio *Maelditraib mc Euganain.* Luna in sanguineum colorem in natali S. Martini versa est. (4) Obsessio *Duin Deaneadaib.* [Arcis Dundeanadab.]

An. Dc xc ii. *Bruide mac Bile* Rex *Fortren,* [Pictorum Albaniæ,] et *Ailphin mc Nectin,* et *Dirat* Episcopus *Fernan,* et *Bran* nepos *Faelaen* rex Lageniensium, et *Cellach mc Ronain* mortui sunt. Bellum inter *Osraigi et Laigniu,* in quo cecidit *Faelcar* nepos *Maeleodrea.* Jugulatio *Ainftig,* et *Methneill,* et filiorum *Boendo.* Mors *Doergairt m. Finguine.* Bellum contra Pante.

An. Dc xc iii. *Cronbeg* Abbas *Cluan mc nois* obiit. *Beccfhola* Episcopus quievit. Jugulatio *Cerbaill mc Maeleodie.* Obsessio *Duin Foter.* Mors *Fercair mc Conaet cirr.* (5) *Domhnall mac Ainu* Rex *Alocluate,* [*Alcuid,*

---

(1) *Chron. Saxon.* ann. 690. " *Her Deodorus Arcebiscop fordferde.* [Hoc anno Theodorus Archiepiscopus decessit.] Confer Bed. l. 5, c. 8.

(2) En latum discrimen inter *Dalriatas* et *Dalaradios.* V. not. de prælio *Dun Cethirn* ad ann. 628, unde constat eosdem fuisse *Cruthinios* et *Dalaradios* Ultoniæ, et prorsus diversos *Dalriatos,* qui tamen a nostris scriptoribus passim confunduntur. V. *Glossar. Topogr.* voce *Dal-aradia.*

(3) Deest annus 691 in Cod. Clarend. 49. De Adamnani reversione in Hiberniam patriam suam, anno 14 post obitum Falbei prædecessoris, ut S. Columbæ Monasteria visitaret, vide Bed. l. 5, c. 22, Vitam *S. Geraldi-Saxonis* Abbatis Monasterii *Magionensis* in Hibernia apud *Surium,* t. 4, et notas ad annos 685, 703, et 731.

(4) Natalis S. Martini incidit in xi Novembris, quo die, ex Calculis constat Lunam defecisse hora VI post meridiem, grad. ix, digit. iii. V. *Dissert. Prælim.*

(5) De Regum Hibernorum Albaniæ successionibus, vide annos 621, 628, 641, 659, 672. *Domhnall donn* patri *Conallo* II successit anno 659. Æræ com. 660. *Maelduin mac Conaill* ei successit annis 17, ab anno æræ com. 673, ad ann. 690, quo *Fearcar foda* [Fearcar longus] ad regnum pervenit. *Poema Hibernicum* anni 1060 in Appendice ei tribuit annos xxi, et Flaherteus inquit— " Ferquardhus longus, a Loarno octavus Rex Albaniæ, annis xxi, ab anno 690 ad annum 711."— *Pinkerton* appellat ad *Cuminium* de Vita Columbæ, c. 5, Conallum II non fuisse filium Eochodii flavi, " for when Cuminius wrote his life of Columba about the year 660, the descendants of " Aidan had lost the Royalty as Columba prophesied." Scotl. v. 2. p. 119.—At nihil tale asserit Cummineus, neque unum iota de *Aidano,* vel de posteris ejus, vel de *Conallo,* aut de posteris suis,

hodie Dunbarton] moritur. (1) *Huidren* Campi *Bile* [Monasterii Campi arboris Monumentarii] quievit. (2) Obitus *Cronain balm.* [balbi.]

An. Dc xc ix. Kal. Jan. vi. fer. lun. x. *Finsnechta* rex *Temro*, et *Bresal* filius s. [suus] jugulati sunt, *i an Ghreaall dholl*, [i. e. apud Grealldoll,] ab *Aed mc Dlutaigh* et *a Congalach m. Conaing, mc Aide Slaine.* (3) Occisio *Taiddg mc Fialbi* in valle *Pell.* Quies *min Bairen* [parvi Bareni] Abbatis *Achabo. Gaimi* de *Lugmaid* dormivit. Mors *Brin mc Conaill bicc.* [parvi.] *Tomnat* uxor *Ferchair* moritur. Mors *Conaill* filii *Tuatail.*

An. Dc xc x. Jugulatio *Domhnaill* filii *Conaill Crandamhnai.* (4) *Finguine m. Cu cen mathair*, [Finguine filius canis sine matre,] rex *Mumhan* moritur. *Fergal Aidne* et *Fianamail mc Meannaic* moriuntur. *Locheni*-sapiens Abbas *Cille daro* jugulatus est. *Cummene Mugdorne* pausat.—*Congalain mc Conaig*, filii *Congaile*, filii *Aedo Slaine* moritur. *Loingsech mc Aengusa* regnare incipit.

An. Dc xc xi. *Taracin* de regno expulsus est. *Ferchar fota* [longus] moritur. (5) *Adomnanus* ad Hiberniam pergit, et dedit legem innocentium populis. (6) *Euchu* nepos *Domhnaill* jugulatus est. *Maelfotartaig mc Maelduib* rex *na Nairgialla* [Airgialliæ] mortuus est. *Imarecc Cranchae*, [Prælium *Crancheense*,] ubi cecidit *Feredach mac Maeledoit.* Bellum *Julcon*...(7) *omras mc Congaile mc Guarie, Moling Luachra* dormivit. Britones

---

aut de ullo rege Scotorum Albaniæ extat in Cumminei opere edito a Colgano.—Idem asserit Malduinum *non fuisse filium Conalli*, ibid. At *expressis verbis* inquiunt hi Annales ad ann. 688. "*Mors Maleduin ic Conaill Crunanma.*"

(1) *Alcluid* i. e. Rupes fluminis Cludii, seu *Clothæ*, hodie *Dunbarton. Adamn.* l. 1, c. 15. *Bed.* l, 1, c. 1, et 12; et l. 4, c. 26. *Glossar. Topogr.* voce *Alcluid.* et not. 2, ad ann. 672, item ann. 657, 693, et 710. Arx erat *Hibernorum*, temporibus S. Columbæ—*Britonum*, temporibus *Bedæ*, unde *Dun-barton* recentior est, *Alcluid* antiquior. V. *Bollandum* vita S. Kentigerni t. 1, Jan. 13. *Camden* Gough. 3, p. 213, et *Hoveden* ann. 756. (2) V. *Glossar. Topgr.* voce *Maghbile.*

(3) "Per Aed mc Dlutaig, mc Ailella, mc Conaing, mc Aedo Slaine, et a Congalach mc Conaing, "mc Aedo Slaine." Cod. Clarend. 49. IV *Magistri* inquiunt ad ann. 693. "*La Aod mc* "*Dlutaig, mc Aillella, mc Aodha Slaine toiseach Fer-cul, agus la Congalach mc Conaing mc Congaile.* "*mc Aodha Slaine.*" Concordat cum IV Magistris *Tigernach.*

(4) De *Domhnallo donn* filio Conalli *Crannâhamna.* Vid. not ad ann. 693.

(5) Confer not. prædictam ad ann. 693, cum not. ad ann. 697, 699, et 718, de Regibus Albaniæ.

(6) In Cod. Clarend. 49, pro "*ad Hiberniam*" substituitur in margine "ad *Hii insulam*," sed mendose, et *manu recentiore.* De Adamnani itinere *ad Hiberniam* ut ritum Paschatis more Romano emendatum ibi stabiliret, agit *Beda* l. 5, c. 16. Vid. supra not. ad ann. 691, et infra ann. 703.

(7) Quædam desunt. Codex Clarend. 49 habet. "*Bel. Ulcor ecomras*" quæ plane mendosa sunt.

et *Ulaid* vastaverunt campum *Murtheimhne* (1) *Caisan* Scriba *Luscan* quievit. Jugulatio *Concobo.*

An. Dc xc vii. Bellum in *Fermuigh*, ubi cecidit *Concobar maicce* [bonus] *mc Maelduin*, et *Eadiard* rex *Dalaraide.* Bellum inter Saxones et Pictos, ubi cecidit filius *Bernit*, qui dicebatur *Brectrid.* (2) Combustio *Duni Molaing.* Expulsio *Ainfcell* filii *Fercair* de regno, et vinctus ad Hiberniam vehitur. (3) Mors *Foranain* Abbatis *Cille daro*, et *Maelduin mc Mogain.* Mors *Muirgisa mc Maelduin* regis generis *Coirpri.*

An. Dc xc viii. Bovina Strages in Saxonia. Bellum *Finamla mc Osseni.* *Tarain* ad Hiberniam pergit.

An. Dc xc ix. Accensa est bovina mortalitas in Hibernia, in Kalendis Februarii, in campo *Trego, i Tethbai.* [in regione Teffiæ.] Quies *Aedo* anachorite *oslcibtiu.* [Sleptiensis.] Dormitatio *Jarnlaig* Abbatis *Lismoir.* *Fiannainn* nepos *Duncho*, rex *Dalriati*, et *Flann mc Cinnfaelad mc Suibne* jugulati sunt. *Aurtuile* nepos *Cruinmail* de regno expulsus, in Britanniam pergit. (4) Fames et pestilentia tribus annis in Hibernia facta est, ut Ho. Ho. inem comederet. *Flan* albus *mac Maeltuile* nepos *Crunmail* de genere *Eugain* moritur.

---

(1) IV *Magistri* ad ann. 695, inquiunt—" *Magh Muirtemne do fasugh la Bretnoib agus la hultoib.*" [Planities maritima inter montem *Bregh* et sinum Dun-Dalchiæ vastata a Britonis et Ultoniensibus.] De hac vastatione silent Annales *Anglo-saxonici* et *Beda.* Nos Ultoniensium Chronologiæ, utpote Eclipsibus Solis et Lunæ consentienti, et feriarum ac Lunationum concurrentiis conformi, adhærendum esse, in *Dissert. Prælim.* demonstravimus.

(2) " *Her Pyhtas slogen Berht ealdor man.*" Chron. Saxon. ad ann. 699, et not. supra, ad ann. 684, quo *Berctus* Hiberniam vastavit.

(3) De Regum Hibernorum Albaniæ successionibus V. not. ad ann. 672, et 693.—*Fearchar foda* erat de domo *Loarni*, linea recta octavus. *Ainbceallach* filius ejus in Hiberniam vinctus mitti videtur, quia Hiberniæ Reges Domui *Feargusii* fratris Loarni favebant, et *Ainbceallach* Feargusii posteros a jure Regni eliminare conabatur. Vel quia victus a fratre *Selbaco* exulare coactus est.

(4) IV *Magistri* ad ann. 698 inquiunt—" *Aurthuile ua Crunmavil toiseach Cenil Eoghain dionnarbudh as in Righe imbretain.*" [Aurtulius O'Crunnmael Princeps Tiroenensis expulsus e Regno in Britanniam.] Nempe, ni fallor, quia domui Loarni favebat potius quam Feargusii. *Fearcar* primus fuit e domo Loarni qui ad Regni fastigium evectus est, ideoque posthac plurima inter utramque domum prælia Annales nostri recensent. Hiberniæ Reges Feargusii posteros fœdere sociatos habebant, atque isto vinculo Scotos Albaniæ, Pictorum, Saxonum, atque Britonum armis vexatos, Hiberniæ, i.e. Scotiæ antiquæ, quasi antiquæ Patriæ, sanguine, lingua, beneficiis, animorum unione et omnimoda similitudine concordes retinere cupiebant. *Eochoid Rinneval*, qui Fearchario longo successit, filius erat Domangarti, filii Donnaldi maculati, ac proinde de domo Feargusii. V. infra

An. Dcc. Bovina mortalitas [adhuc, Cod. Cl. xlix.] *Colman Ave oirc, Ceallach mac Maele racho*, Episcopus *Dichuill*, (1) Abbas *Cluana Avis* mortui sunt. *Aillill mac Concenmathair* rex *Mumhain* moritur. *Feidelmid mac Fergusa mic Acdain* moritur. Jugulatio *Aedo Odbae*. *Aed mac Dluth, et Congal mac Euganain* mortui sunt. *Imbairecc iscu* [prælium navale] ubi cecidit *Conaing mac Duncho*, et filius *Cuanda*. Destructio *duin Onlaig* ap. *Sealbac*. Jugulatio generis *Cathboth*. Jugulatio *Conaill mac Suibne* regis *Nandesi*. [Desiorum.] *Conall mac Domcnnaig* rex nepotum *Fingenti* moritur. Occisio *Neill mac Cernn. Irgalach* nepos *Conaing* occidit illum.

An. Dcc i. *Muredach* campi *Ai* moritur. *Irgalach* nepos *Conaing* a Britonnibus jugulatus in *insi mc nechta* [in insula filii Nechtæ.] *Fealdobor* (2) *Clochar* dormivit. *Macnia* Rex nepotum *Echdach ulat* [Ulidiæ,] *Aillill mac Cinfaelad* rex *Cianachta* mortui sunt. *Garba Mide*, et *Colgga mac Moenaig* Abbas *Lusca*, et *Luat foigde*, et *Crach-erpais* Sapientes mortui sunt. Tiberius Cesar annis vii regnavit.

An. Dcc ii. Bellum Campi *Cuilinn*, in *Airdo* [in montanis] nepotum *Neccdaig*, inter *Ultu* [Ultonienses] et Britones, ubi filius *Radhgainn* cecidit. Ecclesiarum Dei [vindicatores] *Ulait* victores erant. Bellum *Corainn* in quo cecidit *Loingsech mac Oengusa*, rex Hibernie, *i ic Domhnaill, ic Aed, ic Ainmire, la Cealleah locha cime ic Radallaig*, [occisus a Celso lacus Cime, filio Radallagii,] cum tribus filiis suis, et duo filii *Colgen*, et *Dubdibergg mac Dungaile, Fergus Forcrait*, et *Congal Gabhra*, et ceteri multi duces. IV Id. Jul. sexta hora diei Sabbati hoc bellum confectum est. *Colman mac Finbair*, Abbas *Lismoir*, moritur. *Ailein da ingen* [Alein Monasterium

---

ann. 718. *Fordunus* omnia miscet. *Scotichron* t. 1, l. 3, c. 45, 48, 51, 52, 53, 54. *Edinburgi*, 1759.

(1) *Dichuill* is est Eps. Hibernensis qui librum scripsit "*De mensura Provinciarum Orbis terræ*. V. *Bibliothecam Hibern. Cotton.* Vespas. E. vi. MS. in Stowense. Hic liber, si integer inveniretur, non parvæ esset utilitatis. V. *Wesselingi* Præfat. ad Vetera Itineraria, Amstelod. 1735, 4to, *Vossium* de Philologia p. 59, &c. *Andream Masium* Commentar. in Josuam, "Libellum Provinciarum" editum a *Simlero*, Basil. 1575, *Bertii* Itinerar. a Burdigala Hierosolym. et not. ad ann. 703.

(2) "*Foodoovan*" Cod. Clarend. 49. De primo Epo. Clocharense *Macartino* V. supra ann. 505, *Jocelin* c. 143, et *Glossar. Topogr.* voce *Clochar*. Catalogus Chlocharensium a Waræo ex Regesto istius Ecclesiæ editus, recentioris ævi est, et nullius auctoritatis, ut anachronismi quibus scatet plane demonstrant.

Insulæ duarum virginum] aedificatur. *Feargusan mac Maelcon* moritur. Obsessio *Rite.*

An. Dcc iii. Strages *Dalriati* in valle *Limnae.* Adomnanus lxxvii an. etatis sue Abbas *Jac* pausat. (1) *Aldfrit mac Oissu* sapiens rex Saxonum moritur (2) Bellum *for Cloenath* [contra Cloenath] ubi victor fuit *Ceallach Cualann*, in quo cecidit *Bodbcath Mide mac Diarmato. Focartaigh* Nepos *Cernaig* fugit. *Feradach mac Maelduin* Rex gentis *Laogaire* cecidit.

An. Dcc iv. *Cennfael* nepos *Aedo bricc* [Aedi maculati] Abbas *Bennchair* dormivit. Bellum *Corcomodhruadh*, ubi cecidit *Celachar mac Comain. Ceallach mac Rogallaigh* Rex *Connacht* post clericatum obiit. Jugulatio *Conamlo mac Canon. Congal mac Fergusa* regnare incipit. (3)

---

(1) *Ceolfridus*, in Epistola ad Regem Pictorum *Naitanum*, quam servavit Beda l. 5, c. 22, inquit—"Adamnanus reversus *ad Scotiam*, multas gentis istius turbas ad Catholicam temporis Paschalis "observantiam sua predicatione correxit," quæ verba a Beda sic explicantur. c. 15. "Navigavit "*Hiberniam*, et plurimos eorum legitimum Paschæ tempus observare perdocuit. Erat enim bonus, "et sapiens, et in scientia Scripturarum nobilissime instructus." Postea inquit ex Hibernia ad Hyonam reversum, obiisse anno 702, i. e. Æræ comm. 703, ib. c. 15, ac deinde subjungit scripsisse "*librum utillimum* cujus auctor erat in docendo et dictando *Arcuulfus* Galliarum Eps, qui "Locorum gratia Sanctorum venerat *Hierosolymam*, et lustrata omni terra repromissionis *Damas-*"*cum* quoque, *Constantinopolim*, *Alexandriam*, multas maris insulas adierat, Patriamque navigio "revertens, tempestate in occidentalia Britanniæ litora delatus est, ac post multa ad Adamnanum "perveniens, ubi doctus esse compertus est, libentissime ab illo susceptus, libentius auditus, adeo ut "quæque ille se in Locis Sanctis memoratu digna vidisse testabatur, cuncta mox iste literis mandare "curaverit. Porrexit autem librum hunc Adamnan *Aldfrido* Regi." Bed. l. 5, c. 15. Matthæus Westmon. Adamnani legationem mendose refert ad ann. 701, eumque sequitur *Butler* Lives, &c. ad 23 Sept.—*Smith*, in not. ad Bedam edit. Cantabr. pag. 200, inquit "*incertum* esse *quo anno Adamnanus Legatus ad Alfridum venerit, vel suum librum ei porrexerit.*" Incertitudinem istam horum Annalium ope eliminavi ad ann. 686. Adamnani opusculum "*De Locis Sanctis*" ediderunt *Gretzer*, et *Mabillon* in Actis Benedictinor. Sæc. 3, unde lucem non minimam accipiunt Antonini Placentini Martyris "*Itinerarium Terræ Sanctæ*" præmissum a Papebrochio Actis SS. 2 Maii, et "*Itinerarium Hierosolymitanum*" editum a *Wesselingio* Amstel. 1735. IV *Magistri* Adamnani legationem referunt ad 684, quod verum est de *prima* legatione ad Ecgfridum. V. not. ad ann. 684 et 686.—Secunda Legatio ad ann. 686, æræ com. 687 referenda est. Adamnano successit *Conan mac Failb* annis vi. V. not. ad annos 709, 712, 716, et *Bed.* l. 5, c. 15, 16.

(2) *Chron. Saxon.* ad ann. 705—"*Her Ealdferd Nordanhymbra Cyning ford-ferde on* xix *Kal. Janr. on Driffelda.*" Consentiunt *Florentius*, et *Bed.* l. 5, c. 19, ed. Cantabr. p. 208.

(3) Cod. Clarend. 49 hic subjungit "*in Cennmagaire i Tanad*"—et recte. Agitur enim de *Conghallo Cinnmaghair* filio Feargusii, qui *Longsecho* Domhnaldi II, ex Enna filio, nepoti successit anno 704. *Gildas Moduda*, Sæculi xii scriptor, cujus extat in Stowense Catalogus Regum Hiberniæ

An. Dcc b. *Dunchanna Daire* [Dunchan Derrensis, seu monasterii Quercuum,] et *Oissene* filius *Galluist*, Abbas *Cluana mac nois*, pausant. *Bruide mac Derili* moritur. *Concobar mac Maeleduin*, Rex generis *Coirpre* jugulatur. *Ceallan mac Seachnusaig* sapiens obiit.

An. Dcc bi. *Cinedo* rex *Fobiar* obiit. Occisio *Indrechtaig mc Duncha Muirssce* [Maritimi.] *Fergal mac Maeleduin*, et *Fergal mac Loingsig*, et *Conall Menn* rex gentis *Coirpri* occiderunt eum. *Becc* nepos *Dunchado* jugulatur. *Coidbenac* Episcopus *Ardsratha* quievit. Duo terremotus. Septimana in eadem, in mense Decembris, in aquilonari parte Hibernie. *Baccall Beicce Biarce*, (1) [baculum pœnitentiale *Beicci Biarce* memoratur hoc anno.] Mors *Colmain avi ic* [filii] *Suibne*. *Slogad* [exercitus] *Con-*

---

metricus, Hibernice scriptus, Codex MS. vetustus membranaceus, Loingsecho Regi tribuit annos ix, et recte.—*Tigernach* inquit "*Occubuisse* iv *Id. Julii, hora* vi *diei Sabbati, bello*," qui characteres, ex calculis, annum 704 manifeste designant. IV *Magistri* obitum Loingsechi in prælio *Coranensi* referunt, in *textu*, ad ann. 701, at *in margine* ad ann. 704, vetusti Poetæ distichon Hibernicum adducentes—"*amail derbus Celach isin rann.*" [Uti testatur Poeta *Cellach* in hoc Disticho.] Deinde, disticho isto citato, Viros Primarios in Prælio Coranense occisos enumerant, et alterius Vetusti Poetæ quatuor disticha adducentes, inquiunt—"*Conall Meann mac Cairbre ro raid na roinnsi, agus ba heisiden fochann an Catha.*" [Conall gracilis filius Carbrei cecinit istos versus, et is fuit præcipue in causa prælii.]

De *Loingsechi* successore *Conghallo* extat hoc distichon incerti sed Vetusti auctoris, in Codice Hibernico Stowense, et in Flaherteo, pag. 432.

"*Conghal Cennmaghair maith ri—Bliaghuin da bliaghuin fo tri.*
"*Deirinn gan chogadh gan chath—Fa righ sona Seachtbhliaghnach.*"
"[Congal Cennmagar bonus Rex,—anno et bis tribus annis,
"Ad finem usque sine bello, sine prælio,—Regno fausto septem annorum.]"

(1) IV *Magistri* ad ann. 704, æræ com. 708, inquiunt—"*Becc Boirche ri Ul. do gabhail bachlae, agus aecc in a oilithre i foircenn da bliadhain decc iar sin.*"—["Becc Boirche accepit baculum Peregrini, et obiit in peregrinatione ineunte anno xii postea."]——Theodorus Cantuariensis, natione Græcus, de quo supra ad ann. 690, primus in occidente morem intulisse fertur de peccatis occultis occulte tantum pœnitendi. V. *Theodori Pœnitentiale*, tit. 3, c. 24, edit. Parisiis a Petit, 1677. Pro peccatis *publicis*, post Theodori tempora, frequens fuit peregrinationem in pœnitentiam imponere, ibid. V. etiam *Bedæ* Pœnitentiale, c. 7, et 8. "*Exul.* vii *annis pœniteat.*"——"Episcopus xxv annos pœniteat, quinque ex his in pane et aqua, et omni officio deponatur, *peregrinando finiat dies vitæ.*" *Theodor.* Pœnit. tit. 3, c. 24.—"Aut faciat carcerem jejunans quotidie in pane et aqua, aut *eat exul.*" *Ivon.* p. 10, c. 16. Morinus inquit hoc genus pœnitentiæ publicæ prioribus Sæculis "*ante Theodori tempora, et annum* 700, *inusitutum fuisse.*" *Morin* de pœnit. p. 474, quod certe si verum esset, Annalium Hibernorum, in quibus istud pœnitentiæ genus non semel ante sæculum vii memoratur, fidei et auctoritati derogaret. At, pace doctissimi viri, extat

gaile filii *Fergusa, for Laigniu* [contra Lagenienses.] *Duncha* Principatum *Jae* tenuit. (1)

An. Dcc vii. Canis *Cuaran* rex *Cruitne* [Pictorum] jugulatur. Bovina strages iterum incendit. *Croen* filius *Masoit* moritur.

An. Dcc viii. Bellum *Dolo* in campo *Eilin*, ubi jugulati sunt *Lethlabar mac Echdach*, *Cuallaidh*, et *Cu Dinaisse*. Bellum *Selgge hi for thuathaibh Laighin* [in limitibus Lageniæ] contra nepotes *Cennselach*, in quo ceciderunt duo filii *Ceallaich Cualann*, *Fiachrach*, et *Fiannamhail*, et *Luirgg* cum Britonibus *Ceallachi*. Post paululum *Coirpre mac Concoluinn* jugulatus est. *Maeldoborconn* Episcopus *Cille-daro* [Kil-darensis] pausavit. (2) Bellum *for orcaibh*, [contra Orcadenses] in quo filius *Artablari* jacuit. Pestis que dicitur *Baccach*, cum ventris profluvio, in Hibernia. *Macmo mac Duibdainber* moritur. Jugulatio *Conaill ic Feradaig*. [Conalli filii Feradagii.]

---

usque hodie *Cumeani* Abbatis Hibernensis, qui obiit ante Theodorum, anno 668, opus " De *Mensura pœnitentiarum*," quod ex Codice S. Gallensi edidit *Thomas Sirinus*, Lovanii, 1667 ; in quo hæc leguntur c. 3, " Clericus si genuerit filium vii annis pæniteat, vel *exul* portet cilicium et virgam" —et c. v. " Si quis Laicus *per cupiditatem* perjurat, totas res suas vendat et donet Deo in pau- " peribus, et conversus in Monasterio usque ad mortem serviat Deo. Si autem non per cupi- " ditatem, sed quia mortis periculum incurrit, tribus annis *inermis*, *exul* pæniteat in pane et aqua. ——" Si quis Clericus homicidium fecerit, x annis pæniteat *exul*. Si Laicus, v annis pæni- " teat *exul*," lb. c. 6. Antiquior itaque istius Pœnitentialis exilii, et peregrinationis origo dicenda est quam a Morino statuitur, quod etiam ex *Adamnani* libro de Locis Sanctis [V. not. ad ann. 703,] et ex *Itinere Hierosolymitano* edito a Wesselingio, manifestum est. Baculo pœnitentali inter Hiberniæ Christianos nihil antiquius. *Giraldus* agit de *baculo* S. *Patricii* Topogr. Hib. dist. 3, c. 34, et Hibern, Expugn. l. 2, c. 18, et IV *Magistri*, et *Tigernach* frequenter.

(1) Abbates Hibernici passim *Principes* appellantur. *Mabillon* De Re Diplomat. pag. 64, Paris 1681. *Episcopi* pariter, ut in Vetustissimo Codice Canonum Hibernicorum edito a *Martene* in Thesaur. Anecdot. Vide etiam *Spelman* Concil. t. 1, et *D'Achery* Spicileg. t. ix, l. 18, c. 6, p. 25, l. 26, c. 15 ; l. 40, c. 2, 3, 4. De Hiiensium successionibus, V. ann. 668, et 716.

(2) " *Maoldovanchon*" Cod. Clarend. 49. Sed melius " Maoldoborchon" Cod. Bodl. et Clarend. 42. De primo Kildarense Epo *Conlaedio*. V. ann. 519, quo obiit, et 799 quo—" Ejus ossa in capsu- " lam *argenteam deauratam*, *gemmisque ornatam*, translata fuere." Unde constat errare eos qui, cum *Stanihursto*, in Descriptione Hiberniæ edita in Hollinsheadi Chron. t. 1, inquiunt primum Kildarensem fuisse quendam *Lonium*. Nesciunt nempe Lonium non alium esse a *Molua*, seu *Luano* Abbate, quem Hiberni, vernaculo sermone, *Lua*, *Molua*, et *Lugdaigh*, Latino, *Moluam*, *Moluanum*, et *Lugideum* vocant, uti notat *Sirinus* in ejus Vita, quam ex vetusto Codice Ardmachano edidit Lovanii 1667. Idemque est cujus Regulam Monasticam *Daganus* Romam pergens exhibuit Gregorio I.— De *Dagano* vide Bedam l. 2, c. 4, et *Smith* in nota 40, pag. 82, edit. *Cantabr.* 1722. Scripsit, ut *Baleus* auctor est, " *ad Britannorum Ecclesias librum unum.*"

An. Dcc ix. *Conain mac Failbi* Abbas *Jae* pausat.(1) Combustio *Cille dara. Congal mac Fergusa fanad, mac Conaill Gulban,* Rex Temorie, subita morte periit. *Imbiarecc* [contentio] apud genus *Comgail,* ubi duo filii *Nechtain mc Doirgarto* jugulati sunt. *Oengus mac Maelean for insci* [supra insulam] jugulatus. *Fiachra mac Dungaile* apud *Cruithne* [Pictos] jugulatus. *Colman mac Sechnusaig* Abbas *Loithri* moritur. Justinianus secundo, cum filio Tiberio, annis vi regnat. *Fergal mac Maeleduin* regnare incipit.

An. Dcc x. *Faelan* nepos *Silni* moritur. Bellum nepotum *Meith,* ubi *Thudach mac Mochloingse* Rex nepotum *Meith,* et *Curoi* filius *Aedo,* filii *Dultaigh* ceciderunt. Strages Pictorum in campo *Manonn* apud Saxones, ubi *Finguine* filius *Deileroith* immatura morte jacuit. *Cenfael* Abbas *Fobiar* moritur. Congressio Britonum et *Dalriati forloingg ecclet* [in navibus apud Cleti] ubi Britones devicti. *Margal* filius *Nae* moritur. *Coscradh* [prælium] nepotum *Neill uc cuinciu robairgi* [apud Colles Robairgi] in quo cecidit filius *Condibcenn. Diccolan* sapiens, et *Ultan mac Cummieni* Episcopus *Tecleaolain* moriuntur.

An. Dcc xi. *Coeddi* Episcopus *Jae* pausat. (2) Combustio *Tiarpirt Boet ten*

---

(1) Supra ad ann. 706 dicitur.—"*Dunchad Principatum Jae tenuit,*" quibus verbis nihil aliud innui videtur nisi, eo anno nominatum fuisse, senescente *Conano* suo prædecessore, sed non ad omnia Abbatis jura vel munera pervenisse. *Giraldus* in Itinere Cambrense, c. 4, inquit—" Ecclesiæ per Hiberniam " et Walliam plures Abbatem Laicum habent. Usus enim inolevit, et prava consuetudo ut Viri " in parochia potentes tanquam *œconomi,* seu potius Ecclesiarum Patroni, et defensores a Clero " constituti, postea, processu temporis, aucta cupidine, totum jus sibi usurparent" Olim in Monasteriis principalioribus Hiberniæ erant Monachi, qui Abbates *Tanaist,* i. e. *Secundarii* dicebantur, qui vices agebant Abbatis Primarii, eique post obitum sufficiebantur. Hinc *Dunchad* ordinatus est Abbas Hiiensis ante obitum *Conani,* et *Falchu* ante obitum *Dunchadi.* IV *Magistri* et *Ultonienses* ad ann. æræ com. 713 inquiunt—" *Dorbaine foda abb. Jae, decc.*" [Dorbenius longus Abbas Hiiensis obiit.] Postea, ad ann. 714—" *Falchu mac Dorbbene do oirdn. in abdaine Jae in cetramh* " *Kl. do September dia Satuirn do sonnradh isin ccathramh bliadhain seachtmoghat a aoisi.*" [" Fal- " chu filius Dorbbeni ordinatus in Abbatiam Hiiensem iv Kal. Sept. die Sabbati Pentecostes, anno ætatis 74."] Eadem habent *Ultonienses* ad ann. 715, et tamen IV *Magistri et Ultonienses* obitum *Dunchadi mc Cinfaol,* cui successit *Falchu,* referunt ad diem xxv Maii anni 716, Æræ com. 717 ; ac proinde *Falchu,* vivente adhuc Dunchado ordinatus est in *Coabbatem.* Bed. Hist. Abbat. p. 296. *Colgani* erroribus ignoscendum est. Quod si Annales Ultonienses illi consulere licuisset, tot imperitorum anachronismos Vir alioquin eruditus procul dubio castigasset. *Conano* ix Abbati, quem IV *Magistri* ad ann. 708, " *Conamhael mac Failb*" appellant, successit *Dunchad mac Cinfaeladh,* de quo vide ann. 706, 709, 712, et 716.

(2) De Episcopo Hiiense Vid. *Bed.* l. 3, c. 4, et *Smith* not. 8, et 36, *Cantabrigiæ* 1722, p. 107. Item

Congal mac Doirgarto moritur. Obsessio *Aberte* apud *Selbacum*. Bellum inter duos nepotes *Aedo Slane*, in quo *Maine mac Neill* jugulatus est. *Flan mac Aedo mc Dlutaig* victor fuit. *Ulait* [Uladenses] prostrati, ubi *Dubtach* filius *Becce Biarche* occubuit. Duo filii *Feradaig mc Maeleduin* in cede generis *Laegaire* perierunt. Bellum apud Lagenienses deteriores, ubi *Bran* nepos *Maeleduin*, et filii ejus ceciderunt. *Dubguali* Abbas *Glinne da locha* periit. *Dlutach mac Fitcellaig* igne uritur. Beda fecit librum magnum.

An. Dcc xii. *Baetan* Episcopus insole Vacce albe obiit. *Faelbus* modicus Abbas *Cluana mac nois* pausat. Filia *Ossu* in monasterio *Ild* moritur. (1) *Ciniod mac Derili*, et filius *Maitgernain* jugulati sunt. *Dorbein* Kathedram *Jae* obtinuit, et quinque mensibus peractis in Primatu, V. Kal. Novembris, die sabbati obiit. (2) *Corbmac mac Aillello* rex *Muman* [Momoniæ] in bello jugulatus est. *Tolargg* filius *Drostrain* ligatus apud fratrem suum *Nechtain*. [Regem Pictorum] *Cuchercea* rex *Osraigi* moritur. *Sechnusac* rex *Hi Maine* moritur.

An. Dcc xiii. Bellum *imeseach* [atrox] in campo *Ettechtgittea uc biliu thenedh in asal*, [apud arborem monumentarium in Asalia,] ubi *Flan* filius *Aido mac Dlutaigh*, et *Dubduin* nepos *Becce* ceciderunt in altera congressione belli; *Colgu*, et *Aedh mac Dermato* in prima congressione belli interfecti sunt. *Dun Olaigg* [Arx *Dun-Ollo*] coustruitur apud Selbacum. (3)

Adamnan. Vit. Columbæ l. 1, c. 26, apud Canisium Lect. Antiq. t. 5, part. 2, p. 579, et in Colgani editione l. 1, c. 44, p. 348.

(1) " Intravit autem [*Aelfleda*] Regis Osuiu filia, Deo dedicanda, Monasterium *Heruteu*, i. e. Insula Cervi, cui tunc *Hild* Abbatissa præfuit, quæ, post biennium, comparata possessione x familiarum in *Streanaeschalch*, [hodie *Whitby*,] ibi Monasterium construxit, in quo memorata Regis filia, *completo undesexaginta annorum numero*, ad nuptias Sponsi cælestis Virgo B. intraret." Bed. l. 3, c. 24.—Hæc a Beda referuntur ad ann. Oswii XIII. Atqui c. 14, inquit annum 644 fuisse Oswii II. Ergo *Aelfledæ* dicatio contigit ann. 655. Jam vero, eodem testante, *Aelfleda* tum *unius anni vix dum ætatem impleverat, vixitque annis* 59, obiit itaque, ut hi Annales referunt, anno 713. Hæc Cardinem chronologicum in rebus Hibernicis, et Saxonicis constituunt.

(2) " V *Kal. Nov. die Sabbati*."—Hi characteres manifeste designant annum 713, quo Kalendæ Jan. inciderunt in feriam 1, i. e. diem Dominicam, Cyclo Solis xxii, Lunæ xi, Litera Dominicale A, ac proinde hi Annales, ut sepe monui, æram com. uno anno antevertunt.

(3) " *Dun-Olla construitur apud Selveon, et destruitur a filia Alena*." Cod. Clarend. 49, mendose. Destructio arcis *Dun Ollo* refertur supra ad ann. 700. V. not. ibid.

Alenda ingen [Monasterium Insulæ virginum] destruitur. *Fogartach hi Cernaig* de regno expulsus est, in Britanniam ivit. *Coscrad i Garbsalca in midiu* [Prælium, i. e. fœda contentio in Midia] in quo cecidit *Forbasach* nepos *Comghaile* rex *Hi Failgi*, apud viros *Mide*, uno die et bellum predictum. Siccitas magna. Bellum inter duos filios *Becce Biarce*, et filium *Bresail* regem nepotum *Echdach*, in quo victores erant filii *Becce*. In hoc anno interfecti sunt Peregrini apud Mumnenses *i in clairineach* [i.e. claudus] cum tota familia sua. Nox lucida in autumno.

An. Dcc xiv. *Ceallach Cualan* rex Lagenie, *Flann Febla mac Sganlain* Abbas Ardmachae, *Cilleni* Episcopus Abbas *Fernann*, mortui sunt. Jugulatio *Murcado mac Dermato* filii cecin.....Regis nepotum *Neill. Aed Dub* [niger] rex nepotum *Fidgenti*, *Flaitnia mac Colggen* sapiens, et *Mocomno-chuerni* dormierunt. *Slog. la Murcha mc Brain ducaisil* [exercitus ductus a Murcha filio Brien Casseliam.]

An. Dcc xv. Jugulatio regis Saxonum *Osrit* filii *Aldfrit* nepotis *Ossu.* (1) *Garnat* filius *Deileroit* moritur. *Fogartach* nepos *Cernaig* iterum regnat.—Pasca commutatur in *Jeoa* civitate. (2) *Fealcu mac Dorbeni* Kathedram Columbe lxxiv etatis sue anno, iv Kal. Septembris, die Sabbati suscepit.—Obitus *Celi Tigernaic* Abbatis *Cluana-mac-nois*. *Flann Foibte mac Fogartaic* moritur. Mors *Artbrani mc Maelduin.*

An. Dcc xvi. *Duncha mac Cinnfaelad* Abbas *Jae* obiit. *Etulb mac Ecuilb* obiit. *Condalach mac Conaig* Rex nepotum *Cramthaine* jugulatur. Expulsio familie *Jae* trans dorsum Britannie a *Nectano* Rege. (3) Congressio

---

(1) " *Her Osred Nordanhymbra cyning weard of-slaegen be suthan gemaere*" [Hoc anno " Osredus Northymbrorum Rex fuit interfectus juxta fines australes] *Chron. Saxon.* ann. 716, p. 51, et *Bed.* l. 5, c. 22. Pater ejus *Aldfrid* in Hibernia educatus est. *Bed.* Vit. Cuthberti c. 24, *Smith* not. 4, ad Bed. l. 4, c. 26.

(2) *Usserius* errat dicens—" Paschæ ritum immutatum fuisse ab Hiiensibus anno 716, IV *Kal.* " *Sept. die Sabbati, ut Ultonienses habent Annales.*" Nam neque Pascha cum isto anni tempore convenit, neque agitur ibi de Paschate, sed de die quo " *Fealcu mac Dorbeni Cathedram Columbe* " *suscepit.*" Eundem errorem repetit *Usserius* in Indice Chronologico pag. 1169.——*Beda* inquit " Ecgbertum qui *in Hibernia* peregrinam ducebat vitam" [L. 5. c. 10, et not. ad ann. 663 supra,] " de *Hibernia* perrexisse ad Hiienses, eosque ad ritum Paschæ Canonicum *sub Abbate Dunchado* " anno 716, post annos circiter 80 ex quo, ad prædicationem gentis Anglorum, *Aidanum* miserant " antistitem, perduxisse." l. 5, c. 22.—Aidanus ad Nordanhymbros missus est anno 635, ut in *Dissert. Prelim.* de Orig. Literar. inter Nordanhymbros, et Bed. l. 3, c. 5. Jam vero ab anno 635 ad 716, anni 80 intercesserunt, ergo nostri Annales hæc recte referunt ad hunc annum. Confer *Chron. Saxon.* ad ann. 716, p. 51, edit. *Gibson.* Oxon. 1692.

(3) " *Nectanus Rex Pictorum*" Bed. l. 5, c. 22. V. ann. 681, 692, 696, 712.

Dalriati et Britonum in lapide qui vocatur *Mirvirc*, et Britones devicti sunt. Commixtio agonis *Talten, la* [per] *Fogartach*, ubi cecidit filius *Rubai*, et filius *Duibslebe*. (1)

An. Dcc xvii. Filius *Cuidine* rex Saxonum moritur. *Becc Biarce* obiit.—Bellum *Ceninnso*, ubi cecidit *Tuathal* nepos *Faelcon, et Celbach diathiaibh*, [a latere ipsius,] et *Gormgal mac Aedo mac Dlutaig, et Amalngaid hi Conaig*, et *Fergal* frater ejus ceciderunt. *Conall grant* victor erat, et *Conall grant*, nepos *Cernaig*, in fine duorum mensium post bellum, interfectus est *la* [per] *Fegal mac Maeleduin*. *Cronan hi ecain* Abbas *Lismoir* moritur. *Fianamail* nepos *Boghaine mc Finn*, insule princeps *Maigi Sam.* (2) et *Dubduin* nepos *Faelain*, Episcopus Abbas *Cluana Irardo, Conri mc Congaile Cennfotai* [capitis longi] et *Ailill mac Finsnechta* jugulati sunt. Pluit *fros melo for oitin bicc.* [pluviam mellis supra genistas spinosas parvas.] Pluit *fros* [pluviam] sanguinis supra *fossam* [i. e. limitarem fossam] Lageniorum, et inde vocatur *Niall frosach mac Fergaile* qui tunc natus est. (3) Eclipsis lune in plenilunio suo. (4)

An. Dcc xviii. *Airmdach mac Taidg*, et *Crichan* Rex nepotum *mc Cuais* jugulati, et *Ertuile mac Fergus* a. vill. jugulati. *Drostan Diartaighe* quievit in *Ardbreccain*. *Cun Dunerggo* moritur. *Tinbride hi Dunchan* jugulatur. Congressio apud Lagenienses, ubi *Aed mac Ceallaig* cecidit. *i* Bellum *Finnabrach*. Bellum *Finnglinne* inter duos filios *Ferchair fotti* [longi] in quo *Ainfceallach* jugulatus est die quinte ferie Id. Septembris. (5)

---

(1) De nundinis ac Ludis *Taltinensibus* in Midia, Vide *Glossar. Topogr.* voce *Taltin*, et Dissert. de *Religione Ethnicor. Hibern.* MS. in Stowense.

(2) " Primus Episcopus campi *Sainich*" Cod. Clarend. 49. *Maigi Samhin* [i. e. Campi Solis.]

(3) Plurima talia memorantur a *Livio* et *Tacito*; a *Philosophis* mirabiliora. V. *Philosophical Transactions*, t. xviii. No. 139. April, May, June, 1677, 1678. pag. 976, &c. et Forduni Scotichron. t. 1, p. 159, edit. *Edinburgi* 1759.

(4) Eclipsis hæc annum æræ com. 718 plane designat, quo—" Eclipsis lunæ incidit in diem 12. Nov. hora $11\frac{1}{2}$ post meridiem. *Art de Ver. les dates*, t. 1, p. 65. V. Dissert. Prælim.

(5) Distinguendi sunt *Fearchar foda*, i.e. Ferquarius longus, a *Fearchar mac Conchaid Cirr*, seu Ferquario I. de quo supra ann. 693, et 697. *Tigernach* inquit—" *Cath Finnglinne ittir da mac Fear-*" *chair fota i. q. Ainbhceallach jug. est die* V *fer. Id. Sept. Cath maritimum arde anesbi ettir Dunchad* " *mbecc cum genere Gabhrain et Selbac cum genere Loairn ocus u. su. sr. Selbacon* ii. *n. Octob. die* iii. " *fer.*" Cod. Bodl. fol. 13, col. 4, lin. 16.—Eadem ex quodam vetusto Tigernachi Codice refert *Flahertæus* p. 479, sed mendose interpretatur.——Vera interpretatio est—[" Prælium *Finnglinne*

Bellum maritimum *Ardeaneisbi* inter *Duncha mbecc* [parvum] cum genere *Gabhni*, et *Selbacum*, cum genere *Loairn*, et versum est super *Selbacum* pridie nonas Octobris die vi ferie (1) in quo quidam commites corruerunt. Jugulatio *in da tigerna illoch huaithne ·i· damc Maelefotartaig linabratari ·i· Cremtain corrach.* [Jugulatio duorum Principum in lacu regionis *Aithne*, i. e. duorum filiorum Maelfortagii, interfecti a fratre Crimthano moroso.] Jugulatio familie *Suibne* in Ardmacha. Estas sicca.

An. Dcc xix. Estas pluvialis. *Sinac innsi Clothran* [Sinac Abbas Monasterii Insulæ Clothran] dormivit. *inmbracht mar* [inundatio maris] in mense Octobris. Theodorus anno primo.

An. Dcc xx. *Duncha bccc* [parvus] rex *Cinntire* moritur. Terremotus in Octimbre. [Octobre] Bellum inter *Connachta* et *Corcobaiscinn*, ubi cecidit *mac Talamnaigh.* Jugulatio *Condmaissc* filii *Rothghtaigh.* Mors *Mamaig* Abbatis *Lainne Leire* (2). Vastatio *Maigibreagh du* [per] *Cathal mac*

" (non *adversus* ut habet Flaherteus, sed) inter duos filios Fearcharii longi, in quo Ainbhceallach " jugulatus est die v feriæ Iduum Septembris. Eodem anno, Prælium maritimum Promontorii " *Ardnesbi* inter *Dunchad* parvum, Regem Posterorum Fergusii, et Selvacum ducem posterorum " Loarni, et victus est Selbhac 2 Nonas Octobris die 3 feriæ."] Flaherteus habet " V *Nonas Octobris die 3 feriæ*" quod calculis confirmatur. " *Sex Maius nonas, October, Julius, et Mars—Quatuor at reliqui.*" Jam vero annus 719 incepit a Kal. Jan. fer. 1, ergo dies V Non. Octobr. incidit eo anno in fer. 3, ac proinde numeri II in Codice Bodleiano, amanuensis imperitiæ tribuendi sunt, ac scribendi V, ut in Codice Flahertei. V. not. ad ann. 672, 693, 697, et 699.

Fearchario Longo successit, anno 711, *Eochoid Rinneamhail*, i. e. Achaius nasi aquilini, Domhnaldi I ex Domhangardo filio nepos, ex eo nempe Domhangardo quem anno 672 extinctum diximus. Errores qui cupit ediscere videat *Forduni* Scotichron t. 1, l. 3, c. 52, 55, 56, edit. Edinburgi folio 1759, p. 159.—*Ainbhceallach*, quem Fordunus, " *Amrickelleth* filium *Findan* filii *Eugenii* IV" mendose appellat,—quemque nostri annales recte, et Hibernice, scribunt *Ainbhceallach mac Fearchair*, qui vinctus Hiberniam missus est, non anno 706, uti tradit *Pinkerton.* Scotl. v. 2, p. 122, sed anno 697, Albaniam ex Hibernia revertens, post Patrem paucis mensibus regnavit.—Ejus genealogiam gradu 8, et linea recta a Loarno, exhibet, ex Codice vetusto, *Codex Lecanus* exaratus anno 1380,—1417, a folio 118 ad 119, apud Flaherteum p. 479.—Ei successit frater *Scalbhach mac Fearchair*, qui Arcem Dun-Ollo, a seipso anno 700 eversum, reædificavit anno 713. Hic, in prælio navali anno 718, a Dunchado parvo, Rege Cantiriæ de domo Fergusii, victus, in Monasterium secessit anno 722, obitque anno 729, æræ com. 730.

(1) " *Pridie non. Octobr. die* vi *feriæ*" Hæc plane indicant annum æræ com. 719, quo Kal. Jan. inciderunt in feriam 1, i. e. Dominicam, et dies 6 Octobris. [i. e. pridie nonas] incidit in feriam VI, Cyclo Solis xxviii, litera Dominicale A, Cyclo Lunæ xvii.

(2) " *La mac Leire*" Cod. Clarend. 49, mendose. *Gabhrie regionis Lageniæ*" ib. mendose.

Finguinne agus du [et per] *Murcha mac Brain.* Mors *Cuannai Rois eu. Inredh Laighen la Fergail, ocus maidm inn aboraime, ocus maidm naggiallne Laegen fri Fergal ic Maeleduin.* (1) [Vastatio Lageniæ a Fergallo, et redintegratio tributi Boum, et redintegratio obsidum Lageniæ, coacta a Fergallo filio Maledunii, Rege Hiberniæ.] *Immesach* religiosus legem cum pace Christi super insolam Hibernie constituit.

An. Dcc xx i. *Maelrubai* in *Apurcrosson,* anno lxxx etatis sue.(2) *Colgga ri* [rex] *Aride-lathrann* jugulatus est. *Maelcorgis o Druiming,* et *Bile mac Eilpin* rex *Alocluate* moriuntur. (3) *Feracrich mac Congail* obiit. *Cuanan cille Deilge,* et *Derir Daminse* [Derir Abbas Monasterii Damh-inis in Ultonia] nepos *Collae, Cuana Dromacuilinn,* [Cuana Monasterii Druim chilinsis Abbas,] *Cilleni locho geirg* [Cillenius monasterii lacus-geirg] (4) moriuntur. *Feidlimid* Principatum *Jae* tenuit. *Faelan Martartaigi,* [Faelan Abbas domus Martyrum et *Sidal droma Laidggi* [Sidal Monasterii Druimlaidg] mortui sunt. Bellum *Almuine,* tertio Id. Decembris die vi ferie, (5) in quo ceciderunt

---

(1) IV *Magistri* ad ann. 717 inquiunt "*Indredh Laighn agus naidhm na boromha do ridhisi agus* "*naidhmna giallna Laighen la Fergal*" [Vastatio Lageniæ, et debitum tributi boum iterum, et debitum obsidum Lageniæ redintegratum a Fergallo Rege.] Hæc emendatiora sunt quam in Codice Bodleiano, alia enim est vox Hibernica *naidhm,* et *maidhm,* ista tributum significat, hæc strages. De tributo hoc quindecies mille boum, cujus Annales nostri pluries meminerunt. Vide Gratiani Lucii Cambrens. Evers. edit. 1662, pag. 76, et Vocab. Hibern. Voce *Boromha.*

(2) Lege "*obiit.*" Vide IV *Magistros* ad ann. 671, et *Tigernach* Cod. Bodl. fol. 13, col. 4, lin. 26. Item supra not. ad ann. 670, et Glossar. Topogr. voce *Abber crossan.*

(3) De Arce *Alcluith* V. ann. 657, 693, et vocem Hibernicam *Al* in nota ad ann. 672.

(4) De Cillenio Monasterii *Geirg* V. ann. 500, et 650, et Jo. *Alberti Fabricii* Bibl. Latin. Lond. 1703, p. 229. De alio Cillenio Abbate, et Anachoreta Hiiense, vide ann. 723, et 751 infra, et IV *Magistros* ad ann. 725, et 747. De priore vide *Smith,* not. 8 ad *Bedæ* Martyrolog. Cantabr. p. 445.

(5) De prælio hoc gesto 3 *Id. Dec. feria* 6, eadem habent *Tigernach,* Cod. Bodl. fol. 13, col. 4, lin. 33, et IV *Magistri* ad ann. 718, æræ com. 722.—"*Ferghal mac Maoileduin mc Maoilefitrigh do* "*rocair hiccath Almaine la Duncha mac Murcha Ri Laigen, agus la haodh mac Colgan. Atiad* "*lion tangatar siol ccuinn don cath sin i mile ar ficit. Atiad lion tangatar Laing don leith ele* "*naoi mile. As do bhas Fergail do raid.*

"*Dunchadh mc Murchadha muaidh.—Aodh mc Colgan claidemh ruaidh*

"*Marbsat Ferghal feidhm ngaile—hiccath erlamh Almaine.*"

"*Torcratar din tri ficit ar ced damhsaibh Fergail amialle ris na saorclannd sin cenmo tad Sochraide* "*oile. Naonbar tar isedh lottar hi faindeal agus in gealtacht asin Cath sin. Seacht mile iss.* "*torcar idiu agus anall ettorre.*" [Fergal filius Maeldunii filii Maelfitrigii interfectus in prælio "*Almaine,* per Dunchad filium Murchadi Regem Lageniæ, et per Aod filium Colgani. Numerus "posterorum Conni qui ad prælium istud venerunt, fuit *octoel et vigecies mille hominum,* numerus

Fergal mac Maelduin, et *Conall Maen* rex generis *Coirpri*, *Clotgno mac Colgen*, *Dubdacrich*, *Flann mac Rogellnaich*, *Aed Laigen mac Fithchellach* rex nepotum *Maine mac Muirgiso*, [mac Morris,] *Nuado mac Duncha*, *Eicnech mc Colggen* rex orientalium, et *Fergal* nepos *Aithechtai*.

An. Der rr ii. Combustio *Cluana mac cunois*. Mors *Ailchon Moinistrech Buiti*. [Monasterii Butensis.](1) *Indrechtach mac Muireadaig* rex *Connacht* moritur in clericatu. (2) *Selbaic Sianach Tailten* [Selbach genealogus Taltinensis] moritur.

An. Der rr iii. *Faelcu mac Dorbeni* Abbas *Jae* dormit. *Cillenius* longus ei in Principatu *Jae* successit (3) *Cu Congalt hi Conmeldte*, et *Murdobur Granaisc* moriuntur. Bellum *Cinndeilggden* in quo cecidit *Fogartach hi Cernaig ic Neill*, *ic Cernaech Sotail*, *ic Diarmata*, *ic Aedo Slaine*, *Cinaet mac Irgail* victor erat. *Cuinnles* Abbas *Cluana-mc nois* obiit. Jugulatio *Letaithigh mc Concarath*. *Caech-scuile* Scriba *Dairre-Calggaed* [amanuensis Monasterii Darensis, i. e. Roboreti] quievit. (4)

" Lageniensium qui ex altera parte venerunt erat novem millia. De morte Fergalii cecinit " Poeta antiquus—

" Dunchad filius Murchadi memorabilis, Aodh filius Colgani gladii sanguinosi,

" Occiderunt Fergal vindicantem tributa, in prælio devastante Almanii."

" Occisi sunt præterea 160 Proceres, sattellites Fergalii, simul cum nobilibus prædictis, et alii " plurimi. Novem ierunt profugi in Sylvas, aviosque recessus e prælio isto. VII Millia utrinque " interfecti sunt.] *Tigernach* ad alia provocat vetusta poemata Hibernica de hoc prælio, e quibus nonnulla profert, uniusque auctorem " *Nuadha h. Loimthuille*" recentioribus prorsus ignotum, nomine designat. IV *Magistri* hoc prælium referentes ad ann. 718 æram com. quadreinnio antevertunt, nam " III *Id. Dec. fer.* VI." annum indicat 722, Cyclo Solis iii, Lunæ i.

(1) Errant toto cælo qui hoc monasterium cum *Insula Butense* imperite confundunt. Vide IV *Magistror.* Annal. Cod. MS. in Stowense ad ann. 719, *Tigernach* Cod. Bodl. fol. 14, col. 1, lin. 12, *Glossar. Topogr.* Voce *Buiti*, et infra ann. 763, 766.

(2) De Regum Connaciæ successionibus &c. V. ann. 501, 542, 546, 549, 560, 576, 626, 648, 655, 662, 665, 674, 679, 681, 702, 704, et Catalogos Vetustos in Appendice.

(3) Hiiensium Abbatum successiones ex dictis ad annos 668, 672, 675, 678, 691, 696, 703, 706, 709, 712, 715, 716, 721, et 723, eruendi sunt. *Dunchado* X Abbati successit *Faelcu mac Dorbeine*, anno æræ com. 717 quo Dunchad obiit, institutus ante Dunchadi obitum, anno æræ com. 716. Porro diversi fuere Dorbeneus pater Faelcui, et Dorbeneus Abbas, cujus genealogia exhibetur in Sanctilogio edito in Triade, p. 499, et in Codice vetusto Bodleiano Laud F. 95, a quingentis annis exarato, ut in *Dissert. Prælim.* demonstravi. *Faelcuo* adhuc viventi successit *Felim.* Vid. ann. 721.

(4) IV *Magistri* ad ann. 720 " *Caochscuile Scribhneoir Dhoire Chalggaigh* aecc." Eadem habet *Tigernach* Cod. Bodl. fol. 14, col. 1, lin. 20. De Monasterio *Daire Calgaigh* V. Adamn. l. 2, c. 39. Roboretum *Calguich*, i. e. interpretationis Druidarum hodie *Derry*. Vide *O'Brien* Voce " *Ciallughad*" *Llhwydii Archæologiam*, et *Glossar. Topogr.* voce *Daire*.

An. Dcc xx ix. *Cilleni* nepos *Collae* Abbas *Otnea*, et *Aldchu Doinliagg* moriuntur. *Ailen m. Craich* [i. e. Monasterium Insulæ *caorach*, seu ovis ?] construitur. *Simul* filius *Druis* constringitur, *Colman huamach* scriba Ardmachae, *Rubin mac Conad* scriba *Muman* [Momoniæ] Filiusque *Broccain othaigh theille* [de domo Theillii] qui magister bonus Evangelii Christi erat, et *Colman Banban* scriba *Cille-daro*, omnes dormierunt. (1) Mors *Brain Muminig* et *Chais Chobo*. Luna tenebrosa et sanguinea xviii. Kal. Jan. (2) *Congal mac Maeleanfaith brecc fortrenn* [Congal filius Maelanfathi maculati, regionis Pictorum Britanniæ] et *Oan* Princeps *Ego* mortui sunt.

An. Dcc xx x. *Nectam mac Deirile* constringitur ap. *Druist* regem. (3) *Dunchonna craibdech* [devotus] Episcopus *Condere* [Connorensis] moritur (4) Jugulatio *Cramthain* filii *Ceallachi* in bello *Beillaglicce* immatura etate.—Quies *Mancheine Lethglinne*. (5) Jugulatio *Ailello mc Bodbchodha mide*. [Midensis].

An. Dcc xx xi. Mors *Ailcon* Abbatis *Cluin Irard*. [Cloonard.] Bellum *Dromafornocht* inter genus *Conaill* et *Eugain*, ubi *Flan mac Aurtuile* et

---

(1) IV *Magistri* ad ann. 729. "*Colman ua mach scribhneoir Ardmacha, agus Colman banban* "*scribhneoir Cille dara decc. Rubin mc. mc. Connaid sccribhneoir Mumhain*"—*Tigernachi* verba sunt—"*Colman uamach ·i· sai scribh. airdmachu, Ruibin fs Connaid scriba Mumhain filiusque Broccain o tigh telle qui magister bonus Evangelii Xpi erat, et Colman Banban scriba omnes dormierunt.*" Fol. 14, col. 1, lin. 22. Officium *Scribæ* honorificum habebatur in Hibernia.

(2) Ex Calculis anni 724, constat Lunam eo anno bis defecisse, die 13 Febr. et die 9 Augusti, et anno 725, die 24 Dec. hora 7, mat. grad. 4, dig. 1½. *Art de V. les dates*, p. 66, Hic agitur de hac Eclipse anni 725, at pro xviii *Kal. Jan.* legere oportet viii *Kal. Jan.* quod cum 24 Decembris concordat.

(3) "*Constringitur*" i. e. in vincula conjicitur a *Drosto* Rege Pictorum.

(4) De primo Episcopo *Conderense*, hodie *Connor*, vide ann. 506, et 513, quo *Angus mac Nisse* vulgo S. *mac Nisse*, obiit. Patris nomen *Fobrec*, matris *Nissa*, uti constat ex *Tigernacho*, et ex Vetusto *Ænguslani Martyrologii* Scholiaste, citato in Usserii Primordiis, et in *Triade* passim. V. *Jocelin.* c. 143.

(5) Alius est *Manchenius de Menodrochit*, de quo V. ann. 651, ubi ejus memoria ab auctore coævo Cardinem exhibet Chronologicum in rebus Hibernicis. De hoc Manchenio IV *Magistri*, narrata morte *Mac Onconi* amanuensis Kildariæ, *Mac Concumbæ* amanuensis Cluanæ mac nois, et *Cochaili edarii* amanuensis *Beannchuir*, quorum omnium meminit *Tigernach*, inquiunt ad ann. 725—— "*S. Mainchin Lethglinne decc. Cath eid. Cruithnin agus Dalriada i murbulg in ro marbh drong mor* "*do Cruithnin. S. Colman ua Liottain Dochtuir toge decc.*" [S. Manchen Lethglinnensis obiit. Prælium inter Pictos et Dalriadas apud Murbulg in quo occisi sunt plurimi Pictorum. S. Colman *O'Liottain* Doctor egregius obiit.]

Snedgus dergg [rufus] nepos *Inraichidhi* jugulati sunt. Congressio *Irrois foichne,* [apud Ross fochne] ubi quidam ceciderunt *den dibh Airgiallaibh,* [de duobus Airgialliis,] inter *Selbacum* et familiam *Echdach,* nepotis *Domhnaill. Conall mac Moudain* martirio coronatus. *Adomnani* reliquiæ transferuntur in Hiberniam, et Lex renovatur. Bellum *Moin* inter *dina Bullaigniu* [populos Bullagnii] in quo cecidit *Laidgnen mac Conmealde, Duncha* victor fuit. *Murchada mac Brain* rex Lageniensium moritur. *Dubdainber mac Comgail* rex *Cruitne* [Pictorum] jugulatus est. Bellum *Biarne,* vel *Inse* [insulæ] *Bregainn,* in quo ceciderunt *Eterscel mac Cellaig Cualann,* et *Congal mac Brain, Faelan* victor fuit. Dormitatio *Cilli-crist.*

An. Dcc xx vii. Bellum *Droma corcain inter Flaithbertach mac Loingsig* et *Cinaed* filium *Irgal* (1) in quo *Cinaet* et *Endus mac Aillello, Maelduin mac Feradaich,* et *Duncha mac Cormaic* ceciderunt. Bellum *Ailenne,* inter duos Germanos filios *Murcada mc Brain, et Duncha* senior jugulatur, junior *Faclanus* regnat. *Flann Oentrib* Abbas *Benchuir* obiit. Bellum *Monidcroib* inter Pictores [Pictos] invicem, ubi *Oengus* victor fuit, et multi ex parte *Eilpini* regis perempti sunt. Bellum lacrimabile inter eosdem gestum est juxta Castellum *Credi,* ubi *Elpinius* effugit. *Domhnall mac Ceallach* rex *Conacht* moritur. Quies filii *Bethach* viri sapientis Momonie.

An. Dcc xx viii. *Eicbericht,* Christi miles, in sancta Pasca die pausat. (2)

---

(1) "*Mac Irgala, mc Conaing, mc Caira, mc Congala, mc Aed Slaine*" Cod. Clarend. 49.

(2) De *Ecgbercti* Monastica vita *in Hibernia,* temporibus Regis *Aelfredi,* qui et ipse *in regionibus Scottorum lectioni operam dabat.*" Vid. Bed. in Vita Cuthbercti c. 24, p. 247, et supra not. ad ann. 716.—De eodem Beda inquit—" Mansit autem Vir Dni *Ecgbert annos* xiii in præfata insula [Hiiense,] annoque Dominicæ incarnationis 729, quo Pascha Dominicum viii Kal. Maiarum die celebrabatur, cum Missarum Sollemnia in memoriam ejusdem Dominicæ Resurrectionis celebrasset, *eodem die* et ipse migravit ad Dnm," Bed. l. 5, c. 22, 23.—Hæc ex *Beda* ultima testimonia ad horum Annalium fidem confirmandam adduco, desinente his temporibus ejus Historia, saltem quoad res Hibernicas. Id autem eo magis moleste fero quo magis Scriptores post Bedam vel prorsus silent de Hibernia, vel mira, atque stolida, quasi Danorum vastationibus perterriti, et stupefacti fabulantur. *Procopius* de Bello Gothico l. 4, c. 20, de Insulis Britannicis loquitur tanquam de terra incognita, et de regione *quam animæ defunctorum* inhabitant.—Porro Ecgbercti memoria non semel obvia fit in Annalibus *Anglo-Saxonicis,* in quibus ad ann. 729—" *Her Cometa se steorra hinc opeirde, and Scs Ecgbyrht in Ji ford ferde*"—[Hoc anno Cometa stella seipsam exhibuit et S. Ecgberctus in Ji decessit.] *Florentius* inquit Ecgberctum obiisse " viii *Kal. Maii ipso die Paschæ.*" Atqui certum est Pascha anni 729, in diem 24 Aprilis, i. e. viii *Kal. Mai* incidisse.

Bellum *Monitcarno* juxta stagnum *Loegdea* inter hostem *Nechtain* et exercitum *Aengusa*, et exactores *Nechtain* ceciderunt, hoc est *Bisceot mac Moneit*, et filius ejus, et *Finguine mac Drostrain*, *Ferot mac Finguine* et alii multi. Familia *Aengusia* triumphavit. Bellum *Dromadergg Blatmig* in regionibus Pictorum, inter *Oengus* et *Drust* regem Pictorum, et cecidit *Drust*. (1) Jugulatio *Cathail cuic* [cæci] filii *Neill*.

An. Dcc xx ix. Terremotus VI Id. Feb. IV feria. Reversio reliquiarum *Adomnani* de Hibernia in mense Octobr. *Bran* filius *Eugain*, et *Selbach mac Fercair* mortui sunt. *Suibne mac Crunmail*, nepos *Inruichesaic*, Episcopus Ardmachae, *Mac Onco* scriba *Cille-daro*, *in Gall olillcach* [Albus Olillcach] filius *Concubu*, Scriba *Cluana mac Cunois* dormierunt. *Oitechde mc Baiteachde* filius *Blathmice*, *Oengus mac Becce Bairche* quieverunt. Interfectio filii *Cinadon*. *Commixtio Dunaid for Domhnaill mc Murcado iculaib ·i· adaig noide Nephain ·t· imlecho Senaic.* [Prælium Dunad, contra Domhnaldum filium Murcadi, in locis Saltibus obsitis in angustiis viarum *Nephain*, vel *Imlecho Senaic.*] *Coculodor* scriba familie *Benchuir* dormivit. Bellum *Fernamuigi* in quo cecidit *Cetoman*.

An. Dcc xxx. Combustio *Cuilerati*. Clericatus *Echdach* filii *Eudini* rex [regis] Saxonum, et constringitur. Combustio *Tiarpirt Boittir* ap. *Dungal*. Bellum *ittir* [inter] *Cruitne* et *Dalriati in Murbuilgg*, ubi *Cruitni* [Picti] devicti fuerunt. Bellum inter filium *Oengusa* et filium *Congusa*, et *Bruideus* vicit *Talorc* fugientem. *Dungal mac Congaile* filius *Fergusa* moritur. *Faeldobur becc* sapiens *Fobair*, [Faeldobar parvus sapiens monasterii Fobarensis,] Adomnanus Episcopus sapiens *Ratho maighi Omaigh*, (2) [Ecclesiæ Collis antiqui Sancti arte facti planitiei Omagh,] *Colman* nepos *Littain* religiosus doctor pausant. Jugulatio *Moenaig mc Seachnusaig*.— Mors *Echdach mc Colggen* anacorete Ardmache. *Colman Telcahualan*, et *Brecc berba* [Colman Monasterii Telcualan, et Berba maculatus] dormierunt (3) *Coblait* filia *Cellach Cualand* moritur.

An. Dcc xxxi. Mors *Flainn Sinnae* avi *Collea* Abbatis *Cluana m. cunois*.—

---

(1) Qui Regum Pictorum ordinem texere cupit conferat annos 687, 692, 696, 712, 725, 727.

(2) " *Rathe Campi Aona*" Cod. Clarend. 49. " *Maighe Haonaigh*" IV *Mag.* ad ann. 725.

(3) " *Agus Breacc Bearba decc*" IV *Mag.* ad ann. 725, æræ com. 731.

Jugulatio *Daitgus m. Baith* regis *Nandeisse*, [Desiorum] *Dubhdalethe mc Dunnchon*, (1) et *Flanncuirrigh mac Aitechdai* moriuntur. Bellum *Connacht* in quo cecidit.... *Murcdach mc Inrechtaig* Pontifex *Maigi heu* Saxonum *Garaalt* obiit. (2) Magnus Philosophus Hibernie nepos *Mitrebhta* extinctus est. *Ceallach ingen* [filia] *Duncha dia uibliatain* [de familia Liathanorum] Regina optima, et benigna dormivit. *Teimnen Cillegarad* Religiosus Clericus quievit. *Cellach mac Tuatail* rex nepotum *Cramtain* jugulatus est. Bellum inter genus *Conaill* et *Eugain*, in quo filius *Fergaile Aid* de *Flaithbertacho* filio *Loingsic* triumphavit. Hiis ducibus cecis a ditione ejus. *Flann gohan* filius *Congaile mac Fergusa* moritur. *Flaithgus mc Duibdibergg* et *Tomaltacb mac Duinecdo* moriuntur. Bellum inter *Laigniu desgabair agus Muinechu*, [Lagenienses australis Gabariæ et Momonienses] quo *Aed mc Colggen* victor erat. *Sebdan* filia *Cuirc* dominatrix *Cill-daro* obiit. *Fergus mac Conaill, oircnic*, [Præpositus, vulgo *Erenach*] et *Fcrdomnach* Scriba Ardmace obierunt. *Congalach cnuco* moritur.

An. Dcc xxx ii. *Dungal mac Selbaich* dehonoravit *Toraic*, (3) cum traxit

---

(1) Non confundendus cum vetusto Historico Hibernense *Dubdalethe*, de quo vide *Dissert. Prælim.* et infra ann. 962, 1021, et 1064 quo obiit.

(2) Eadem habet ad eundem annum *Tigernach*, et IV *Magistri* ad ann. 726. Hæc præterire ne queo quin *Usserii* animadvertam errorem, qui nostros Annales metachronismi inculpat quasi Giraldi Abbatis obitum referrent ad annum æræ com. 732. Ejus verba notanda sunt " Adamna-" num vii ante mortem suam annis, in Hiberniam iterum perrexisse, Ultonienses docent Annales, " Unde et illud in Actis Giraldi Saxonis huc referendum existimo.—S. Geraldus apud Maion-" ensem Ecclesiam in pace quievit iii Id. Martii. *Post ejus vero obitum*, S. Adamnanus Mai-" onensem Ecclesiam *per* vii *annos* indefesse rexit, volumina conscribi faciens, atque manu propria " librum iv Evangeliorum scribens; Campanas etiam fabri-faciens ad reverentiam Ecclesiæ.—Inde " ad Ionensem perrexit Abbatiam, et ibi feliciter obiit."——Ex his argumentatur *Usserius*, in iisdem Annalibus Ultoniensibus metachronismo peccatum esse videri, quum ad annum 731, qui nobis est 732, *Geralt Pontifex Saxonum campi Heu obiisse scribitur.*" *Primord.* p. 1168.—At error est *Usserii* ipsius. Hi enim Annales minime tradunt Geraldum hoc anno obiisse, sed " *Muredachum Pontificem Ecclesiæ Magionensis S. Geraldi.*" Eadem habent ad eundem annum 731, æræ com. 732, *Tigernach*, Cod. Bodl. fol. 14, col. 2, lin. 20, et IV *Magistri* ad ann. 726, æræ com. 732.—Scriptores Hibernici monendi sunt ne, absque gravissima causa ab Ultoniensibus discedant. Hos Annales ter descripsi, quinquies recensui, et collatione diligentissima facta cum *Adamnano*, *Beda*, et *Annalibus Anglo-Saxonicis* iterum iterumque recognovi; idque tuto asserere possum, me in nullum unquam Chronicon, sive editum sive ineditum, majori cura exaratum, vel tam dilucide, et accurate descriptum incidisse.

(3) Hodie *Tory island*. In Vita S. Columbæ edita in *Triade*, pag. 401, n. 73. Prima Ecclesia

Brudeum ex ea, et eadem vice insola [insulam] *Culrenrigi* invasit. *Muredac mac Ainfcellach* regnum generis *Loairnd* assumit. (1) Congressio iterum inter *Aed mac Fergaile* et genus *Conaille* in campo *Ito*, ubi cecidit *Conaig mc Congaile mc Ferguso*, et ceteri multi. Nativitas *Duncha mac Domhnaill.* Occisio *Acdo mc Conaicc* Regis *Irlochrae*, [occidentalis Lochrea.] Occisio *Echdach-cobo* filii *Breasail. Coscrait Catail do Domhnaill a Tailtae, agus Coscraid Fallomain do Cathal a Tlactgha* [Aggressio impetuosa, et victoria cruenta Cathalli de Domhnallo apud *Talteniam*, et Aggressio impetuosa, et victoria cruenta Follamhani de Cathallo apud *Tlaghtga.*]— Jugulatio *Dunlainge* filii *Dunchon. Flannfinne* Abbas *Cluana m. nois* obiit *do cuain.* [mærore animi] (2) *Bolggan* ancoreta Ardmacae pausat.— Vacca visa est in *Delggenis Cualan se cossa lea ·i· da corp iar niarthur, oen cheann sair do omlacht, fo tri olnais caich mbleguin.* [in Delgginnis Cualan,

---

in ista Insula a S. Columba fundata traditur, cui administrandæ suum alumnum præfecit *Ernanum*, exinde *Toracensem* agnominatum in *Sanctilogio.* Vide *Glossar. Topogr.* Voce *Toraich.*

(1) Vide quæ dicta sunt de domo *Feargusii* et *Loarni* supra ad ann. 693, 697, et 699. *Scalbhacho mac Fearchair*, Regi Scotorum Albaniæ de domo Loarni, successit *Eochoidh mac Eochoidh* anno 722 æræ com. 723. Ei successit "*Muireadhach mac Ainbhceallach*," consentiente cum his Annalibus *Tigernacho.* "*Muireadhach mac Ainbhceallach regnum generis Loarni assumit*," eodem nempe anno æræ communis, quo "*Dungal* filius Sealbhachi *Insulam Toragiam dehonoravit*, et quo *Flaithbhear-*" *tach Rex Hiberniæ classem maritimam e Dalriadinis in Hiberniam conduxit.*" Cod. Bodl. fol. 14, col. 2, lin. 28. IV *Magistri* ista referentes ad ann. 728, æram communem quinque annis antevertunt.

Porro *Eochoid mac Eochoid* ultimus est Scotorum Albaniæ Regum, qui *Eochodii*, seu Achaii nomine designatur, ac proinde idem est de quo recentiores Scotiæ modernæ, i. e. Albaniæ scriptores fabulantur fœdus iniisse cum Carolo Magno. "*De Rege Achaio primam cum Francis confœderati-*" *onem faciente.*" Fordun t. 1, l. 3, c. 57, p. 165. Edinburgi 1759. Hanc fabulam, quam Buchananus, felicior Poeta quem historicus, versibus ornavit in Epithalamio Mariæ Reginæ Scotiæ, prorsus profligavit Dalrymple "Lord Hailes's *Remarks on the history of Scotland.*" *Eochoid mac Eochoid* obiit antequam Carolus Magnus natus esset, et fœdus quod cum *Regibus Scotorum* iniit, testante Eginharto, ad *antiquæ Scotiæ* Reges pertinere necesse est, cum nulla fuerit Regio nisi Hibernia *Scotiæ* nomine designata usque ad Sæculum xi, quo *Albania* primum Scotia appellata est a Mariano Scoto, de cujus appellationis novitate questus est *Giraldus* in *Descrip. Albaniæ. Pinkertonius* veritati consulens, contribulium Albaniæ Scriptorum fabulam deridet.—"This is the famous Achy, "who, according to our fables, made a league with Charlemagne who was yet unborn! The *Reges* "*Scotorum* who, according to Eginhart, were at his obedience, were those of Ireland, from which "country different Men of saintly learning adorned his court and capital." *Pinkerton* Scotl. vol. 2, p. 123-4. Vide plura infra ad ann. 812, 848, et *Scotiam* antiquam, apud *D'Anville*, et *Gibbon* "Map of Roman Europe" Decl. et Fall Vol. 2, 4to Lond. 1781.

(2) Cod. Clarend. 49 "præ dolore proper mortem *Bolggani* Anachoritæ."

quæ habuit sex pedes, i. e. duo corpora a parte posteriori, unum caput ab anteriori, et lactare solebat ter in dies, quolibet anno.] (1)

An. Dcc xxx iii. *Rectabre* nepos *Cathasaig* rex nepotum *Tuirtri* moritur. Eclipsis lunae in xi. Kal. Feb. (2) Commutatio Martir. Petri, et Pauli, et Patricii ad legem perficiendam, et occisio *Coibdenaig* filii *Flainn Hui Congaile. Caintigern ingen* [filia] *Ceall Cualann* moritur. (3) *Talorggan mac Congusso* a fratre suo victus est, et traditur in manus Pictorum, et cum illis in aqua demersus est. *Talorggan* filius *Drostain* comprehensus alligatur juxta arcem *Ollaig. Dun leitfin* destruitur post vulnerationem *Dungaile*, et in Hiberniam a potestate *Oengusio* fugatus est. Congressio in campo *Ito* inter *Flaithbertach* filium *Loingsech* et *Aed Allan mac Fergaile*, ubi nepotes *Echdach* ceci sunt. *Taiclech mac Cinfaelad* rex *Luigne* moritur. *Aedh ollan* [vel *Ollamh* i. e. Aed Poeta] regnare incipit.

An. Dcc xxx iv. *Oedgedcar* Episcopus *Droma* [Antrimensis] pausat. Bellum in regionibus *Muirteimne* inter nepotes *Neill* et *Ultu*, ubi *Aed Roin* rex *Ultu*, et *Concad mac Cuanach* rex *Cobo* ceciderunt. *Aed mac Fergaile*

---

(1) Eadem habent *Tigernach*, et IV *Magistri* "*Ata ces bo in deilg inis cualann, aoin cend agus* "*aon corp le go a slindenaib, Da chorp o a slindenaibh siar, agus da erball. batar se cosa* "*fuirre, no bligti fo tri hi gach laoi, agus bamo a argach nuair a hass. Ro toimlhet la* "*daoinib iomet a has, agus ni don im do ronadh de.*—[Visa est bos in Delginis regione Cua-" lan, unum caput et unum corpus ei usque ad humeros, duo corpora ab humeris retro, et duæ " caudæ. Fuerunt ei sex pedes, et ter mulgebatur quavis die, et magna erat ferocitas ejus quando " mulgebatur. Multi gustaverunt de lacte ejus, et de butyro inde facto.] Confer *Tigernachi* verba, Cod. Bodl. fol. 14, col. 2, lin. 37.

(2) Annus hic Ultoniensium est æræ com. 734. Jam vero, ex calculis, Eclipsis Lunæ totalis incidit, eo anno, in diem Jan. 24, *Art de V. les dates*, t. 1, p. 66. Ergo pro " xi *Kal. Febr.*" substituenda sunt, " viii *Kal. Feb.*"ut textus ad pristinam integritatem restituatur.

(3) *Kentigerna* eadem est de qua *Camerarius* de Pietate Scotorum l. 3, inquit—"*Fuit Tyrei Reguli Lageniensium filia.*"—De eadem agit *King* in Calendario.—Dunfermilensia monumenta, et Breviarium Aberdonense a Camerario citata inquiunt " In insulam *Inchelochre* in *Lochloumont*, profectam Kentigernam claruisse, et Ecclesiam Parrochialem ibi ejusdem nomine insignitam fuisse"—Errat tamen *Camerarius*, et reliqui Scoti recentiores, Regem Lageniæ cujus filia erat, *Tyrcum* appellantes, quem hi Annales, et *Tigernach*, et IV *Magistri*, uno ore, *Ceallcum Cualan* repitite designant. IV *Magistri* ad ann. 713 inquiunt—" *Ceall. Cualan mc Gertide ri Laighen decc.*" [Cealleus Cuallan filius Gertidii Rex Lageniæ obiit.] Postea ad ann. 728 " *Caintigherna ingen Ceallaigh Cualainn decc.*" [Kentigerna filia Ceallei Cualan obiit.] Eadem habet Tigernach. Unde manifestissimi erroris convincuntur Scotiæ modernæ Scriptores, qui, sub prætextu nominis *Scotiæ*, hanc Kentigernam *Albaniæ*, quæ nunquam *Scotia* usque ad Sæc. xi appellata est, adscribere conati sunt. Alius est *Kentigerna* Episcopus, cujus vitam descripsit Sæculo xi *Jocelinus*. *Ceallachi Cualanii* Regis Lageniæ obitum referunt hi Annales ad ann. æræ com. 715, alius *Ceallach* memoratur anno 743.

victor fuit. Bellum inter *Mumhain* et *Laigniu*, ubi multi de *Laignib*, pene innumerabiles de *Momonia* perierunt; in quo *Ceallach mac Faelcar* rex *Osraigi* cecidit. Sed *Cathal* filius *Finguine* rex *Mumhain* evasit. *Aircchtac* nepos *Dunchado Muirsce* rex nepotum *Fiachrach*, et *Cathal* filius *Muredaig* (1) rex *Connacht* moriuntur. Jugulatio *Flainn mc Conaing* Abbatis *Cille moire dithribh*. (2) [Ecclesiæ Killmorensis Eremi] Draco ingens in fine Autumni cum tonitruo magno post se visus est, Beda sapiens Saxonum quievit. (3)

An. Dcc xxx v. *Oengus mac Fergusa* rex Pictorum vastavit regiones *Dailriatai*, et obtinuit *Dunat*, [arces] et combussit *creich*, [regiones] et duos filios *Selbhaic*, *i· Donngal* et *Feradach*, catenis alligavit, et paulo post *Brudeus mac Oengusa* filius *Ferguso* obiit. Bellum *cnaicc coirpri icalatros uc etar linndu*, [Collis Carbrei in regione Calatros, seu Calaros, apud marginem stagni nigri] inter *Dalriatai et Fortren*, [Hibernos Albaniæ et Pictos,] et *Talorggan mac Ferguso* filium *Ainfceallaich* fugientem cum exercitu persequitur; in qua congressione multi nobiles ceciderunt. (4) Mors *Fiannamhla mc*

---

(1) " A quo Clan Cathail de Maghaoi." Cod. Clarend. 49, et recte. *Clan Cathal* de comitatu hodierno Maionense ab hoc originem ducunt.

(2) " Dithrib," deest in Cod. Clarend. 49, extat autem in *Tigernacho*, et IV *Magistris*.

(3) De anno obitus Bedæ varii varie, et secum pugnantia, scripserunt, ab erroribus recensendis abstineo, atque horum Annalium auctoritati adhærendum esse, sequenti argumentatione manifestum fore confido. Simeon Dunelmensis, seu potius *Turgot* Monachus, in l. 2, de Dunelmensi Ecclesia c. 14, inquit—" obiit [Beda] vii Kal. Jun. in Gyrwe, *ipso die* solemni Ascensionis Dominicæ, anno in- " carnationis DCCXXXV, ætat. suæ lix, ex quo autem Rex *Oswaldus*, et *Antistes Aidanus* Pontifi- " calem Cathedram, et Monachorum habitationem in Lindisfarnense instituerant, anno *centesimo* " *primo*."—Jam vero ex dictis in nota ad ann. 715, constat Aidanum missum fuisse ad *Oswaldum* anno 635, consentientibus *Florentio* ad ann. istum, *Chronico Saxon*, et *Beda* ipso l. 3, c, 5. Ergo, cum anni 100 anno 635 adjuncti, efficiant annos 735, sequitur Bedam isto anno obiisse. Præterea dies Ascensionis Dominicæ incidit anno 735 in vii Kal. Junii, Cyclo Solis xvi, Lunæ xiv, Concurrente v, Epacta xxiii, Die Paschæ xv Kal. Maii. Ex quibus sequitur I. annum Ultoniensium 734, esse æræ com. 735. II. Errare *Turgottum* ipsum in ætate Bedæ designanda. Cum enim superstes fuerit ad annum 735, necessario sequitur vixisse ad annum ætatis 63, uti supra notavi ad ann. 653. III. Errare omnes qui in Bedæ ætate designanda Turgottum sequti sunt, quamvis recte annum mortis designat. IV. Pro interpolatione habendum esse exemplum, quod, in Bedæ Epistola ad Wichredam de Verno æquinoctio juxta Anatolium, traditur " *de præsenti anno* DCCLXXVI." Nam Beda noster ad istum annum non pervenit. Confer Vitam Bedæ ex MS. Cod. *Thuaneo* edit. Cantabr. p. 791.

(4) Hic est idem *Fergussa filius Oengussa* Rex Pictorum, de quo Fordunus l. 4, c. 12, t. 1, p. 189. Plura de eodem tradit Tigernach ab hoc anno ad 761 quo obiit. Bedæ continuator inquit

Gertnide Abbatis *Cluana Iraird*, et Mors *Crunnmail* fiiii *Colggen* Abbatis *Luscain*. *Donel mc Colmain indmin* [******] Abbas *Ardbraccain*, et *Colman mac Murcon* Abbas *Maigi bile* quieverunt. Jugulatio *Maelefotartaig* filii *Maeletuile di Laignib*, [de Lageniensibus] vir sapiens, et ancorita insole Vacce albe, *Dublittir*, et *Samson* nepos *Corcrain* dormierunt. *Bodbtach mac Conaill Garbi* [Conalli morosi] rex *Coirpri* moritur.

An. Dcc xxx vi. Mors *Ronain* Abbatis *Cinngaraid*. *Fealbe* filius *Guaire*, *Mealrubi* heres *Crosain*, in profundo pelagi dimersus est cum suis nautis numero xxii. (5) *Conmal* nepos *Lochene* Abbas *Clona mc cunois* pausat. Congressio invicem inter nepotes *Aedo Slane*, ubi *Conaing mac Amalgaid* moritur, *Cernach* vicit, et *Cathal mac Aedo* cecidit, juxta lapidem *Ailbe* ab orientali parte gesta est. *Muirgis mac Ferguso Forcrid* jugulatur. *Breasal mc Concobair airdd* [alti] occisus est. *Oengus mc Aillello ri* [rex] *Airddea Ciannachta* moritur. Mors *Graifnig* Abbatis *Imleco fia*. *Dal ittir Acd nalddan ocus Cathal oc tirdaglas*. [Conventio pacifica inter Aed

---

ad ann. 761 "Oengus Pictorum Rex obiit, qui Regni sui Principium usque ad finem, cruento facinore tyrannus perduxit carnifex"—Pinkertonii verba de hoc Rege notanda sunt "It is im-" possible to help *suspecting* that the great actions of this Prince, and, in particular, his destroy-" ing the Kingdom of Dalriada, an Irish settlement, induced our Irish Chroniclers in Scotland, to " pervert the Pikish Chronicles at this period.—The Kingdom and name of the old Scots in Bri-" tain, mentioned by Adomnan and Bede, *totally cease* with the conquest of Dalriada, [by Ungust " Son of Vergust] and are never after to be found." Scotl. Vol. 1, p. 307. Lond. 1789.

At hæc omnia gratis dicta, et prorsus erronea esse, ex his Annalibus, et aliis infra adducendis manifeste patebit. *Muircadacho* Ainbceallachi filio, Hibernorum Albaniæ Regi, successit ann. 736 *Dungal mac Scalbhaig*, quem *Aengus mac Fergus* Rex Pictorum catenis eodem anno alligavit.—Idem qui "*dehonoravit Torach*," i. e. *Tory Island*, anno 733, et "per cujus vulnerationem Arx *Dun-Leithfin* destructa fuit" anno æræ com. 734, quo "in Hiberniam per potestatem *Aengusii* fugatus est." Idem denique qui *Dunghallus* 2 appellatur a Flaherteo pag. 480, cui succesit *Eochoidh Angbhuidh*, i. e. Achaius IV, uti tradit *Flannus* in Sinchronismorum Codice Vetusto Stowense, in quo regnasse dicitur usque ad annum 748, quo *Aodh Fionn* filius ejus ei successit, ut in *Poemate Hibernico* anni 1050, in Appendice. Quid his opponi possit eorum esto, quorum plurimi interest meminisse. "Temerarii esse, et vix sani hominis, quidvis ex libidine vel affirmare, vel negare, " et sine recta ratione scriptoribus antiquis fidem demere." *Sheringham* de Orig. Anglor. Vide infra ad ann. 740. De prædecessoribus *Dunghalli* vide not. ad ann. 718.

(5) IV *Magistri* ad ann. 732 æræ com. 737, inquiunt "*Failbe mac Guaire Comarba Maoilerubha* " *do bathadh go bfoirinn a luinge a maille fris, dias ar fichit allion.*" [Falbeus filius Guarii Succes-" sor Maolrubai, Abbas Abbercrossanensi in Albania, demersus, et nautæ navis simul cum eo " numero xxii."]

Aldan et Cathal, apud Tirdaglas] Lex Patricii tenuit Hiberniam. *Fiangalach mac Murchado* rex *Hu Mail* [regionis Umal] moritur.

An. Dcc xxx viii. *Faelan* nepos *Brain* Lageniensium rex, immatura etate, et inopinata morte periit. *Tole* Episcopus *Cluana Iraird* dignus Dei miles pausat. *Cernach* filius *Fogartaig* a suis sceleratis sociis dolose jugulatur, quem Vaccarum vituli et infime orbis mulieres tediose fleverunt. Bellum *Atho Seanaich* [vadi vulpium] inter nepotes *Neill* et Lagenienses, *·i· Cath* [prælium] *Uchba*, (1) xiii. Sept. die vi ferie, crudeliter gestum est, in quo binales Reges celsi vigoris pectoris, armis alternatim congressi sunt. *·i· Aed Alddan* rex *Temorie*, et *Aed mac Colggen ri Laiginn*, e quibus unus superstes vulneratus, *·i· Aed Alddan* vixit, alius vero, militari mucrone capite truncatus est. Tunc nepotes *Cuin* immensa victoria ditati sunt, cum Lagenos, suos emulos, insolito more in fugam mittunt, calcant, sternunt, subvertunt, consumunt, ita ut usque ad internecionem universus hostilis pene deletus exercitus, paucis nunciis renunciantibus, et in tali bello tantos cecidisse ferunt, quantos per transacta retro secula, in uno succubuisse impetu, et feroci cecidisse conflictu non comperimus. Ceciderunt in hoc autem bello optimi duces *·i· Aed mac Colggenn*, et *Bran becc* [Bran parvus]

---

(1) Prælium hoc "*vadi Seanaich*," "*alias prælium Uchbadh*" appellatur in Cod. Clarend. 49, et in vetusto Poemate Hibernico, cujus distichon adducunt IV *Magistri* ad ann. 733 æræ com. 738. Dies prælii, "xiii *Sept.* vi *feria*," deest in Cod. Bodl. extat in cæteris.—IV *Magistri*, et *Tigernach*, narrata strage prælii *Fothartæ*, et causa prælii "*Ba he fochann an chatha cillcunda do sharucc* "*la u Segain do muintir Aodha roin*, [causa prælii fuit quia Ecclesia Killcondæ violata fuit per *O'Segan* de familia *Aidi Roin*,] et postea narrata *Aidi Roinii* captivitate, ac decollatione "*Ro benadh a chend de for cloich an chommaigh in dorus tempaill Fochairde*," [decollatus est supra petram cætus Consilii, prope portam Ecclesiæ Fochardiæ,] et adductis insuper testimoniis metricis de isto prælio, Hibernice scriptis a Poeta coævo *Congasio*, et ab *Aedo-Allanio*,—Postea ad ann. 733, æræ com. 738, Prælium *Ath-Senaith* describunt, in quo "Lageniorum ix millia in-"terfecti fuere, testantibus duabus metricis narrationibus quarum unam "*Samthan cc. rius an* "*Cath*," [*Cecinit Poeta Samthan post prælium*,] alteram cecinit "Rex ipse *Aodh Allan*, qui prælio "interfuit." Utramque antiquam produnt linguæ Hibernicæ pene obsoleta vetustas, et poema aliud Hibernicum de *Samthani* laudibus, quod idem *Aodh Allan* composuit, cujus tria disticha servantur in IV *Magistrorum* Annalibus ad ann. 734, et in *Tigernachi* Codice Bodleiano fol. 14, col. 4. lin. 3. *Samthan* obiit anno 739, qui est IV *Magistrorum* 734, *Ultoniensium*, et *Tigernachi* 738. Duorum Regum in prælio *Uchbad* singulare certamen, strages 9000 Lageniensium, in vindictam pro 9000 Midensium, occisis in prælio *Almuine* anno 732, et O'Neillorum parta victoria triumphus, argumenta sunt præcipua poematis, cujus extant fragmenta in *Tigernacho*, et in Stowense.

mac Murcado i· da ri Laigin, [i.e. duo reges Lageniæ,] *Fergus mac Moinaig*, et *Dubdacrich mac Aincellaig mc Triein*, (1) et *Fingalach hi Maeleaitcen*, *Conall hi Aitechdai*, *Cether mc* [quatuor filii] *Flainn*, Avi *Congaile-cladhach* [Congalli litigiosi] avi *Macluidhir*, et ceteri multi quos compendii causa omisimus. Jugulatio *Fergusa mc Cramthain*. Mors *Coscraich mc Moindenaig* Regis *Galeng*. Bellum *Insec* in quo cecidit *Fernbeann*. Mors *Sotcathaigh* avi *Maeletoile*. *Slog Cathail mc Finnguine co Laigniu corucc giallu o Faelain, ocus corucc maine mara* [Exercitus Cathaldi filii Finguinii usque ad Lageniam, donec inde abstulit obsides O'Faelanii, et donec abstulit prædam magnam.]

An. Dcc xxx viii. *Fergi Glutt* rex *Cobo* sputis venenatis Maleficorum hominum obiit. *Cuana* nepos *Bessain* scriba *Treoit* [Scriba Treotensis Monasterii] (2) pausat. Dormitatio *Samtainne Cluano Bronaig*, et Dormitatio nepotis *Maele dathnein* Episcopi. Combustio *Muintire* [familiæ] *Domhnaill im Bodbraith* [simul cum Bodbrath,] ubi cecidit *Aillill Bregleith* in domo *cenea*. [in domo eadem.] Mors *Aillello mc Tuathail* regis nepotum *Cremtain*. *Flann mc Ceallach* filius *Crunmhail* Episcopus *Rechraine* moritur. (3) *Talorggan mac Drostain* Rex *Atfoitle* (4) dimersus est in *Laaengi*. [in nave] Mors *Aeda* filii *Garbain*.

An. Dcc xxx ix. In clericatu *Domhnall* exiit. (5) Jugulatio nepotis *Aillello tigerne Ceniuill Fiachach*. [Principis generationis Fiachach] Terremotus in *Ili*, secundo Id. Aprilis. *Flan* nepos *Congaile* moritur. *Cubrctan mac Conguso* moritur, et Mors *Ceallach* filii *Sechnadi* Abbatis *Cluana mac nois*. *Dubdabairenn* Abbas *Fobair*, Dormitatio *Mancene Tomea Greine*. [Manchenii Abbatis Monasterii Collis Solis.] Dormitatio *Scinbrain Lainne Ela*. [Abbatis Monasterii Lann Ela.] *Flann Feblae* Abbas *Goirt comnaich* moritur, et mors *Cellai mc Sachnai* Abbatis *Cl. m. nois*.

---

(1) Post "*mac Trein*" Cod. Clarend. 49 habet "*duo magnates regionis Fotharta*."

(2) De hoc Monasterio "*Treoit in campo Breg*" .Vide *Adamnan* l. 1, c. 40. De ejus Abbatibus plurima leguntur in IV *Magistrorum* Annalibus ad annos 754, 769, 788, 808, 838, 848, et passim in *Ultoniensibus*, et in *Tigernacho*.

(3) Vide quæ de insula *Rechrain* dicta sunt in nota ad ann. 634, supra pag. 46.

(4) "*Alia-foilte*" Cod. Clarend. 49. melius *Ath-Foitle*" Cod. Bodl. ad literam "*Vadum Sylvæ*."

(5) Alius erat *Domhnald mac Murchad* rex Hiberniæ, qui ad regnum pervenit anno æræ com. 744, et postea in Hiiensem insulam secedens, in peregrinatione obiit *die* xii *Kal. Decembris* 763, ut infra ad annum istum.

An. Dcc xl. Mors *Conlai Tethba*, [Conlai Regis Teffiæ.] et *Amalgaid* Regis *Conaille*. Jugulatio *Manchina* filii *Fergaile*, filii *Macleduin*, et *Conall mac Jarlati* moritur. Mors *Flain Aigl.* Episcopi *Ecdroma*. Mors *Fuirechtaig* Principis *Insio coil.* [Insulæ Sylvæ, hodie *Inch-Coll.*] *Befail ingin* [filia] *Secknusaigh* moritur. Bellum *Forboros* in quo ceciderunt duo filii *Fiannamla*, *i Indrechtac*, et *Conall*, et ceteri. Jugulatio *Ernain* nepotis *Ecuilp*. Bellum *Ciarn-Feradaig* in quo cecidit *Torcan Tinireid*. Jugulatio *Ailello corraig* [Ailelli morosi] *mc Flainn*, regis *o Failghie*. Bellum *Droma Eathmail* inter *Cruitniu* et *Dalriati for Innrechtac*. Percussio *Dalriati la Oengus mac Ferguso*. [inter Pictos et Hibernos Albaniæ gestum contra Inrechtac, Percussio Hibernorum Albaniæ per *Oengus mc Fergus.*] (1) Corpus Petronille filie Petri transfertur, in cujus tumba marmorea hec verba scribebantur " Area Petronille dilectissime filie." (2)

An. Dcc xl i. Mors *Airesaigh* filii *Cuanac* Principis *Fernann*. *Foirtbe Ceiniuil Fiachach ocus Delmne la Osraighi.* [Præda generationis Fiachach et Delbnæ, facta ab Ossoriensibus.] Mors *Cathail mc Finguine* regis *Caisil*. Mors *Maileochtrigh* Abbatis *Cille Fobrigh*. Mors *Cuidghile* scribe et Abbatis *Lughmaidh* [hodie *Lowth.*] Mors *Aido bailb* [Aidi balbi] regis *Cianachte*. Jugulatio *Artrach* filii *Aitechdai righ* [Regis] nepotum *Craumtain*. Lepra

---

(1) Stetit ergo adhuc Regnum Hibernicum *Dalriadæ Albanicæ*. Imo vero adhuc pollebat viribus; et quamvis hoc tempore, Pictorum potestate paulisper attritum, atque, tam Saxonum, quam Pictorum armis, labefactatum videatur, postea tamen inquit *Camdenus*, " *Scotis ex Hibernia influentibus*, " *ita fuerunt obtriti Picti*, ut circa annum salutis 740, [lege 840] *prælio funestissimo debellati*, " aut penitus extincti, aut paulatim in eorum [Scotorum] *nomen* et nationem, concesserint."—*Camdeni* Historia Britanniæ Armoricæ l. 1, c. 10. Conferanda sunt hæc cum supra dictis in nota ad ann. 735, et infra ad ann. 777.

(2) " *Manu Petri ipsius*" Cod. Clarend. 49. Confer " *Bosio Roma Sotterranea*," Roma edit. 1632, p. 192, c. 19. " Del Cimeterio di Petronilla nella via Ardeatina." Item *Johannis Iperii* Chron. S. Bertini editum a *Martene*, Thesaur. Anecdotor. Paris, 717, t. 3, fol. p. 448. " Paulus Papa I " transtulit corpus B. Petronillæ virginis, B. Apostoli Petri filiæ, cujus Sarcofago marmoreo, ipsius " B. Petri sculptum legebatur, *Aureæ Petronillæ delectissimæ filiæ*."—Hæc adduco, non quod pro genuina habeam Historiam Petronillæ S. Petri filiæ, sed quia traditio hæc, cum sit sæculo nono antiquior, horum Annalium auctorem, *Tigernachi* ævo recentiorem minime demonstrat, neque eorum fidem in minimo labefactare censenda est. Paulus I. Ecclesiam rexit ab anno 757 ad ann. 768. *Art de V. les dates*, t. 1, p. 259, et *Codex Carolinus* edit. Gretser, cum *Muratorii* monitu in Rer. Ital. Script. t. 3, Part. 2, Mediolani 1734, p. 116.

in Hibernia. Obsessio *Avi Linni*, filii *Cairpri*. Jugulatio *Ceniuil Coirpri* in *Granaret*. [Posterorum Carbrei apud Granard.]

An. Dcc xl ii. Mors *Affrice* dominatrix *Cille daire*. Bellum *Daimderg* in quo cecidit *Dungal mc Flainn ri* [rex] *Cul. Fergus mc Ostic, Innrechtach* nepos *Conaigh* victor erat. Mors *Cumene* nepotis *Ciarain* Abbatis *Rechrainne*. Bellum *Serethmaighe* in quo cecidit *Aed Alddain mac Fergaile*, et *Cumscach mac Concobair, ri na niarther*, [rex orientalium,] et *Moenac mc Conlaic*, rex nepotum *Cremthain*, et *Murcdac mc Fergusa Forcraid*, rex nepotum *Tuirtri*. Bellum inter *ua Maine* et *ua Fiachrach Aidne*. Bellum *Luirg* inter *ua n Aillello* [posteros Ailelli] et *Gaillengo*. Hec quatuor bella pene in una estate perfecta sunt. Lex nepotis *Suanaig*. (1) *Concen ingin* [Concenna filia] *Cellaich Cualann* moritur. (2) Jugulatio *Duibdoitre* regis nepotum *Briuin*. *Affiat* Abbas *Maigibile*. Commutatio Martirum *Treno cille Deilgge*, et *in bolgach*. [morbus *bolgach*, i. e. Cardiogma, vel Variolæ.] (3) *Domhnall mac Murcha* regnare incipit.

An. Dcc xl iii. Jugulatio *Laidggnein* filii *Doinennaig*, Episcopi, et Abbatis *Saighre*.. *Domhnall* in clericatu iterum. Jugulatio *Colmain* Episcopi *Lessain lautuirtri*. [a Turtriensibus.] Bellum *Cliach*, in quo cecidit *Concobar dia uib Fidgenti*. [occisus a Fidgentibus.] Bellum *Ailiuin dabrach*, in quo ceci. *Dubdados mac Muirgaile, da auea Ceallaig Cualan* [Prælium insulæ filius duaram vitularum, in quo cecidit Dubdados Murgalii filius, et duo Cellagii Cualan, Regis Lageniæ filii] *i Cathal* et *Ailill* interfecti sunt.—

---

(1) Notanda sunt quæ, sæculo viii inchoante, *Druidum* legibus abrogatis, in Annalibus nostris passim traduntur de *Legibus Sanctorum*.—Sic ad ann. 720 " *Immesach* Religiosus *legem*, cum pace Christi, super insulam Hibernie constituit."—" *Lex Patricii perficienda*" memoratur ad annum 733, et postea ad annum 736. " *Lex Patricii* tenuit Hiberniam."—" *Lex nepotis Suanaig*" memoratur ad ann. 742.——" *Lex Cirani filii artificis*" ad ann. 743, " *Lex Brendani simul*" ad eundem annum. " *Lex Avin Suanaicc*," ad annum 747, &c.—Hæc omnia Doctorum investigationibus derelinquo. Habita fuisse olim in Hibernia plurima concilia ad Ethnicorum mores reformandos, ad horrendos Druidarum ritus tollendos, atque ad componendas acres illas de Paschate contentiones quas Beda memorat, minime dubitandum est. Horum Canonum amplam edidit Collectionem *D'Acherius* in Spicilegio, et quosdam antiquissimos notavi in *Bibliotheca Hibernico Cottoniana*, MS. in Stowense. Synodum *Lechleniensem*, habitam anno 630, supra memoravi in nota ad ann. 638, ex *Cummiani* Epistola ad Segienum. Vide plura infra ad ann. 747, et 777.

(2) Hic est idem Ceallach Cualan Rex Lageniæ de quo supra in not. ad ann. 733.

(3) " *Bolgach*" variolæ. Vide *O'Brien* Vocab. Hibern. et *Llhwydii* Archæologiam.

Jugulatio *Murgusa* filii *Anluain, ituilain.* [apud colles circuli.] *Foirddbe Corcuim druaid don Deis.* [Vastatio regionis Corcum Druidum hodie *Corcumroe* per Desios.] Lex *Ciarain* filii Artificis, et lex *Brendain* simul *la* [cum lege] *Fergus mc Cellaig* sapientis. (1)

An. Dcc xl iv. In nocte signum horribile et mirabile visum est in stellis. (2) *Foranan* Abbas *Cluan Iraird* obiit, et *Congus* ancorita *Cluana tibrinne, Cummane avamaenaig* Abbas *Laine Leire* mortuus est. Bellum inter nepotes *Tuirtri ocus na hiarteru.* [et Occidentales.] *Congal mc Eignic* victor fuit, et *Cu-Congalt* filius nepotis *Cathasaig* fugitivus evasit, et cecidit *Bocaill mc Concobair,* et *Ailill* nepos *Cathasaigh. Imris ittir dadabul* [prælium inter duos *Dabhulios*] gestum est. Mors *Conaill foltchain* [Conalli capitis spissi cæsariei] scribe. Mors *Cinnfael* principis *Droma cuilinn.* Mors filii *Indfertaigse* Abbatis *tige Taille* [domus Taillei.]

An. Dcc xl v. Dormitatio *Cormaic Atho Truim* [vadi Trimensis.] Dracones in celo visi sunt. Mors *Beacaill Arddachaid. In toitim* [strages] *Dungaille feille,* et *Murcertaig* fil. *Cathail, Conmacnii* ceciderunt. Fergus victus evasit. (3) *Ar hi briuin in deiscird la Fergus.* [clades O'Brienorum Australium a Fergusio.] (4) Mors *Maeleanfaith Cille achaidh Dromafota.* [Malanfathi Abbatis Monasterii Planitiei Montis longi.] *Fingal Lismoer* [Fingall-Lismorensis.] Mors *Duibdabairenn* nepotis *Beccain,* Abbatis *Cluana avis.* Mors *Oengusa* filii *Tipriti* Abbatis *Cluana fota,* et *Ciall-trogh* Abbas *Glaisse noide* moritur. Mors *Seachnusaigh mc Colggen* regis nepotum *Censellachi. Sarug Domhnaigh phadraicc.* VI *cinmidi cruci.* [Violatio Ecclesiæ Dunpatric. Sex primariorum Midiæ suspensi.]

An. Dcc xl vi. Kal. Jan. i. fer. lun. x. Mors *Abeil* Abbatis *Imlecho-fea.* Mors *Muredaid minn* [parvi, seu gracilis] regis nepotum *Meit. Cuanan glinne* Abbas *Maigi-bile* moritur. *Aedh munderg* [Aed Rufus] filius *Flathbertaich*

---

(1) Post "*Fergus mc Cellaig*" Cod. Clarend. 49 habet "Mors Fergusa mc Colmain sapientis."—Vide quæ de legibus dicta sunt ad ann. 742, 747, et 777.

(2) "*Her steorran foran sky descotiende.* [Hoc anno Stellæ in cælo frequentes deciderunt."] *Chron. Saxon.* ann. 744.

(3) "Victor" Cod. Clarend. 49.

(4) "*Apud Desert.*" Cod. Clarend 49. Sed mendose, vox enim Hibernica "*deiscird*" australem significat. Hæc et alia plurima, quæ in Codice prædicto prorsus mendosa sunt, amanuensem istius Codicis linguæ Hibernicæ prorsus ignarum demonstrant. Quædam etiam produnt interpolatorem.

rex *in tuascirt*, [Rex Septentrionis.] *Seachnusach* filius *Colgen* rex *Laigin* [Lageniæ] moritur. *Cu-Cumine* sapiens obit. *Ruman mac Colmain* Poeta optimus quievit. (1) Mors *Sarain* Abbatis *Bennchuir* [Benchorensis.] *Bel. Cair Ailce la Mumain*, [Prælium arcis Alchii gestum a Momoniensibus] in quo cecidit *Cairpre mac Condinaisc.* Mors *Dunlaingi* filii *Duncho* Regis *Ceniuil Arddgail.* [Ardgalliorum.] Mors *Tuatalain* Abbatis *Cinrigh monai.* Jugulatio *Aeda duib* [Aidi nigri] filii *Cathail.* Pausatio *Comain* Religiosi *·i· in droes*, [i.e. in Ross,] et quies *Firdacrich*, Abbatis *Dair innse* [quercuum insulæ.] Mors *Rudgaile di Luignibh* [Rudgalli de Lugnensibus.] " Quies *Jacobi o* " *Faranann* prædicatoris maximi tempore suo." (2)

An. Dcc xl viii. *Badudh Arascaich ab. Muiccinnse re guil.* [Dimersio Arascachi Abbatis Insulæ porcorum ab alienigenis.] (3) Quies *Cuaind caimb* Cuani curvi] sapientis. Nix insolite magnitudinis, ita ut pene pecora deleta sunt tocius Hibernie, et postea, insolita siccitate mundus exarsit. Mors *Indrechtaig* nepotis *Conaing* Regis *Cianachte.* Dormitatio *Dodinoc* ancoritea Abbatis *Cluano Irard* et *Kildaro, do chuain.* [mœrore.] Sapiens *Murin* [Mora] filia *Ceallaig Cualann*, Regina *Jargallaig* [Argalliæ] moritur. Occisio *Congaile mac Eicnig* regis *nanairtir irraith Esclai.* [Regis orientalium, apud Arcem Escla.] Lex *avin Suanaich for leith Cuinn.* [Lex O'Suanachi stabilita in dimidio septentrionale Hiberniæ.](4) *Flann foirbthe*

---

(1) " *Ruman* Poeta optimus"—IV Magistri ad ann. 742 æræ com. 748, inquiunt—*Ruman mac Colmain saoi in eccna, iccroinic, agus i filidecht deg.*" [Ruman filius Colmanni sapiens in Scientia discernendi, in Chronicis, et in Poesi obiit.]

(2) Hæc ex Codice Clarendoniano in Codicis Bodleiani textu reponenda censui, quamvis recentiore manu inserta,—sed inversis virgulis, ab ipso textu discriminavi.

(3) Hic *Dani*, vel *Norwegi*, nomine *Alienigenarum* subintelligi videntur. In his enim Annalibus semper Hibernice appellantur *gall*, *goll*, et *guill.* De prima vastatione Hiberniæ per Danos, et de Colgani aliorumque erroribus vide notam ad ann. 634 supra, et 794 infra.

(4) Hic, ut supra ad ann. 743, not. 3. Notandum duxi *Legcs* has vel fuisse civiles, ut leges Anglo-Saxonicæ quas edidit *Lambardus* Cantabrigiæ 1644, vel Regulæ Monasticæ Monachorum *S. Patricii*, *Albei*, *Ciarani*, et aliorum quorum nomina præferunt, de quibus magna inter Benedictinos, Canonicos Regulares, et Augustinianos Eremitas disceptatio orta est, singulis erudite satagentibus ad sui splendorem instituti Vetera Hiberniæ sidera aggregare. *Canonicorum* argumenta pluribus exponit *Gabriel Pennottus* in istius ordinis Historia edita Romæ 1624, *Benedictinorum Trithemius*, *Genebrardus*, *Antonius Yepes*, *Arnoldus Wion*, et præsertim *Clemens Reyner*, Anglus, in

mc Fogertaig. [Flan victoriosus filius *Fogertachi.*] et *Cuan* ancorita *Olilchach* moriuntur.

An. Dcc xl viii. Jugulatio *Catusaigh* filii *Aillello, irraith beithech* Regis *Cruithne.* [apud collem artefactum sanctum curatoris Hospitii Regis Pictorum Hiberniæ.] Mors *Bresail mc Coilggen* Abbatis *Fernann.* Combustio *Cluana ferta Brennainn.* Combustio *Cille moire Aedain* filii *Oengusa.* Bellum *Arddeciannachta* in quo cecidit *Ailill* filius *Duibdacrich, ri Ardda na Cinnfeladh. ocus Domhnall mac Cinadon ifrithguin.* [Rex Ardcianfeladh, et Donnaldus filius Kennethi in congressu inopinato.] *i* Rex qui vicit prius. *Mors Coirpri mc Murchado Mide, ocus Beccbaili mc Eachach, ocus Lib. ab. Maigibile mort.* [mors Carbrei filii Murchadi Midensis, et Beecbailii filii

---

opere De *Antiquitate Benedictinorum in Anglia.* Mitto recentiores, qui nihil aliud faciunt quam agere actum. *Augustiniana* argumenta nemo doctius in medium affert quam *Nicolaus Crusenius*, De *Monachismo S. Augustini* parte 2, c. 11.—At, pace virorum illustrium cujusque ordinis, illud pro axiomate in Rebus Hibernicis habendum est, Augustinianorum Eremitarum regulam ignotam fuisse in Hibernia, *sicut et ubique ni fallor*, ante sæculum xii, uti certissima calculatione demonstrat *Lucas Wading* Hibernus, in erudito *Apologetico* De prætenso Monachatu Augustiniano S. Francisci, Madriti 1625, et postea Lugduni 1641.—*Benedictinorum* antiquitatem *Bedæ* opera, et *Mabillonii* doctrina inconcusse demonstrant. At fateri etiam cogimur, longe antiquiores esse Monachos Hibernenses, nec majorem habere eorum *regulas* cum Benedictina, vel Augustiniana propinquitatem, quam cum orientalium Monachorum institutis, quibus, in cibi qualitate, et Psalmodiæ ordine propius accedunt, nec non et in ipso sermonis usu, in quo hinc inde miscentur verba *Paximacium, Cenodoxia, Synaxis, Archimandrita, Nonnus*, et alia, Ægypti Monachis usitata, antequam in ulla alia Occidentalis Europæ Regione usurparentur. Extat usque hodie S. Columbani *Regula*, et *Pœnitentiale*, sæpius in lucem editæ, a *Goldasto* in Paræneticis Veteribus, a *Messinghamo* in Florilegio, a *Johanne Tomco* in Columba Sacra, a *Stengelio* in Corona lucida, a *T. Sirino* in Collectaneis Sacris. Regula *Columbani*, descripta ab *Holstenio* ex Codice Reginæ Sueciæ, a cæteris omnibus occidentalibus diversa, plurium Episcoporum suffragiis in concilio *Matisconensi* confirmata fuit, anno 617, secundum Baronium, et *Binnium*, sed rectius anno 627, ut in *Jonæ* Monachi vita Eustasii, et in Tomo V Conciliorum Labbei p. 1686. Jam vero nullibi in suis operibus, vel S *Augustini*, vel *Benedicti* meminit, quamvis SS. *Basilii, Hieronymi, Gregorii, Comgalli Benchorensis*, et aliorum sæpius mentionem faciat, et interdum ad suæ doctrinæ confirmationem, eorum etiam verba producat.—Præterea, extat adhuc in Cottoniano, Auctoris vetusti libellus " De Officiorum Ecclesiasticorum origine" a *mille et amplius annis exaratus*, testante *Usserio*, Primord. p. 342, cujus hæc sunt verba " *B. Hieronymus* affirmat ipsum cursum qui dicitur præsente tempore *Scotorum*, B. Marcum decan- " tavisse." Postea de SS. *Germano* et *Lupo* subjungit "*B. Patricium* spiritaliter litteras sacras docu- " erunt, et ipsum Episcopum, per eorum prædicationem Archiepiscopum, in Scottiis, ac Britaniis " posuerunt. *Patricius* ipsum cursum ibidem decantavit, et post ipsum *B. Wandilocus* Senex, et " B. *Comogillus*, [i. e. *Comghal Benchorensis*] qui habuerunt in eorum Monasterio Monachos circiter

Eachachii, et Liberius Abbas Maghbilensis mortuus est.] et ventus magnus. Dimersio familie *Jae.* Mors *Conaill* Abbatis *Tuam greine.* [Monasterii collis Solis.] Naves in aere vise sunt, cum suis viris, *os cin Cluana mac cunois.* [supra Monasterium Cluanæ mac nois.] (1)

An. Dcc xl ix. Combustio *Fobari,* et combustio *Domhnaig Patraig.* [Downpatric.] Mors *Somhartich* Episcopi *Fobair.* Quies *Congusso* Episcopi *Ardmace.* Bel. *Cato* hic, [Prælium Cato] inter Pictores [Pictos] et Brittones, in quo cecidit *Talorgan* filius *Fergussa* frater *Oengusa.* Mors *Cathail Mainmaigi* Regis nepotum *Maine. Avinis* deseritur. Mors *Avi Cuire Cille-daro* Kildarensis.] Mors *Comarpaig* filii *Cellain,* Abbatis *Cillemoire-einir.* Mors *Condinaisc* nepotis *Fergusso dia uib Fiachrach.* [Fergusii de Hy Fiachrachiis.] Jugulatio *Fiachrach* filii *Aileni* regis *Moghdairne,* et *Breasail* filii *Aedo Roin,* et *Aitbe flato Oengusa.* [Atbii ducis Oengusii.] Mors *Duibdaleithi* Abbatis *Cille-scire. Mac Nemhnaill* Abbas *Biror* [Birrensis] moritur. Mors *Concomtaig* filii *Moinig.*

An. Dcc l. Mors *Flainn* nepotis *Congaile* Regis nepotum *Failgi.* Mors *Fergusa* filii *Fogertaig* regis *deiscird Breg.* [australis Bregiæ.] Combustio *Lethiarle Cluana iraird in ballenio.* [dimidii collectionis messis Monasterii

---

" tria millia. Inde B. *Wandilocus* in prædicationis ministerium a *B. Comogillo* missus est, et " *B. Columbanus* partibus Galliarum destinatus est Luxovium Monasterium, et ibidem ipsum cur- " sum decantaverunt." *Beda* testatur S. Columbæ Monasteria in Hibernia et in Britannia, quæ omnia a " *primo Patre Comgallo Benchorense*" originem habuere, unius instituti Regulis subdita fuisse, ex cujus collegio primi Lindisfarnenses Episcopi, Abbates, et Monachi prodierunt. *Bed.* l. 3, c. 4, 5, 26, et *Dissert. Prælim.* de Orig. Literar. inter Nordanhymbros.

Jam vero *Gul. Malmesburiensis* inquit *Wilfridum, Primum* Saxonum qui Lindisfarnensem rexit Ecclesiam, expulsis inde Hibernis, " *primum ibi S. Benedicti Regulam a Monachis observari jussisse.*" Vid. *Malmesb.* de Gestis Pontif. Anglor. l. 3, et Confer *Dissert. Prælim.* De Origine literarum inter Nordanhymbros.—Hæc satis superque demonstrant quam inanis sit *Augustinianorum Eremitarum,* et *Benedictinorum* sententia, quamque a propriis monumentis aliena. De Canonicorum Regularium non minori errore vide notas ad annos 756, et 777, unde Hiberniæ Monachos his omnibus antiquiores esse patebit.

(1) IV *Magistri* ad ann. 743, æræ com. 749.—" *Atces go forreil loingius isin aer con abfoirnib isin mbliadhainsi*" [visæ sunt manifeste naves in aere cum suis nautis hoc anno.]

Non solum ab antiquis, sed etiam a melioris notæ recentioribus hæ apparitiones ita recensentur, ut de earum veritate nullum possit dubium exoriri. " Accrebbe il terrore degli imperiti una prodi- " giosa apparenza che, nella fine della pioggia, apparve in mezzo al cielo, percioche furono veduti " due grossissimi eserciti, tinti di colori rossi e sanguigni, tra grandissimo strepito di tuoni, azzuffarsi " visibilmente nell' aria." *Davila* Guerre Civili t. 2, p. 116, Lond. 1755.

Cluanardensis in....] (1) Mors *Echdach Cille tomea.* [Echdachi Monasterii Kiltoomensis.] Mors *Celi-dulaissi o Daimhinnis* [Celidulasii de Monasterio Damhinis.] Mors *Colman nambretan mc Faelain* [Colmanni Britannorum filii Faelanii] Abbatis *Slaine. Bran* filius *Beathetri* moritur. Mors *Nuadhat* filii *Duibsliebe* Abbatis *Cluana avis.* Mors *Fursui* Abbatis *Lecnea Mide.* Mors *Maeleumorchair* Episcop. *Ecdhroma.*

An. Dcc l i. Mors *Cilleine droctig* [sapientis] Ancorite *Jae.* [Hyonæ.] *Cathal* filius *Forindain* Abbas *Cilledaro, Cummene* nepos *Becce* religiosus moriuntur. Mors *Dicholla* filii *Menidi* Abbatis *Innse* [insulæ] *Muredaig.* Mors *Congusso* ceci Scribe et Abbatis *Leithmore Mocomocc.* Mors *Fiachna* nepotis *Maicniadh* Abbatis *Cluanaferta Brendain.* Mors *Flathbertaig* filii *Conaill minn* [Conalli parvi] Regis generationis *Coirpri. Innrechtach* filius *Muredaig minn* [Muredagii parvi] moritur. Mors *Foidmin* filii *Fallaig* Regis *Conaille Muirtheimhne* [Conalliæ Maritimæ.] Mors *Cilleni* filii *Congaile* in *hi.* [in Hyona.] Mors *Conaing* nepotis *Duibduin* Regis *Coirpri Tetbea.* [Carbriæ Teffiæ.] Mors *Maeletuile* Abbatis *Tiridaglas.* Mors *Osbrain* Ancorite et Episcopi *Cluana Creamha.* Mors *Rechtabrait* nepotis *Guaire,* Abbatis *Tome greine.* [Monasterii Collis Solis.] Mors *Dedirni* nepotis *Ligain,* sapientis *Cluana Foirddbe. Brecrighe do Ciniuil Coirpri itelaig findin foirddbe caill righe luirg lau briuin* [Falsus rex, i. e. Usurpator, Clientelæ Carbrei in collibus Findiniæ, vastavit Calrigiam, regionem Lurgiæ, simul cum O'Brianis.]

An. Dcc l ii. Sol tenebrosus. (2) Dormitatio *Maccoiged* Abbatis *Lismoire.* Quies *Luchraidh* Abbatis *Clona mac Cunois.* Lex *Columbe Cille la Domhnall Mide.* [stabilita a Donnaldo Midense.] Mors *Cellain* Abbatis *Cluanferta Brendain.* Mors *Scanlain Duinletglaiss.* [Dunensis.] *Echaid* nepos *Moinag* rex nepotum *Maccu Uais* [filiorum Uais] moritur. Mors *Mobae.*

---

(1) " Combustio *lethairle Cluana hiraird* in *Vellenio.*" *Tigernach* Cod. Clarend. 49, fol. 15, col. 2, lin. 25. Quid sibi velit *in vellenio* ut in Tigernacho, vel in *Ballenio,* ut in Ultoniensibus, doctioribus derelinquo. IV *Magistri* habent " *losccadh leth airle Cluana hioraird.*" [Incendium dimidii messis Monasterii Cloonardensis.]

(2) Eclipsis hæc demonstrat, sicut et aliæ supra memoratæ, hos Annales æram communem uno anno antevertere.—Solis enim deliquium de quo hic agitur, incidit in ann. 753, die IX Jan. hora XI ante meridiem, occidentali Europæ centrale. *Art de V. les dates,* t. 1, p. 66.

Mors *Ferblai* filii *n Argussa* sapientis. Interfectio nepotum *Ailello lag, ri Craighi.* [Aillelli debilis, Regis Craighiæ.] Mors *Scanlaigi Cluana Biarenn.* Mors *Fursi eisso mc neirc* [Episcopi filiorum Erc.] *Mil mor dorala do cum tire im biarciu in naimsir Fiachnai mc Aedo roin r. ul. 7 trifiacla oir in a cinn, 7 l. unga in gach fiacail dib corung fiacail dib for altoir Benncuir.* [Balæna contigit impingere in littus regionis Biarciu tempore Fiachnii filii Aidi Roin Regis Ultoniæ, et tres dentes aureos in capite habuit, et 50 uncias in unoquoque dente, et oblatus est unus dens eorum supra altare Benchorense.]

An. Dcc l iii. Mors *Flainn* filii *Concobair* regis *Maigi aii.* [campi Ai.] *Loingsec* filius *Flaibhbertaig* rex generis *Conaill* moritur. *Sleibne* Abbas *Jae* [Hyonæ] in Hiberniam uenit. Quies *Cerpain Doimliag.* [Cerpani Monasterii Damliagensis.] Jugulatio *Cinnfaelad* nepotis *Cuileni. Foirtbe Fothairt feae do Osraigiu.* [Devastatio Fothartii regionis, facta ab Ossoriensibus] Bellum *Ardnoiscan* inter nepotes *Briuin* et Genus *Coirbre,* in quo multi *Ardnoiscan* ceciderunt. Mors *Abeil atho omnea.* [Abelis Monasterii vadi terrifici.] Bellum inter nepotes *Tuirtri* invicem.

An. Dcc l iv. Mors *Flaithmadh* filii *Tnuithaigh* regis nepotum *Meith.*— Combustio *Cluana mc nois* xii. Kal. April. Mors *Fiachrach Martartaighi* [Fiachrachi domus Martyrum.] *Felemaire m. Congaill. Cathal mac Diarmato* sapiens, et *Doelgus* Abbas *Cille Scire* mortui sunt. *Innrechtac* filius *Dlutaig* rex nepotum *Maine, Flaitria* filius *Flainn* nepotis [nepos Cod. Clar. 49] *Congaile,* rex nepotum *Foilghi,* et *Fiangalach* filius *Anmchada* filii *Maelecuraicc* Abbas *Insi bofinne for loch ri* [Insulæ bovis albi in lacu Ri,] *Mac Roncon di ceniuil Coirpri* [Mac Roncon de Carbreorum Clientela] et *Sneitenest* Abbas *Noindroma* [Antrimensis] mortui sunt.

An. Dcc l v. Combustio *Benncair moer* [Benchorii magni] in feria Patricii. *Fergus* filius *Fothgaideirg* filii *Muredaig,* rex *Connacht, Ailgal* Ancorita *Cluana Cormaic, Forindan* Episcopus *Metuis tuirinn, Baethalach* filius *Colmainn* nepotis *Suibne* mortui sunt. *Slog. Laigin la Domhnaill fri niall corabadhar imaigh muirtheimne.* [Exercitus Lageniæ ductus a Donnaldo contra o'Neillos, donec pervenerunt ad planitiem Muirthemne.] Naufragium *Delbnea ·i·* xxx *etar p. ter un.* [i. e. 30 naves preter unum] in stagno *Ri.* erga ducem *·i· Diumasach.* Bellum *Gronnea magnea,* in quo genus *Coirpri* protrati sunt.

An. Dcc l vi. Quies *Findmuine* Ancorite *Ratin*, ·i· nepotis *Suanaic*. *Edalbald* rex Saxonum moritur. (1) Combustio *Cille moire dithraibh, o auib Cremtainn*. [Ecclesiæ Kilmorensis Eremi, per clientelam Crimthani.] Mors *Fincon* Abbatis *Lismoir*. Bellum *Cinnfebrait* inter Momonienses invicem in quo cecidit *Bodbgal* Princeps *Muingiart*. [Mountgarret.] *Dormitatio* [i. e. mors] *Siadhail linde Duachail*. [Sidalii Abbatis Linducalensis.] *Fergus mac Congaile, Tomaltach ri Ciannachte glinne Gaimhin*, [Tomaltach Rex Regionis Ciannachtæ vallis Gavin,] *Cuidgal* ancorita, et *Aildobur* Abbas *Muiccirt* mortui sunt. Jugulatio *Duinn* filii *Cummuscaigh ri. h. mbriuin in deiscirt*. [regis Briuiniorum australium.] Lex *Columba cill la Sleibene* [Lex S. Columbæ stabilita a Slebnio.] (2)

An. Dcc l vii. *Niallgus* filius *Boit* rex *nandeisse mbreg*, [australis Bregiæ,] *Muredac mc Corbmac, Slana* Abbas *Linginn, Cathal* rex nepotum

---

(1) Annales *Anglo Saxonici* obitum Æthelbaldi, Merciorum Regis in *Seccandune*, ejusque sepulturam in *Hreopandune*, referunt ad ann. 755.—"*And thy ilcan geare man of-sloh Æthelbald Myrcna cyning on Seccandune et his lic lid on Hreopandune.*" *Chron. Saxon.* edit. *Gibson* p. 59.

(2) "*Lex S. Columbæ*"—In nota ad ann. 747 pluribus indicavi veteres Hiberniæ Monachos non inter *Benedictinos*, nec inter *Eremitas S. Augustini* numerandos. At utrum *Canonici Regulares S. Augustini* fuerint, res est non parvæ difficultatis vel negare vel affirmare.—*S. Patricium* fuisse Lateranensis instituti, expressis verbis asserit *Sirinus*, in Collectaneis Sacris p. 401, sed nulla vetustiore auctoritate fretus quam "*Officio Canonicorum Lateranensium*" a Pio V approbato.

Huic Conjecturæ Chronologica veritas plane contradicit. Nullus enim eorum, quos S. Patricius Magistros coluisse dicitur, potuit dici Augustinianus, cum ante constructum *Hippone* Monasterium, S. Martinus ordinatus fuerit Episcopus Turonensis anno 371, uti patet ex *Sulpicio Severo*, et ex Chronologia Vitæ S. Martini, *Mem. de Trevoux* anp. 1765.—Deinde Monastica instituta nota fuisse in Hibernia etiam ante S. Patricii adventum, nullus est dubitandi locus, cum *Cælestius*, Pelagianorum antesignanus, fuerit, testante S. Hieronymo, Monachus Hibernensis. "Habet enim progeniem *Scoticæ* gentis, de *Britannorum vicinia*." Procem. in l. 3 in Hierem.—Hibernensem fuisse etiam Scoti recentiores fatentur—"Christianity had made some progress in "Ireland before the mission of Palladius and Patrick. Nothing can evince this more clearly than "the heresy of Pelagius, which, as *Usher* shews from collation of the best authorities, broke out in "403. Though Pelagius was a Briton, yet his Apostle Celestius, condemned in the Synod of Car"thage 412, was a *Scotus* or Irishman. Hence S. Jerom who lived at this time calls the heresy of "Pelagius *pultis Scotorum* 'Scotish potage,' and rails at it as peculiarly Scotish, *that is Irish*.— "The reader has seen above that the name *Scoti* belonged to *the Irish alone*, till the eleventh cen"tury. That Celestius was an Irishman follows of course, and he became so illustrious a propa"gator of this heresy, that as Augustin informs, his followers were in his time, called *Celestians*, "not Pelagians." Pinkerton Scotl. vol. 2, p. 260-1.——Jam vero Celestius, *prima juventa* Monasterio dedit; utque erat, testante Augustino, *homo acerrimi ingenii*, [vide l. 2 contra duas Epistolas

Censelaig, Domhnall mac Flainn deirgge, [filius Flanni Rufi,] *Elpin Glaisne noide, Aed mac Corbmac lethri Cianacht,* [rex dimidii Cianachtæ,] *Fidhbadach Cille deilge* mortui sunt. *Celepetar* filius *Bresail* Abbas *Ardmacae,* et *Martha* filia *Maicc Dubain,* dominatrix [i. e. Abbatissa] *Cilledaro* obiit. Bellum *Dromarobaig* inter nepotes *Fiachrach,* et nepotes *Brisin* in quo ceciderunt *Tadgg mc Muirdibuirr* et nepotes tres *Ceallaich, i. Catrannach, Cathmug,* et *Artbran. Ailill* nepos *Dunchada* victor fuit.

An. Dcc I viii. *Slongac mac Donngaile* de genere *Coirpri, Eachaid* filius *Conaill min,* [parvi,] Abbas *Foibrain, Forduban Liphechaire, Domhnall* filius *Aeda* Lagenie, *Seadal* filius *Luaith* doctor, *Eachad mac Fiachrach* sapiens mortui sunt; Bellum *Emnea machae,* [Eamaniæ] ubi *Dungal* nepos *Conaig,* et *Donnboo* interfecti sunt. *Fiachna* filius *Aedo roin* victor fuit. Jugulatio *Rechtabrat* filii *Duncon* regis *Mughdhorne. Dubdrumnan* Abbas *Tuilisin*

Pelag. c. 3, "eruditos satis libros, *adhuc adolescens,* scripsit *de Monasterio ad Parentes,* epistolas in modum libellorum tres." Vide *Gennadium* in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, edito ante ann. 494, uti delucide probat *Norris* in Histor. Pelag. p. 464.—Præterea, *Prosper,* in Chronico edito ex Codice MS. Augustano a *Canisio,* Antiq. Lect. t. 1, inquit—"Ad Scotos in Christum *credentes,* ordinatur a Papa Cælestino Palladius, et primus Episcopus mittitur." Atqui Prosper fuit Papæ Cælestini a secretis, et quos *Scotos* intelligit, ipse satis explicat in libro contra Cassianum edito anno 433, ut patet ex Norrisio ibid. p. 377, edit. Veronæ 1729, ubi inquit "A morbo [Pelagiano] "*Britannias* liberavit, [Celestinus,] quando quosdam inimicos gratiæ, solum suæ originis occupantes, "etiam ab illo secreto exclusit Oceani, et ordinato *Scotis* Episcopo, dum *Romanam* insulam [Britan-"niam] studet servare Catholicam, fecit etiam *Barbaram* [Hiberniam] Christianam."

Hæc ultra confirmantur a Chronico *Prosperi* integriore edito in t. 1 Rer. Francicar. edit. *Andr. du Chesne* p. 205. Item a vetusto Cantabrigiense Codice *Chronologiæ Saxonicæ* edito ad Calcem Bedæ versionis *Aluredi* Regis, per *Wheeloc,* Cantabr. 1643, p. 506. "*Her Palladius se isceop waes onsended* "*to Scottum daet he hiora gelcafen trymede from Celestino Papan.*" [Hic Palladius Eps ad Scotos missus fuit, ut *horum fidem confirmaret,* a Papa Cælestino.]—Manet itaque inconcussum Monastica Hiberniæ instituta ab altioribus repetenda esse principiis quam a SS. *Benedicto,* vel *Augustino,* quod etiam subodoravit doctissimus *Stephanus,* in additamentis ad *Dugdalii* Monasticon t. 1, Lond. 1722, p. 215-17. Bangor, in Wales, is not at all mentioned in the Monasticon, *because belonging* "*to none of the orders there treated of.* It is confounded by *Pits, Cressy,* and *Hanmer* with Bangor "in Ireland. *Cnobersburg* Monastery in Suffolk was of the *same ancient Irish orders, as that of* "*Bangor in Wales,* which are long since extinct, nor is it named in the Monasticon for the "same reason, having perished so many ages before the others, and it were to be wished that we "had farther information concerning it." Confer quæ dicta sunt in notis ad ann. 519, 601, et 631, de Monasteriis *Cluanardense,* et *Benchorense,* cæterorum Matricibus, et in nota de *Fursco* ad ann. 660, item cum dictis ad ann. 742, et cum dicendis ad ann. 766, et 777.

mortuus est. Estas pluvialis. *Benn Muilt* [mons Mult] effudit amnem cum piscibus. Jugulatio *Ferdamail* filii *Cinnfaelad.*

An. Dcc I ix. Nix magna IV Non. Feb. *Imaireac foling* [Conflictus cruentus] in quo cecidit *Dunchad* filius *Cathaill,* et *Cethernach* filius *Dothaidh.* Mors *Tiarcelltaig* sapientis. Occisio *Congalaig mac Conaill* Regis *dia thib* [a latere ejus.] Mors *Muredaig* nepotis *Brainn* regis *Lagen.* Fames, et *mess mar* [messis abundans.] Mors *Concobair* nepotis *Taidgg tennin* [Thadei fortis.] *Conait* Abbas *Lismoer,* et *Gaindibail* Abbas *Airne endai* [Insulæ Araniæ S. Ennæ] mortui sunt. Bellum *etar muintir Clono et Biroir immoin coisse blae. Condan Cluana Cuiftin mor.* [Prælium inter Clonenses et Birrenses apud paludem Coissble. Condan Cluanæ Cuftiniæ moritur.]

An. Dcc Ix. Mors *Finsnechti* filii *Fogertaig* nepotis *Cerhaig.* Bellum *Atho Dumai* [vadi Dumæ] inter Ultonienses, et nepotes *Echach,* in quo cecidit *Ailill mac Feitelmito* [Felim.] Bellum *Belluit gabhrainn* in quo cecidit *Donngal mac Laitgnaen* rex nepotum *Ceinnsellach,* et alii reges. Mors *Oengusa* filii *Fergusa* Regis Pictorum. (1)

An. Dcc Ix i. Nix magna, et luna tenebrosa. (2) Occisio *Eictighern* Episcopi a sacerdote, in *dertaig Cillcdaro.* [in hospitio pauperum Kildariæ.] Quies *Cormaic* Abbatis *Cluana mac cu nois.* Nox lucida in autumno. Bellum *Caille Taidbig* [Sylvæ Tadbig,] ubi *Luigni* [Lugnienses] prostrati sunt. *Cenel Coirpre* [Clientela Carbria] victoriam accepit. *Ferfio mac Faibri* sapiens Abbas *comraire Mide* [Prædicator Midiæ] obiit. Bellum montis *Truim. Robartach* filius *Cuanach* princeps *Otnea* moritur.

An. Dcc Ix ii. Mors *Domhnaill* filii *Murchadha* regis Temorie xii. Kal. Dec. (3) Mors *Becclaitne* Abbatis *Cluana Iraird* [Cloonard,] et *Faelcu Finnglaissi,* et *Fidairle oa Suanaic* Abbas *Rathi,* mortui sunt. Mors *Rechtaidi*

---

(1) De Pictorum Regibus vide not. ad ann. 735. Obitum *Oengusii* referunt ad hunc ann. *Hoveden,* et auctor vetustus appendicis ad Bedæ Epitomen. edit. Cantabr. p. 224.

(2) Eclipsis hæc confirmat quæ pluries dixi, hos Annales æram com. uno anno antevertere.— Luna bis defecit anno æræ com. 762. *Art de V. les dates,* t. 1, p. 66.

(3) " Mors *Domhnaill mc Murcha, mc Diarmada guihvinn* [vocis dulcis-sonæ,] *mc Oirmeac caoice* [ceci,] *mc Conaill, mc Suibne, mc Colmain moire, mc Diarmaid, mc Ferguso Cerrveoil.* Codex Clarend. 49. Confer IV *Magistros* ad ann. 758, æræ com. 763.

Abbatis *Fernan* [Fernensis.] Mors *Anfadhain* Abbatis *Linnduachail.* Sol tenebrosus in hora tertia diei. (1) Mors *Flainn garad* regis generationis *mc Erce du ceta lothri.* [occisi a Lothriensibus.] Strages *Cuilnige moire* [magni] ubi *Conachtenses* prostrati sunt. Bellum *hitter* [inter] *h. Fidgenti* et *Corcomrudh*, et *Corcobaiscine, Bruide* rex *Fortren* [Rex Pictorum Albaniæ] moritur. *Niallfrosack* regnare incipit.

An. Dcc lx iii. Nix magna tribus fere mensibus. Quies *Ronain* Abbatis *Cluana mac nois.* Mors *Cormaic* filii *Ailello* Abbatis *Mainistrech Buitti.* [Monasterii Butensis.] *Ascalt mor* [mortalitas armentorum magna] et fames. Mors *Dubdeilge* sapientis. Bellum *Arggamain* inter familiam *Cluana mac nois* et *Dermaigi* [Durrow.] ubi cecidit *Diarmaid dub* [niger] *mc Domhnaill*, et *Diglac mc Duibliss*, et CC viri de familia *Dermaigi, Bresal mac Murcha* victor fuit, cum familia *Cluana mac nois.* Siccitas magna ultra modum. *Ailill mac Tuatha a avaduncha da* [o'Donchada] rex *Connacht* moritur. *Scanlan Feoinn* filius *Aedgaile* moritur. *Ruith fola* [fluxus sanguinis] in tota Hibernia. Jugulatio *Breasail mac Murcha.* Bellum *Duin Bile re Doncha for firu Telach* [Arcis arboris Monumentarii antiqui, a *Donchado* contra viros Telach.] Mors *Fiachrach* filii *Fotaid* Abbatis *Baslice, Murchad mac Murrechtaig.....Tri frossa do fertain iccrich Muredaic in innis Eughain ·i· fross do argut ghil, ocus fross do cruitniucht, 7 fross do mil.* [Tres pluviæ miraculosæ in regione Muredaig in Innisoen, pluvia argenti albi, et pluvia tritici, et pluvia mellis.]

An. Dcc lx iv. In nocte signum horribile, et mirabile in stellis visum est. Mors *Flaithbertaig* filii *Loingsic* regis Temorie in clericatu. Quies *Talai Ardbreccain.* Jugulatio *Suibne* filii *Murcha* cum duobus filiis suis. Bellum *Cairn Fiachrach* inter duos filios *Domhnaill ·i· Donnchad* et *Murchadh, Falloman la Donch, Ailgal la Murch.* [Falloman cum Donchado, Algal cum Murchado pugnavit.] In bello cecidit *Murcha, Ailgal* in fugam versus est. *Folachtac* Abbas *Birorum* moritur. *Loarn* Abbas *Cluan Irard* [Cloonard] quievit. *Cell-bil Cluana bronaig.* Defectus panis.

An. Dcc lx v. Dormitatio *Craumthain* Abbatis *Cluana ferta.* Jugulatio *Follamain* filii *Concongalt* regis *Midie* dolose. Bellum *Sruthre etir h. Briuin*

---

1) Sol defecit anno æræ com. 763, die 16 Junii, " a 3 matin, Europe au N. E." *Art de V. les dates*, t. 1, p. 66. ac proinde hi Annales æram communem ut dixi uno anno præcedunt.

ocus *Conmacne* [inter Hy Brunios et Conmacneos] ubi plurimi ceciderunt *di Conmacnibh* [Conmacnensium] et *Aed dubh* [Aed niger] filius *Toichlich* cecidit. *Dubinrecht* filius *Cathaill* victor fuit. Bellum *ittir Midi* 7 *Bregiu*, [inter Midenses et Bregios] ubi cecidit *Maelumhai* filius *Tothaill*, et *Donngal* filius *Doreit*.—Mors *Cernaich* filii *Cathaill*, et *Cernaig* filii *Flainn*. *Suibne* Abbas *Jae* [Hyonæ] in Hiberniam venit.

An. Dcc lx vi. *Conbrann* Abbas *Cilleachaidh* moritur. Jugulatio *Murchadha* filii *Flathbertaigh Rig*. *Ceniuill Conaill*. [Regis Tirconnalliæ.] *Fidbadach* Abbas *Bennchair* quievit. *Dubdainber* filius *Cormaic* Abbas Monasterii *Buiti*...Quies *Sleibeni Jae*. *Mac indsaer* [Filius artificis] Abbas *Enaichduibh*, *Glaindibur* Abbas *Latraigh Briuin* pausant. *Cellach* filius *Coirpri* filii *Fogertaigh* a latrone jugulatus est. *Flathgus* filius *Fiachrach* filii *Cathaill* jugulatus dolose. Lex Patricii. (1)

An. Dcc lx vii. *Dubinnrecht* filius *Cathaill* rex *Connacht* moritur *i* a fluxu sanguinis. *Gormgal* filius *Ailello* moritur. *Aidain* Abbas *Lismoir* *Hueaminanaig* Abbas *sruiti* [sapiens] *Cluana mac cunois*, *Ferdacrich* filius *Suibne* Abbas *Ardmachae* quievit. *Eitne ingin* [Ethnea filia] *Breasail breg*, Regina Regum *Temorie*, Regnum celeste adipisci meruit post penitentiam. *Eoidbenac* Abbas *Cille tome* [Kiltoom] pausat. *Bel. i fortrinn ittir Aedh ocus Cinaedh*. [Prælium in Pictorum regione inter Aed et Kinaeth.]

---

(1) In notis ad annos 742, et 746 abunde declaratum est Regulas Monasticas veterum Hibernorum antiquiores fuisse quam SS. Benedicti, vel Augustini, ex quibus clare constat quam late a veritate historica abberraverit auctor operis "*Bibliotheque Historique et Critique des Auteurs de la Congregation de S. Maur*—a la Haye 1726,—cujus hæc sunt verba "Dom *Filipe Bastide* publia en "1672, une Dissertation in 4to—"*De ordinis Benedictini Gallicana propagatione*"—que fut telle-"ment du gout du *P. Mabillon*, qu' il l' insera toute entiere a la fin de la 2 partie du 3 siecle Bene-"dictin.—Apres cela, il publia de nouveaus eclaircissemens dans une 2 Dissertation, imprimee en "1683, a Ausserre, aussi en 4, sous le meme titre. Il y fait voir que la regle que fit observer en "France *S. Columban*, est *la meme que celle de S. Benoit*, ce qu il prouve en raportant ce que con-"tient de plus considerable la Regle de *S. Benoit*, dont celle de *S. Colomban ne dit pas un sol mot*, "parceque les moines de ce temps la observant la regle de S. Benoit, dont celle de S. Colomban "n'est que *l'explication, et le comentaire*, il etoit inutile de leur parler de ce qui est si bien enoncé "dans cette Regle—que le *silence de Jonas* ne lui est nullement contraire. Il preuve par cette auteur "&c. que *S. Colomban* doit etre compté an nombre de ceux qui ont *professe la regle de S. Benoit*, "que par la *Regle SS. Peres*, on a toujours entendu les Regles de *S. Benoit*, et de *S. Colomban*, "et que ce terme etoit en usage dans ce sens a *Fontenelles*, a *Hautvilliers*, et chez les *Religieuses* "*de notre Dam de Soissons*." p. 9, 10.—Hæc respuenda sunt, excepta doctissimi viri concessione

An. Dcc lx viii. *Coscrad it. Osraigi* [Prælium sanguinosum inter Ossorienses] invicem, ubi filii *Ceallaig*, filii *Faelchair* in fugam versi sunt. *Toinn Suama* victor evasit. Bellum *Fernan* in quo cecidit *Dubcalggad* filius *Laiggnen*, *Cennselaig* victores fuerunt. Quies *Murgaile* filii *Muraedho* Abbatis *Rechrainne*. *Encorach huea Doadain* [Encorach familiæ Dodaniorum] Abbas *Glinnedalocho* moritur. *Longus Coirpri mc Foghertaigh ren Donncha*. [Classis Carbrei filii Fogartagi ducta a Donchado.] Terremotus, fames, et morbus lepre multos invasit. Habundancia *diarmesa* [supra æstimationem] glandium. *Comina Enaighh dathe*, *Concubur mac Cumascaich* Rex *Aithne* mortui sunt.

An. Dcc lx ix. *Nargal mac Natrluaig* moritur a fluxu sanguinis. *Toinsnamha mac Flainn* rex *Osraigi* [Ossoriæ] jugulatur. *Artgal* Abbas *Clochair mac Domein* moritur. Bellum inter *Lagenienses* invicem *for ath Orc*, [supra vadum Orc,] ubi *Ceallach mac Duncha* victor fuit, et cecidit *Cinaed* filius *Flainn* frater *Conceallach*, et *Cathnio mac Beicce* et ceteri multi.—*Fiachrai Granairt*, [Fiachreus Granardensis,] *Ferrgil Çille moir enir*, [Fergal Abbas Kilmorenirensis,] *Fergus* Episcopus filius *Cathail* mortui sunt. *Fo-*

" *Columbanum nunquam S. Benedicti meminisse.*" *Mabillonius* nullibi inquit eandem fuisse *Columbani* Regulam et *Benedicti*. Imo vero inter causas tam latæ propagationis Benedictinorum, unam fuisse asserit—" Conjunctionem *duarum* Regularum, SS. Columbani et Benedicti, in iisdem Monasteriis. " Si quid tamen obsistere potuit, non aliud fuit quam *S. Columbani* institutum, in quo *nonnulla* erant " a cæterorum Monasteriorum *ritibus abhorrentia.*" Vid. *Annal. Benedictin.* t. 1, Præf. p. 8, 9, 10, et l. xi, n. 48, p. 328. Confer quæ de Veterum Hibernorum institutis dicta sunt in notis ad annos 742, 747, 777. Post Synodum *Matisconensem* habitam anno 625, [Vide notam ad ann. 747,] *Donatus* Hibernensis, S. Columbani alumnus,—ex Monacho Luxoviense *Vesontionensis* Præsul effectus, *S. Cæsarii* Regulam, quæ Virginum erat, et duas regulas SS. *Columbani* et *Benedicti* contexuit, atque ex istis tribus unam conflavit.—Postea, *Waldebertus*, ejusdem Columbani discipulus, et successor post *Eustasium*, " quæ *imperfecta erant in S. Columbani regula supplevit ex præscripto Regulæ S. Benedicti*," testante *Adso* Abbate in libello de Vita *Waldeberti*. Unde factum est ut deinceps in Monasteriis *Solemniacense*, *Gemeticense*, *Resbacense*, *Floriacense*, *Corbeiense*, quæ vivente *Waldaberto* a S. Columbani discipulis constructa fuere, utraque Regula præscriberetur. Idemque factum est in antiquioribus Hibernorum Monasteriis *Luxoviense*, *Bobiense*, S. *Gallense*, cæterisque Hibernensibus in Gallia et Italia, nec non in cænobiis Virginum, quæ a S. Columbani discipulis post *Waldeberti* obitum instituta sunt, uti constat ex *Mabillonio* ibidem. Postea vero, ubique prevalentibus, Pontificum auctoritate, Benedictinis, Regula ista solius S. Benedicti nomen, etiam in S. Columbani Monasteriis ab ineunte Sæculo nono retinuit. De vera Monachorum Hiberniæ origine vide notam ad annum 777.

Iuchtach tigitucá [domus Tuea] Abbas *Clona mc Cunois* moritur. Bellum inter nepotes *Cennsellach* ubi ceciderunt *Cennsellach mc Brain*, et *Eterscel mac Aeda*, Filius *Colggen* victor fuit. Congressio *ettir* [inter] *Donnchad mc Domhnaill*, et *Cellach mc n Donnchaid*, et exiit *Donnchad* cum exercitu nepotum *Neill cu Laigniu* [ad Lageniam,] et effugerunt eum *Laigin*, et exierunt *isciaighnechti* [ex Ciaighnechta,] et manserunt *hui Neill* [o'Neilli] vii diebus *iraith Alinne*, [apud Arcem *Alnc*] et accenderunt igne omnes terminos *Laigin*. [Lageniæ.] *Coscradh Buillg-Boinne forfiru deiscirt bregh*, [Prælium cruentum Bulg Boin contra viros Australis Bregiæ] ubi ceciderunt *Flaitbertach mc Flainn* filius *Rogellingh*, et *Uarcridhe mac Baith*, et *Sneidgus mac Ainfitrig*, et *Cernach mac Flainn Foirbte. Coscradh Atha cliath ria Cianachta for huiteig. ar mor di Laignib, robadhadh sochraide di Cianacht illan mhora octinntudh. Gormman in. Flainn mc Aedo mor.* [Prælium cruentum Vadi Cratum, i. e. Dublinii, gestum a Cianachtensibus contra posteros Teig. Clades magna Lageniensium. Submersa est multitudo Cianachtensium in æstu marino cum reverteretur. Gormana filia Flanni, filii Aedi moritur.] *Crunnmael* Eps. Ab. *Cillemore einir* quievit. Mors *Connmaic mc Brendain* Ab. *Cluana dochre. Maelduin mc Duibinrechi* jugulatus est. Mors *Hui Becce* Ab. *Fobair.*

An. Dcc lxv. Mors *Flainn Hui Dochruca* Ab. *Innsi* [Monasterii insulæ] *Caindegha. Aedgen Fobair* obiit. *Becc mac Conlai ri Tetbea* [rex Teffiæ] moritur. *Coirpri mac Fogertaigh* rex *Breg* moritur. *Forbasach* nepos *Cernaich* Ab. *Cluana mc Cunois, Oengus mac Fogertaigh ri Ceniuil Laegaire* [rex posterorum Laegarii] subita morte periit. *Cathal mac Conaill minn ri Coirpri* [Cathal filius Conalli gracilis Rex Carbriæ] moritur. *Dungal mac Taitlie* dux *Luigne* moritur. *Coblaic ingin* [Coblac filia] *Cathail* dominatrix *Cluana Cuibtinn* obiit. *Allcelleach Telca-olann*, et *Aiclech Hueacinn Fiaech* [Allcellach de Telcaolann, et Aiclech de clientela *Fiach*] obierunt. *Slog isin Focla la Donch.* [Exercitus in regionem Focla ductus a Dunchado.]

An. Dcc lxv i. Mors *Airledo Cluano Iraird.* Jugulatio *Concobair hi Maeleduin. Slogh. Donncha co cnocc mbane.* [Exercitus ductus a Dunchado usque ad collem album.] *Oenac in alamcomarthe* [Nundinæ in Lammcomartha] in quo [quibus] ignis, et tonitruum, in similitudinem diei Judicii, *indlancomairt hi feil miceil dianepred in tene dinimi.* [in Lamcomart in festo

S. Michaelis, qui dicitur ignis celestis.] (1) Mors *Suibne Ab. Jae.* *Aenaith Goidhil dathredan* in melle, 7 *oenproidhinn et. ru ar omum in teinnid.* [consensio spontanea Hibernorum bis jejunare in melle, et in una refectione prætimore ignis.] Quies *Maelaicthin* ab. *Cluana Eidnigh.* Lex *Comain 7 Aedain fa for teora Conacht.* [Lex Comani et Aedani per regiones Connaciæ.] *Aidaitgin* rex *Hue Maine, Art mac Flaitniadh* rex *Aidhne* jugulati sunt. *Lergi mac Duibcombair* moritur.

An. Dcc lxx ii. *Moenac mc Colmain* Ab. *Slaine*, 7 *Cillefobrich* a fluxu sanguinis moritur. *Daniel* nepos *Foileni* Scriba *Letubai* quievit. *Donncothaid* rex *Conacht* moritur. Insolita siccitas, 7 ardor solis ut pene panis omnis deperiit. *Deirmess mor in nadeadh,* [Glandium abundantia postea.] *Martan inse Eidenech* [Martan Monasterii insulæ Hæderosæ,] *Aidan* Eps. *Maigiheu,* [planitiei *Heu,* hodie Maio.] *Ceithernach Hua Ernono* [O'Hernon] *Ab. Cluana ferta Brenain* moriuntur. *Lerthan* dominatrix [i. e. Abbatissa] *Cille daro* obiit. Luna tenebrosa II Non. Decemb. (2) *Aed mac Coirpre* Princeps *Rechrainne* moritur.

An. Dcc lxx iii. Mors *Albrain mc Foidmid Ab. Treoid moir,* [Abbas Monasterii pontis magni hodie *Drogheda,*] in VI feria inter duo pasca. [diem nempe Paschæ, et diem Pentecostes.] *Ultan h. Berodeirgg Ab. Othnea* moritur. *Eirenach mac Eicinn* Ab. *Lethglinne, Forniunain* scriba et Epis *Treoit* perierunt. *Dunlait in.* [Dunladia filia] *Fogertaigh* obiit. *Tomaltach*

---

(1) IV *Magistri* ad ann. 767 inquiunt—" *Aonach na lamh comarta. uair. tudcatur airdeus aigh-*
" *thidhe adhuathmhara an tansin ro ba samhalta fri hairdhibh laoi an bretha i toirneach 7 teinn*
" *treach an ffoil gur bho di fhulaing do cach for chloisteackt no faircsi ar oile. gabh. dan adh uath*
" *7 omm fiora er, gurro furailset asruithe forra da thredhan do dhenamh, i maile re heruntbe adiochra*
" *7 aon proinn etorra sidhe diasnadhadh 7 faorrh. ar thedhmaim im Fhel michil do shonar. conn. de*
" *sin boi an lamh comairt diarerbrad an tene do nimh.*"—[Nundinæ Lamhcomartenses, quo tempore celebratæ fuere, signa horrenda, perhorrida, quæ similia erant signis diei judicii, i. e. tonnitrua, et fulgura ferocissima simul, ita ut intolerabilia essent omnibus audientibus, vel videntibus. Timor et tremor populos Hiberniæ exinde invasit, ita ut eorum sapientes eos adhortarent ad jejunia facienda, cum orationibus sinceris, et frequentibus, et unam solam comestionem, pacem mutuam stabilire, absque nodosis difficultatibus, et stabilitate veram. Eo quod incidit in Festum S. Michaelis, quod tempore Pentecostes celebratur, tempestas ista quæ apud Lamhcomart evenit, dicta est *ignis Celestis.*]

(2) Eclipsis lunæ totalis incidit anno æræ communis 773 in diem iv. Decembris—*Art de V. les Dates,* t. 1, pag. 66, ergo in diem quæ nobis est *pridie Nonas,* i. e. 2 Nonas, ac proinde hi Annales æremm communem uno anno præcedentes, accurate cum solis et lunæ motibus convenire dignoscutur.

mc Murgaile rex *Cruachna Ai*, [Montis Ai,] *Bodbcat mac Echtgusa* rex *Ceniuil fil. Ercae*, [posterorum filii Erc,] moriuntur. *Suairlech h. Conciarain* Ab. *Lissmoir*, *Innracthech glinne cloitighi* [vallis illustrium heroum] ancorita moritur. *Flatruea mac Fiachrach* rex *Cruitne* [Rex Pictorum Hiberniæ] moritur. Commixtio agonis *la Donch.* [Ludorum Taltinensium perturbatio per Regem Dunchado.] (1) *Eugan mac Colmain* a fluxu sanguinis moritur, et multi alii ex isto dolore mortui sunt.

An. Dcc lxx ib. Mors *Cinadhon* [Kenethi] regis Pictorum, et *Donngal mac Nuadhat* Ab. *Lugmaidh*, [Lowth,] et *Fianchu* Ab. *Luigni*, et *Conall Maighi luingi* [Monasterii campi longi,] et *Suairlech* Ab. *Linne.* Combustio *Airdmachae*, et *Cille daro*, et *Glinnedalocha.* Congressio inter *Mumanenses* [Momonienses] et nepotes *Neill*, et fecit *Doncha* vastationem magnam in finibus *Muminensium*, et ceciderunt multi *di Muimnechaib.* [de Momoniensibus.] *Imairecc in Cluainiraird ettir Donch. 7 m. t. Cl. Iraird.* [rixa in Cloonardia inter Donchad regem et Cloonardenses.] Quies *Ciarain craidbtigh ·i· bel duin.* [Ciarani devoti i. e. Belachdunensis.] Bellum *Achaidh Liag* [campi Saxorum, hodie *Athleague* in Connacia] inter nepotes *Briuin*, et *Maine*, ubi *Maine* prostratus est. Strages nepotum filiorum *Broce* in tempore *Colggen mc Cellaigh.* Combustio insole *Baitheni.*

An. Dcc lxx b. Quies *Colmain finn* [albi] ancorite. Mors *Goidil Cluana Iraird.* Mors *Forbusaich* Ab. *Ratho Aitho.* Mors *Collbraind* Ab. *Cluana mc cunois.* Commutatio Martirum Sci. *Erce Slane*, 7 *Finniain Cluana Iraird.* Mors *Maelemanach* Ab. *Cinngar.* Bel. inter *Dalnaraide* invicem *isleib Miss*, [apud montem Miss,] in quo cecidit *Nia mac Conalta. B. Druing* it. um [Prælium Druingense iterum] in eodem anno, *it. Dalnaire*, [inter Dalaradios,] in quo cecidit *Cinaedh Cairge* [Kenneth rupis] *mac Cathasaig*, et *Dungal hi. Fergusa forcridh. Tomaltach mac Indrechtaig*, et *Echaid mac Fiachnae* victores erant. *Cellach mac Duncha* rex *Laigin* moritur. Bel.

(1) Has nundinas, sive ludos Hibernorum quotannis celebrari solitos, et a pluribus annis intermissos, instauravit, sæculo 12, *Rodericus O'Conor*, uti tradunt istorum temporum Annales. Vide IV *Magistros* ad ann. 1168.—" In his ludis, inquit auctor *Cambrensis Eversi*, Juvenes, pedum et equorum " cursu, lucta, saltu, lapidum jactu, et spiculorum ejaculatione, pugnarum quoque simulachro " contendebant." p. 85. Eosdem a Patre Roderici *Tirdelbaco* instauratos fuisse, tradit idem, ex *Annalibus vetustis.*—Vide quæ de ludis Hibernorum dicta sunt in Glossar. Topogr. voce *Taltin.* et in Dissert. de *Religione Ethnicor. Hibern.* MS. in Stowense.

Atha Dumai it. na hair tiru, 7 *h. Ecoch Cobo*, [inter orientales et posteros Eachi, regionis Cobo] in quo cecidit *Gormgal mac Conaill crui* [strenui] Rex *Cobo. Eugan mac Roncinn* Ab. *Lissmoir*, 7 *Maelrubai h. Moinaig* perierunt. *Cath cosrad it. u Neill* 7 *Mum.* [prælium atrox inter *O Neillos* et Momonienses] in quo familia *Dermaigi* fuit, et filii *Tobait ·i· Duniecaid*, 7 *Catrannac*, 7 *alii* de filiis *Domhnaill*, 7 ceciderunt multi de *Mume*, [de Momoniensibus,] et victores fuerunt nepotes *Neill Conbadh innacon.*

An. Dcc lxx vi. Jug. *mc. Cumascaich ocodraib*, [Jugulatio filii Cumuscachi ab hæredibus,] alius vixit, alius mortuus est. *Consoid Cath imairecc it dauacernaig.* [altercatio prælii ex simultate inter duos Cernagios] *·i· Niall*, 7 cet. multi, *hi faitci Caladromo.* [in campis Caladromæ.] *Slogh. Laigen la Donnch. for Brega. Induile gaimis sin Samrad, ·i· flecodh mor*, 7 *gaeth mor.* [Exercitu Lageniensis ductus a Dunchado contra Bregienses. Diluvia ventosa in æstate, i. e. inundatio magna imbrium, et ventus magnus.] (1) *Flatriu* filius *Domhnaill* regis *Conacht.....Cumusach in Doenaigh la Donch. for Ciannacht.* [Levis pugna, seu velitatio, facta apud *Doenag*, a Dunnchado Rege contra Ciannachtenses.] *In coccadh it. Donnch* 7 *Congalac.* [Bellum inter Donchad et Congalac.] Strages *Calraigi la hu Fiachrach.* [facta ab Hy Fiacriis.] *Ban Bodbhgni* sapiens obiit. *Indriut fola. Galrai imdai olchena.* [fluxus sanguinis, morbi plurimi similiter.] Pene mortalitas. *in bo ar mar.* [Boum strages magna.]

An. Dcc lxx vii. In *cogad c. na it. Donnch mc. Conaing* 7 *Congalac.* [Idem bellum inter Donchad filium Conang, et Congalac,] 7 *bel. Forcalaidin ua forciunn*, [et prælium Forchalaid gestum propterea] ubi ceciderunt *Congalach mac Conaing, et Cuana mac Ceind*, 7 *Dermait mc Clothgni*, 7 *Dunnch. mc Alein*, 7 *Flaithnia mc Maeleduin*, 7 *ci.* multi. *Donnch* victor fuit. Combustio *Cluana mc Cunois hi* VI Id. Juil. *Indruit fola. In bo ar mar* [Fluxus sanguinis, Boum strages, seu mortalitas magna.] Lex *Col. Cil la Donnch* 7 *Bresal.* [Regula Monastica S. Columbæ stabilita a Donchado

(1) Hic notanda est distinctio manifesta inter *auctorem* horum annalium qui verba "*Induile gaimis*" jam antiquata scripsit, et amanuensem *Magriadan*, qui recentioribus verbis Hibernicis, priora interpretatur.—Vide supra notas ad annos 453, 537, 570, 572, 602, 603, et infra 789.

et Bresallo.] (1) Mors *Ettersceoil mc Aedo, mc Colggene*, regis *h. Cennsellach.* Dormitatio *Ainfcellaig* Ab. *Condire* [Connor] et *Lainne ela. Niall frossach mc Fergaille*, 7 *Niall mac Conaill-graint*, rex *Deiscirt Breg*, [filius Conalli cani, rex australis Bregiæ,] 7 *Tuatal mac Cremtainn* rex *Cualan*, 7 *Flann abrathar* [frater ejus] rex *hi Mailn*, 7 *Aed Finn* [Aed Albus] *mac*

(1) Monachorum instituta primo transiisse ex Ægypto in Italiam tradunt *S. Hieronymus* in Epist. 16 ad Principiam, et *S. Ambrosius* in Epist. 82.—*S. Martinus*, qui S. Patricii avunculus appellatur a Jocelino c. 22, Monachum induit Mediolani, in Monasterio *S. Eusebii*, quod se vidisse testatur S. Augustinus, Confess. l. 8, c. 6. Inde in Galliam se conferens, *primum* Galliarum Monasterium posuit Locociagum [hodie *Luguge*] anno 361, et alterum paulo postea *Turonis*. De S. Martini Schola prodiisse *Ninianum* ad Pictos australes convertendos, eodem fere tempore quo S. Patricius ad Hibernos, tradunt antiqui, uti notat Smith in notis 24 et 28 ad l. 3 c. 4 Bedæ, p. 106. Certum est sedem Episcopalem constituisse, annum circiter 412, in loco olim *Candida casa*, hodie *Whit-herne* nominato, ubi " *Sedem Episcopatus S. Martini Episcopi et Ecclesia insignem posuit.*" *Bed.* l. 3, c. 4, Malmesbur. De Gest. Pont. l. 3, Tinmuthensis in Vita Niniani, et Vita Niniani scripta ab Ailredo Abbate anno 1150.—*Sulpicius Severus*, testis oculatus, S. Martini coævus, inquit " Quæ est civitas aut Ecclesia quæ non sibi de Martini Monasteriis caperet sacerdotem." Vide not. ad ann. 805.

Eodem tempore *Cassianus* natione *Scytha* apud Massiliam, inquit Gennadius, *Honoratus* apud Lerinam, aliique in *Stœcadibus* insulis nobilissima Monasteria condidere.—De *Stœcadensibus* idem *Cassianus* inquit " non solum *Occiduas regiones*, verum etiam Insulas, maximis fratrum " catervis fecistis florere." De Lerinense Cœnobio Eucherius in Epistola ad Hilarium inquit— " Hæc nunc habet Sanctos senes illos, qui diversis cellulis *Ægyptios Patres Galliis nostris intule-* " *runt.*" Easdem habuisse Orientalium Regulas insigne Monasterium Aquileiense, in quo *Rufinus*, amicus *Celestii Scoti*, se Monachum fuisse testatur, tradit Norris in Historia Pelagiana, Oper. t. 1, p. 276. Et certe Rufinus *Regulam S. Basilii* Latio donavit, uti constat ex *Cassiani* Præfatione ad Castorem Aptensem, et ex *Fontaninii* Historia Aquileiense Literaria, Romæ 1742, p. 205.

Jam vero ex his principiis Monastica Hibernorum instituta repetanda esse constat ex vetustissimis Legendis, priscorum fide conscriptis, atque editis a *Bollando*, *Canisio*, *Mabillonio*, *Goldasto*, *D'Acherio*, *Sirino*, et aliis, nec non ex Regulis ipsis quas exscripsit *Lucas Holstenius*, ediditque Card. *Barberini*, Romæ 1661. Præterea lenior erat Regula Benedictina quam Hibernica, uti constat ex Actis Concilii Matisconensis anni 625, et ex Vita Columbani scripta sæculo 7 a *Jona*. Confer notam infra ad ann. 805.——S. Hildegardes scribens de *Disibodo* Episcopo Hibernense, defuncto anno 570, inquit—" Constructo in Germania Monasterio, collectisque in eo sub Re- " gula S. Benedicti Monachis, noluit se ipsis conformare, ne *pristinum anteactæ vitæ rigorem* " videretur abjicere, cum ipse *severius*, et magis arduum vitæ genus sequeretur, imitans *B. Paulum* " *primum Eremitam.*" Vide *Sirini* Collectanea p. 411.—Galli, a vetustioribus institutis sæculo VI deficientes, *mitiores regulas, et Gallorum naturæ conformiores* instituere, uti tradit *Agaunensis* instituti. Monachus qui, annum circiter 500, scripsit vitam *S. Eugendi* editam a Bollando die 1 Jan. c. 14, n. 14. Confer Vitam vetustam *S. Galli* Hibernensis, [a quo civitas *S. Gal* in Helvetia nomen accepit,] apud *Mabillon* Act. Bened. Sæc. 2, quam memorat *Smith* in not. 6 ad

Ecdach, rex *Dalriati* omnes mortui sunt. (1) *Sithmaith* Abbatissa *Cluan Bairenn* moritur. *Finan* Abbas *Cluana œvis*, 7 *Constans* sapiens *Locanerna* [monasterii lacus Erne] quieverunt. Cedes nepotum *Manin* in campo *Diarben* ubi *Artgal* victor erat. *Eitni in.* [filia] *Cinadon* [Kennethi] moritur.

An. Dcc lxx viii. Mors *Fulartaigh* Ep. *Cluana Iraird. Oengus mac Alein* rex *Mughdorne, Conaill hua Osseni* Ab. *Letubai, Ainmire* Ab. *Rathomue, Conna mac Connain, Moinan mc Cormaic* Ab. *Cathrach Fursi* [Abbas civitatis S. Fursei, i.e. Peronæ] in Francia, *Flaitruach* rex *Conacht* defuncti sunt. Boum mortalitas, et mortalitas hominum de penuria. Combustio *Cille daro hi* III Id. Juin. Combustio *Cluana moer Maedhocc.* Combustio *Cille deilgge*[1] *In bholgach for eirinn huile.* [Morbus *bolgagh* i. e. ventris profluvies per Hiberniam totam.] Ventus maximus in fine autumni. *Muredach mac Oengusa* rex *Ardaciannachte* jug. *Slogh la Donnch isin fochla con tucc giallu • Domhnall mc Aedo muinderg* [Exercitus ductus a Dunnchado in regionem Fochlæ, donec abstulit obsides a Donnaldo filio Aidi rufi] rege Aquilonis. *Bel. Mumhain* invicem, ubi cecidit *Fergal mac Eladaig* rex *Des Mumhan,* [Desmoniæ i.e. australis Momoniæ,] *Breislen Berri* victor fuit. *Forbosach mac Maeletolai* Ab. *Rois Choimin* moritur.

An. Dcc lxx ix. Combustio *Alocluade in* Kal. Jan. Combustio *Cluana Bairenn*, 7 combustio *Balni.* Mors *Murcha mc Duibdatuat.* Bellum *Do-*

Martyrologium Bedæ edit. Cantabr. p. 433, cum *Mabillonii* Annalibus l. 1, § 13, et *Benedicti Haeftenii* disquisitionibus Monasticis l. 1. Item cum *Menardi* notis ad concordiam Regularum confectam sæculo ix, et cum *Gregorio Turonense* Hist. Francor. l. 10, c. 29. Ex quibus simul collatis, plane constat Italos, Gallos, et reliquos Occidentales sæculi 5, ad *S. Basilii Regulam, a Rufino, Celestii Hibernensis amico,* Latine redditam, mores et regulas composuisse. Hinc *Malmesburiensis* in libro de *Antiquitat. Glaston.* de *nova* S. Benedicti Regula, post S. Augustini adventum introducta, inquit—" His temporibus in Monasterio Glastoniensi cæpit *primo* eadem regula exerceri, " quod *prius fuerat more cœnobiorum Ægypti.*" Idemque in libro 3 de Gestis Pontif. Anglor. inquit—Primos Lindisfarnenses Episcopos *Aidanum, Finanum, Colmanum,* qui Hiberni erant, vetus Monasticum institutum orientale in Northumbriæ regnum introduxisse, quibus succedens postea *Wilfridus*—" *Primus* ibi *Benedicti regulam a Monachis observari jussit.*" Vide not. ad ann. 805.

(1) Obitum *Aidi Finn* ad hunc ann. refert *Tigernach.*—Codex *Cluan,* citatus a Flaherteo, ejusdem obitum refert ad annum quo obiit *Niall Frasach* rex Hiberniæ, Ogyg. p. 481.—Ergo ad ann. æræ communis 778. Atqui deductis 30 regni annis ab anno 778, relinquitur 748, quo *Aidum* Regnum iniisse supra annotavi ad ann. 735, et 740.

madhmain re *Colggen mc Cellaig forsnahiarteru*, [Prælium Domadhmanense a Colgano filio Cellagii contra Occidentales,] ubi ceciderunt multi ignobiles. *Elpin* rex Saxonum moritur. (1) *M. Leinne* Ab. *innse Baìrenn* [Monasterii Insulæ Bairenn] obiit. Fuga *Ruadrai a octur Ochea; 7 Coirpri mc Laidgnein* cum duobus generibus *Lagin. Donchad* persecutus est eos cum suis sociis, vastavitque, et combussit fines eorum et Ecclesias. Nix magna in Aprilio. *Fergus maighi* [campi] *Dumai* moritur. *Forbflait in. Conlai* [Forbfla filia Conlæ] Dominatrix *Cluan Bronaigh* moritur. Augustin *Bennchairi, 7 Sedrach mc Sobartain, 7 Nadarchu* sapiens mor. st. Congressio Sinodorum Nepotum *Neill 7 Laginensum* in oppido *Temro*, ubi fuerunt Scribe, et Ancorite multi, quibus dux erat *Dublitter. Mac Nio mc Cellaig* Ab. *Duinletglaiss* quievit. Lex tercia *Commain, 7 Aedain* incipit. (2)

An. Dcc lxxx. *Dungalach mc Congaile* moritur. Magna commixtio in *Ardmacha* in quinquagesima, in qua cecidit *Condalac mac Ailello. Sencan* Ab. *Imlechea Ibair, 7 Orac Ab. Lismoer*, Abbas *Innse Daimle*, [Monasterii Insulæ Daimliacensis,] 7 *Faergal hue Edairngne* Ab. *Cluana Ferta Moluae, 7 Dubinnrecht mac Fergusa* Ab. *Fernann, 7 Ailngnad* Eps *Airdbreccain, 7 Moenac h. Monaig* Ab. *Lainne Leire, 7 Fectac* Ab. *Fobair, 7 Colggu mc Cellaig ri hi Cremtainn*, [rex regionis Crimthanorum,] 7 *Ailbran h. Lugadon*, Ab. *Cluana Dolcain, Nuada h. Bolcain* Ab. *Tomhae Daolann, Dungal mc Flaithniad* rex *h. Mail, Saergal h. Catail sapiens, Fergus mc Echach* ri *Dalriati*, omnes defuncti st. (3) *Bel. Rige re feraibh Breg. for Laigniu die Samnae*, [Prælium Rigiæ ab incolis Bregiæ contra Lagenienses die *Samhin* gestum est,] in quo cecidit *Cu Congalt ri Ratho inb.* [Rex arcis, seu Munimenti fluminis, dicti Rathinber.] *Diarmait mc Conaing, 7 Conaing mc Dungaile, da ua Conaing* [ambo Conangii,] 7 *Maelduin mc Fergusa, 7 Fogartach mc Cumasgaid*, duo nepotes *Cernaig*, victores erant belli *Rigi.*— *Eicnech mc Eistenaig* equonimus *Doimliacc, 7 Cu dinaiscc h. Ciaraighi* mortui sunt.

---

(1) Lege "Rex Pictorum." Vid. Fordun Scotichron. l. 4, c. 12, p. 189.

(2) Vide quæ de *Legibus* i. e. Regulis Monasticis Hibernorum dicta sunt supra in notis ad annos 742, 747, 766, 777, et infra ad ann. 805.

(3) Vide quæ de Regum Hibernorum Albaniæ successionibus dicta sunt in notis ad ann. 732, 735, 740, 777, et infra ad ann. 789.

An. Dcc lxxx i. *Huaircride h. Maile toile, 7 Cormac mc Bresail Ab. Airdbreccain* 7 aliar. civitat. 7 *Dubtolargg* rex Pictor. *cit. monot.* [citra Monot] 7 *Muredac mac Huairgaile* equonimus *Jae*, 7 *Beccan Liffecaire*, 7 *Scanal nepos Taidgg* Ab. *Achbo* in feria *Comgaill* denatus xliii anno, 7 *Ban* Ab. *Cloento*, 7 *Aedan* Ab. *Roiscommain*, 7 *Ultan* equonimus *Bennchair*, 7 *Ferdomhnach* [Abbas] *Tomae da ghualain*, omnes perierunt. *Bacall Airtgailemc Cathail r. Conacht*, [Baculum assumit *Artgal*, i.e. Art candidus, filius Cathalli Rex Connaciæ,] et peregrinatio ejus in sequenti anno ad Insolam *Jae*. Bel. *Cuirric* (1) in confinio *Cille daro*, in VI Kal. Sept. III feria, (2) *it.* [inter] *Ruadraich mc Faelain*, 7 *Bran mc Muredaig*, ubi ceciderunt *Mugron mc Flainn* rex *H. Foilgi*, 7 *Dubdacrich mc Laidgnein hi frecur* [in primo concursu,] *Ruaidhri* victor fuit, *Bran* captivus ductus est.

An. Dcc lxxx ii. Occisio *Domhnaill* filii *Flaitniad righ* [regis] *h. Foilgi*, in *Cluain Conaire*. *Maelduib ingeislinniu*.....[quædam desunt.]

Oengus mac Crunnmael Ab. *Doimliacc*, 7 *Ailill h. Tipraiti*, 7 *Suairlec* anchorita celebris *Lismoer*, 7 *Bathallach* sapiens *Sencuae*, [i. e. Monasterii sic appellati,] 7 *Domhnall mac Ceithernaig* rex nepotum *Carrcon* in clericatu, 7 *Rechtlaiten Fobair* [monasterii *Fobar*] sapiens, et *Aoron* sapiens, 7 *Faelgus mac Tunthgaile* sapiens *Cluan-Iraird*, 7 *Fergus* Eps. *Doimliacc*, 7 *Becc mc Cumuscaigh o. s. m. st.* [omnes mortui sunt.] Combustio *Airdmacae* 7 *Maighi heu Saxon.* [Monasterii Saxonum in Maio.] Ignis horribilis tota nocte Sabbati, et tonitruum in IV Non. Aug. et ventus magnus, et validissimus destruxit monasterium *Cluan Bronaig*. (3) Bel. *Dunai Achaid* [arcis Dunachid] inter *Dalnaraide* invicem, in quo cecidit *Focarta* nepos *Conalta*.— Bel. *hi. Fernae moer*, [in regione Fernæ magni in Lagenia,] inter Abbatem

---

(1) Hodie "*The Curragh of Kildare.*"

(2) Deest "iii *Feria*" in Cod. Clarend. 49. At IV *Magistri* ad ann. 777, æræ com. 782, inquiunt—"*Jomairecc Cuirrigh la taobh Cille dara an* vi *Kal. Sep. diamairt.*" [Prælium Currachense prope Kildariam VI Kal. Sept. die Martis" i.e. feria iii, quæ concurrentia cum calculis convenit æræ communis anno 782. Cyclo Solis 25, Lunæ 13, literis ED, et Kal. Jan. fer. 4.

(3) IV *Magistri* ad ann. 778, æræ com. 783, inquiunt—"*Ardmacha agus Magheo do loscc. do thene saighnein aidhchi sathairn do shonnradh isin cethramh noin August, ba toirneach, teintreach, gaothach ainfenach an oidhche hisin, agus as isidhe adh. ro diothlaith righedh mainisdir cluanabronnaigh.*" [Ardmacha, et Maio combustæ fulmine, nocte *Sabbati Pentecostes*, IV *Non. Augusti!* Erat tonitruis, fulminibus, procellis, portentosa nox ista, eaque erat qua Monasterium Cluanbronaig destructa fuit.] De diebus Paschæ et Pentecostes, ex veterum Hibernorum calculis, vide *Dissert. Prælim.*

et equonimum, 7 *Cathal*, 7 *Fiannachtac*. *Moinach* nepos *Moinaig* rex nepotum filiorum *Cuais*, *Mac Flaithniadh* Ab. *Cluana Ferta* moriuntur.—*Scainach foruscano Patricii hi Cruaicnibh la Dubhdaleithi* 7 *la Tipraiti fl. m. Taidgg*. [Solutio tributi scientiarum S. Patricii, facta in Regia Connaciæ, dicta *Cruachan*, a Dubdàletheo, et Tipratio filio Thadæi.] (1)

An. Dcc lxxx iii. *Rectina* Ab. *Cluana mc Cunois* obiit. *Maelduin mac Oengusa ri Cenel Loigaire*, [rex posterorum Laegarii,] 7 *Inrechtac mac Duncha*, 7 *Ciaran Ab. Rathomaigh oenaigh*, 7 *tighe Mofinuin*, [Collis Sancti campi Nundinarum, et domus S Finniani Abbas,] 7 *Aedgal ri humaill* [rex regionis Hy Maliæ, vel Umal, hodie *the Owls*,] 7 *Cernach mc Suibne* equonimus *Ardmacae*, 7 *Coisein* nepos *p. deni*.....rex nepotum *Echdach Ulaith*, 7 *Maelcaech mac Cuscraith min* [gracilis,] 7 *Conall mc Crunmaell* Ab. *Luscan*, 7 *Cugamhnea mac Noennenaigh* rex generis *Coirpri* omnes defuncti st. Combustio *Atho truim* [oppidi vadi Trim.] *Bel ren Domhnall mac Aedo muinderg, for cenel mbroghainne*. [Prælium a Donallo filio Aedi rufi contra posteros Brogani.] *Bachall* [peregrinatio] *Dunnchado mc Duibdathuadh* regis nepotum *Maine*. *Flan* Eps. sapiens Ab. *Innse Caindegho* [monasterii Insulæ Candego] veneno mortificatus est. Bel. *Cairn Conaill in Aidniu*, [in regione Aidne,] ubi *Tipraiti* victor, 7 nepotes *Fiachrach* victi. *Righdal ettir* [Regium colloquium inter] *Domchadh mac n Donaill*, 7 *Fiachnae mac n Aedo Roen, occ insi na righ in airtheru Breg*. [apud insulam regum in orientali Bregia.] (2) Adventus reliquiarum filiorum *Eirc* ad civitatem *Tailten*.

---

(1) IV Magistri ad ann. 1162 inquiunt—" Concilium Cleri Hiberniæ, præsidente Comhorbano S. " Patricii *Gilda mac Liag*, habitum apud *Claonadh*, in quo sancitum est, ut nullus in posterum in " ulla Hiberniæ Ecclesia admittatur *Fear leginn*, i. e. Professor Scientiarum, qui non prius fuerit " Ardmachanus Alumnus." Iidem annales ad ann. 1169 inquiunt—" Rodericus o'Conor Rex " Hiberniæ, cupiens in Academia Ardmachana studia promovere honoraria, annua decem boum " pensione, stipendium Archi Magistri istius Scholæ adauxit, et dato Diplomate, suos successores " ad eandem pensionem quotannis solvendam obstrinxit, ea conditione, ut studium generale pro " scholaribus tam ex Hibernia undequaque, quam ex Albania adventantibus, Ardmachæ *continu*- " *aretur*." Confer Gratiani Lucii *Cambrens. Evers.* pag. 169.

(2) IV *Magistri* ad ann. 779, æræ com. 784 inquiunt—" *Riogh dhal et. Dhonch mc Domhnaill* 7 " *Fiachna mc Aodha roin ag insi na righ, in airthear Bhregh. As di ro raindh*—

" *Cisi Brigh an dal occ insi na Righ,*
" *Donncha ni dichet for muir, Fiachna ni dichet fri tir.*"

An. Dcc lxxx ib. *Duncha* nepos *Daimeni* rex nepotum *Mani, Maelochtearaig mac Conaill* Ab. *Cille Cuilinn*, 7 *Cille manach*, Scriba, 7 *Maelduin mac Fergusa* rex *Locha Gabor*, [lacus Gabor,] 7 *Faelgus* nepos *Roiclich* sapiens, 7 *Muightigherud mac Cellaig* sapiens Ab. *innsa Celtrae*, 7 *Josep h. Foileni* sapiens Ab. *Biror*, 7 *Ruaidhri mac Faelain* rex cunctorum *Laginencium*, 7 *Concobar mac Colgenn*, omnes perierunt. Commutatio reliquiarum *Ultani*. Bel *Muainde* ubi *Tiprait* victor fuit. *Ecaid mac Fochartaigh* Ab. *Fochlado*, 7 *innsi Crotainn*, [Monasterii insulæ Crotan,] moritur. *Ellbrig* Abatissa *Cluan Bronaig* mortua est.

An. Dcc lxxx ib. *Maelduin mac Aeda Bennain* rex *Irlochre*, [Occidentalis Lochrei regionis,] *Scannlan mac Flainn ri* [rex] *h. Fidgenti*, 7 *Tipraiti mac Fercair* Ab. *Cluana Ferta Brennain*, 7 *Cellach mac Moinaig*, 7 *Tipraiti mac Taidgg ri Connacht, Sneidriaghail* Ab. *Cluan mc Cunois, Cellach mac Corinn ri* [rex] *Airdeaciannachta* mortui sunt. Ventus maximus in Januario. Inundatio in *Dairinis*. Visio terribilis *hi Cluain mac nois*. Penitentia magna per totam Hiberniam. Bel. inter *Osraigi* invicem, in quo cecidit *Faelan mac Forbasaig*. *Febordait* Ab. *Tuili-Ain* jugulatus est, in ultionem ejus *i Tuileain*. *Doncha* victor fuit. Bel. *Liac fin* [Lapidis Albi] inter *Donchad*, 7 genus *Aedo Slane*, in quo ceciderunt *Fiachrai mc Cathail*, 7 *Foghartach mac Cumuscaig*, rex *Locha Gabor*, 7 duo nepotes *Conaing*, i. e. *Conaing*, 7 *Diarmait*. Bel *Cenonn* inter h. *Echach Conaille*, in quo ceciderunt *Catrue* rex *Muighdorne*, 7 *Rimid mac Cernaig*. Mors *Forbasaigh mc Sechnusaigh* regis gentis *Bogaine*. Pestis que dicitur *Scamach*.

An. Dcc lxxx ui. *Collggu mc Crunmhail* Ab. *Luscan*, Clemens *mac Corbbein, Lergus* nepos *Fidcain* sapiens *Cillemaighnenn, Robartach mac Moinig* equonimus *Slaine*, 7 Ab. *Cille Foibrigh, Muredhach mac Cathail Ab. Cille-daro, Lomtuile* Epis. *Cilledaro, Sneidhran Epis Cilledaro, Aldheu* Ancorita *Ratho Ombo*, 7 *Conall Fidgaile* rex nepotum *Mani* mortui sunt. Bel. inter genus *Conaill* 7 *Eogain*, in quo victor fuit *Maelduin Aeda Alddain, mac* 7 *Domhnall mac Aedo muinderg* [Aedi rufi] in fugam versus est. Bellum *Goli*

[Regia conventio inter Dunchad filium Dovnalli, Regem Hiberniæ, et Fiachna filium Aedi Roin, Regem Ultoniæ, in insula Regum in orientali Bregia, de qua Poeta vetustus cecinit.

" Tributum Bregiæ solvendum, definitum in Conventione in insula Regum,

" Donncha non deesse copiis in mari, Fiachna non deesse copiis in terra.]

in quo nepotes *Briuin* victi sunt. *Cathmugh mac Duinncothaigh*, 7 *Dubdibeirgg mac Cathail* invicem ceciderunt. *Dubdabairenn* Ab. *Cluan Iraird* advisitavit paruciam *Cricae Muman* [Regionis Momoniæ.] *Ar* [cædes] nepotum *Briuin hu Mal, ap* [per] nepotes *Fiachrach Muirsce*, ubi homines optimi circa Regem *Flathgalum*, filium *Flannabrait* ceciderunt. *Rechtabra mac Duibhchobair Ab. Ecdromæ* obiit.

An. Dcc lxxx viii. Mors *Maelduin mc Aeda Alddain* regis *ind Foclai* [Focliæ regionis.] Mors *Cernaig mc Cathail.* Mors *Ectgaile* filii *Bait* Ab. *Muicirt.* Luna rubra in similitudinem sanguinis xii. Kal. Martii. (1) *Macoac* Abbas *Saigre* moritur. *Coluim mac Faelgusa* Epis *Lothri* moritur. Mors *Guarie mc Dungalaig* Regis nepotum *Briuin Cualann* [Briuniorum Regionis Cualan.] (2) *Dubdatuat* Episcopus Abbas *Ratho Aidho* pausat. Lex *Ciarain for Conachtu* [Regula Monastica *Ciarani* stabilita in Connacia.] Combustio *Daire Calgaid.* (3)

An. Dcc lxxx viii. Mors *Murghaile Ab. Cluana mc Cunois. Fiachnae mc Aedo Roen* rex *Ul.* moritur. *Fedach mc Cormaic* Ab. *Lugmaid*, 7 *Slaine*, 7 *Doimliacc*, 7 *Sloigedach* rex *Conailli* mor. sunt. *Gormgal mc Eladaig* rex *Cuodhbai* (4) in clericatu obiit. *Ferfugaill* Eps *Cluano dolcain.* Combustio *Cluano Iraird* in nocte Pascae. Nix magna tertio Kal. Maii. Contencio in *Ardmacae* in qua jugulatur vir in hostio [ostio] oratorii lapidei. (5) Bel. inter *Ultu* [Ultonienses] invicem, in quo cecidit *Tomaltac mac Cathail. Echuid* victor fuit. Occisio *Cluano fertae Mongain* [Moluæ ?] *la* [facta ab] *Oengus mac Mugroin*, in qua cecidit *Aed mac Tomaltaig*, 7 oratorium combustum. Bel. inter Pictos ubi *Conall mac Taidg* victus est, et evasit, 7 *Constantin* victor fuit. Bel. *Cloitigi* inter genus *Eugain* 7 *Conaill*, in quo genus

---

(1) Eclipsis lunæ totalis incidit, anno æræ communis 788, in diem 26 Febr. *Art de V. les dates*, t. 1, p. 67. Concordat annus et mensis Ultoniensium, sed non dies, cum 12 Kal. Martii sit dies Febr. 18. *Higdenus* in Polychron. ad ann. 787 inquit—" sanguis de cælo."

(2) Hodie " *the o'Byrnes of the C. of Wicklow.*"

(3) Hodie *Derry*, Monasterium antiquissimum S. Columbæ de quo vide *Glossar. Topogr.* et *Adamnan* de vita S. Columbæ l. 2, c. 39. Passim ab eodem *Roboretum Calgiuch* appellatur, i. e. Roboretum interpretationum, quia ibi, antiquitus, extitit Druidum Academia. Vide *Dissert. de Relig. Ethnicor. Hibern.* MS. in Stowense.

(4) " Et *Elai rex Cuova.*" Cod. Clarend. 49.

(5) Vide not. ad ann. 800, itemque annationem ad Sæculum VIII, infra p. 126.

Conaill prostratum est, 7 *Domhnall* evasit. Combustio *Innse* [i. e. Monasterii Insulæ] *Cain-dègho. Feirgil* Ab. *Acaid boo* mor. (1) Bel. inter Lagenienses *desgabhair* [australis Gavar,] in quo cecidit *Oengus mac Murcha.* Bel. inter *Conachta, i Dromagoise,* in quo *Fogartach mc Cathail* victus evasit. Strages *Luigne la h. Ailello in achad Ablae. Sarug. bachlu i. h. u. 7 minn Patraicc la Donch mc n Domhnaill ocraith airtir aroenach.* [Strages Lugneorum facta ab Ailello apud campum Ablae. Dehonoratio Baculi Jesu, et reliquiarum Patricii a Donchado filio Donaldi apud arcem orientalem, *Rath Airthir,* die nundinarum, apud nundinas.]

An. Dcc lxxx ix. Mors *Noe* Abatis *Cinnigaradh. Cormac mac Fergaile, Dungal mac Loegaire* Ab. *Duinletglaisc, Maelcombair* Ab. *Glinnedalocha, Maelthuile mac Oengusa, Siadal* Ab. *Duieblinn,* [nigri fluminis, i. e. Monasterii Dubliniensis] (2) *Cinaet mac Anmchada ri h. Liatan* [rex regionis *Liatan,*]

---

(1) IV Magistri ad ann. 784 inquiunt—" *In Gedmeter i Fergil Abb Achubho deg sanngermain in* " *san 30 bl. dia capscopoid.*" [Fergil Geometres, Abbas Achaboensis obiit in Germania, anno 30 Episcopatus sui.] Hic est celebris ille *Virgilius Solivagus* qui doctrinam Antipodum *primus* docuit, et propugnavit. Vide Annotationem ad Sæc. VIII, infra pag. 121.

(2) Sunt qui *Dublinii* nomen novum existimant, cum in vetustis Annalibus passim vocetur *Athcliath,* quod proinde argumento esset hos Annales recenter descriptos fuisse, præsertim cum Jocelinus, sæculo 12, asserat—" hanc urbem a *Norwegiæ et Insularum populis initiatam.*" cap. 71.—At certum est *Dublinium* longe antea commerciis floruisse, nam *S. Rumoldum Episcopum Dublinensem,* Mechliniæ Patronum, anno 775 occisum, memorat Vita ejus vetusta edita a *Surio,* et Martyrologium *Bedæ* cum auctuario *Flori,* ad VI. Kal. Nov. edit. Cantabr. 1723, p. 437. Eundem Dubliniensem Episcopum memorat, sub sæculi 12 initium, *Theodoricus* Abbas Frudonis, *Molanus* in Natalibus SS. Belgii, Julii 1, et *Menardus* in notis ad Martyrolog. Benedict.—*Sedulium* Abbatem Dubliniensem memorant IV *Magistri* ad ann. 785, his verbis—" *Siadhal Ab. Duibhlinde decc.*"—[Sedulius Abbas Dubliniensis obiit.] Hunc postea Episcopum fuisse tradunt Martyrologium *Tamlactense* et *Marianus* in Triade pag. 112.—Author Vitæ *S. Coemgini* quem constat scripsisse ante annos 900, nisi et 1000, uti demonstrat Colganus ibidem, inquit—" *Ath-cliath* est in " aquiolonali Lageniensium plaga, et *Scotice* dicitur *Dublin,* quod sonat Latine *nigra therma,* " et ipsa civitas potens est, et belligera, in qua semper habitant viri asperrimi in prœliis, et peritissi- " mi in classibus."—" Habetur, inquit *Usserius,* in libro *Balimotensi,* et *Sliguntino,* de *Dublinien-* " *sium conversione, vetus carmen Hibernicum,* Benigno, Patricii discipulo, et in sede Ardma- " chana successori attributum, quæ pars aliqua operis, quod de vita Patricii Jocelinus editum ab " eo affirmat, fuisse videatur."—Primord. p. 862.—" *Eblana civitas,*" sæculo post Christum natum II, i. e. 1600 ab hinc annis, memoratur, a *Ptolomeo Alexandrino.* Vide Bertii editionem ex Codice vetustissimo *Palatino.*—*Usserius* recte notat textum Jocelini in impressis codicibus vitiatum esse capite 71, cum in alio Codice inedito minime legatur civitas *a Danis initiata,* sed e contra—

Tomaltach mac Inrechtaigh ri Dalnaire [rex Dalnaradiæ] mortui sunt omnes. *Bel. Atho Rois re noaibh Ailello for Luigniu* [Prælium vadi Ross gestum ab Ailelliis contra Lugnios,] in quo cecidit *Dubdatuath mac Flaithgusa* dux *na tri Sloninte* [trium Slontiorum,] Combustio *Echdroma mc n Aedo* [Echdromi filii Aedi.] Commutacio reliquiarum *Coimgin* 7 *Mochuae mc Culugedon* [*Kevini*, et *Mochude* filii Culugedoni.] Cedes magna *Ul. la Dalnaire* [Uladorum a Dalnaradiis.] Vel hic, Bel. *Conaill* 7 *Constantin*, secundum alios libros. (1)

An. Dcc xc. *Cernac mc Muredaigh freccmarc*.....Episcopus *Luscan*. *Cudinaisc mac Conasaich* Ab. *Ardmachae*, *Donngal mc Bhochallo* rex *na nairter*, [Orientalium,] *Artgal mac Cathail* rex *Connacht* in *Hi*, *Soerbergg* Ab. *Cluan. mc Cunois*, *Caincomracc* Eps *Finnglaissc*, *Sirne* Ab. *Bennchair*, *Muredac mac Oengusa* Ab. *Luscan*, omnes defuncti st.—*Bachaill*

" advenit Patricius in urbem nobilem populo, situ amænissimam, concurrentibus mari et flumine " piscibus opulentam, comerciis famosam, planitie viridante affectuosam, glandiferis nemoribus " consitam, ferarum lustris circumvallatam," &c.

(1) *Constantinus* hic idem est Rex Pictorum de quo Fordun inquit—" Iste ædificavit Dunkeld- " ensem Ecclesiam—quo tempore *Abirnethy* fuit sedes principalis, et Regalis, et Pontificalis totius " Regni Pictorum, quando non fuit nisi *unus solus Episcopus* in gno Pictorum." Scotichron. l. 4, c. 12. Edinburgi 1752, p. 189.—Hi Annales, et Tigernach ad ann. 864, inquiunt " *Tuathal mac Arthguso Primus Eps Fortren* [i. e. Pictorum] *et Abbas Duin caillen* [Dunkeld] *dormierunt*." Non constat vel *Dunkeldensem*, vel *S. Andreæ* Ecclesias, in sedes Episcopales evectas fuisse ante annum istum, id non sinentibus Hibernis, qui nullum alium quam Hibernensem Episcopum, cujus sedes erat Hyona, in Albania Hibernica, vel Pictica tolerare potuerunt; testantibus *Beda* l. 3, c. 4, et *Notkero* Monacho S. Gallense, imo et doctissimis e Scotia moderna scriptoribus " I cannot find that there " were any bishopricks before A.D. 883 to the north of Clyde and Forth." Pinkerton Scotl. vol. 2, p. 268.—" The Culdees were, apparently, from Columba's time to the 12th century, the only " monks and clergy in Scotland, and *all Irish*, as formerly shewn.—At S. Andrew's they elected " the Bishops till 1140, and existed there till 1297." See *Keith's* Catalogue of Scottish Bishops. " At Dunkeld, Dumblane, and Breckin they elected the Bishops yet later than at S. Andrew's. " At the two last they constituted with their Prior, the Dean and Chapter till about 1240." Ib. p. 273. " To a late period the only common clergy in Pikland were *Irish*.—When the church of S. " Andrew was made Metropolitan by Kings Achy and Grig, at the end of the 9th century, it was " long before a native clergy could be formed, and the *Irish clergy*, from superior opportunities " and learning, and from an ancient veneration and custom, still held the common offices of the " church, even down to the 12th or 13th century! Interest, national spirit, and Ecclesiastic " party, long maintained them, and they were only supplanted by degrees, as the natives from ad- " vanced society, and visiting foreign universities began to acquire learning." Ib. p. 270.—Obitum *Constantini* referunt hi Annales infra ad ann. 819. De eodem vide ann. 788.

mc Tuatail moritur. Bel. *Airdablae* ubi cecidit *Diarmait mc Beicce* rex *Tethbae Fergus mac Ailgaile* victor fuit. *Cath Coscraid ren Donnch a Tailti du Cairn m Cairtin for Aed ningor* [Prælium Cruentum gestum a Dunchoda apud Taltin, ubi Carin filius Cartinii pugnavit contra Aed.....] in quo ceciderunt *Cathal mac Ecdach* rex nepotum *Cremthain*, 7 *Maelfotartaic mac Artrach*, 7 *Domhnall mac Colggen. Dinertac mc Mogadaig* ancorita pausat.

An. Dcc xc i. *Maelruain Tamlactai, Aidain Rathain, Aidan h. Concumbu*, Episcopi et Milites Xpi. in pace dormierunt. *Soermugh Enaighduib* moritur. *Bel. Sraithe Cluana argain* [Prælium Campi paludosi Cluanæ Argain, i. e. secessus stragis] ubi cecidit *Cinaed mac Artgaile. Murgis mac Tomaltaig* victor fuit, et inicium regni ejus. Bellum *Airdmacrinne*, ubi nepotes *Ailello* prostrati sunt, 7 *Concobar*, 7 *Airechtach* nepotes *Cathail*, 7 *Cathmug mc Flabertaig* rex *Coirpre*, 7 *Cormac mac Duibdacrich ri Breifne* ceciderunt. *Bresal mac Flaitri rex Dalar. e, Maelbressail mac Aedo* filius *Cricain ri* [rex] *hi Fiachrach, Donncorcin rex Dalriatai, Catmug* rex *Calraighi, Teroc* princeps *More* obierunt.

An. Dcc xc ii. *Dubdaleithi mac Sinaic Ab. Airdmachae, Crunnmael Droma in asclann* Abbas *Cluana Iraird, Coirpre mac Laidgnein ri Laigin, Desgabair* Dominatrix Princeps *Troeit moir*, [Desgabar Abbatissa Droghadensis,] *Cinaed mc Cumuscaig Ab. Dermaighi*, [Durrowe,] *Flaitghel mac Taithlich Ab Dromarathae* perierunt. Lex *Comain la Aildobur* 7 *Muirghus for teora Connacht*, Lex *Ailbi for Mumain* 7 ordinacio *Artroig mc Cathail* in regnum *Mumen. Sarug Faindel la Gormgal mac n Dindanaig*, 7 *eccur*, 7 *indred Airdmachae*, 7 *guine Dunieann la hu Cremhtain.* [Regula Monastica *Comani* stabilita ab Aldobario, et Murgisio, supra regiones Connaciæ. Regula Monastica *Albei* supra Momoniam, et ordinatio *Artrogii* filii Cathalli in regnum Momoniæ, i.e. inauguratio, et consecratio ejus in regem; Raptus Findellæ per Gormgal filium Dendelagii, et spoliatio et depredatio Ardmachæ, et vulnus lethale Dunieano inflictum a posteris Crimthani.] *Receptio* [i. e. restitutio] *Foindele.* Iterum in Ardmachae commutatio reliquiarum *Tole* [Epi Cluan Iraird.]

An. Dcc xc iii. *Airechtach o Fleadhaig Ab. Airdmacae.* 7 *Affiath* Episcopus *Ardmacae* in pace dormierunt in una nocte. Thomas Ab. *Bennchair*,

Joseph nepos *Cernae Ab. Cluan mac Cunois* obierunt. *Cathnia* nepos *Guaire* Ab. *Tomae Greine, 7 Lerbenban Aircinnech* [Præpositus] *Cluan bairenn* pausaverunt. Jugulatio *Airturte* filii *Faelain.* Commotacio reliquiarum *Treno. Slog. la Donnch* [exercitus cum Dunhado] ad auxilium *Lageniensium* contra *Mumenenses.* Vastatio omnium insolarum Britanniæ a gentibus. (1) *Indret Mugdorne magen la Aed mac Neill* [vastatio Mugdorni Monasterii magni per Aed filium Neill.]

An. Dcc xc ix. *Bran Arddcenn* rex *Laginentium* occisus est, 7 Regina ejus *Eithne ingin* [filia] *Domhnaill mide. Finsnechta Cetardere mac Ceallaig* occidit eos *hi cillchuile dumai,* [in Cimiterio Ecclesiæ Sylvæ Dumai,] in vi. nocte post Kal. Maii, iv. feria. Occisio *Cuinn mc Donncha, hiccrich oanolcan, la Flann mc Congalaigh* [in regione o Nolcan a Flanno filio Congalagii]. *Losgad Rachrainne o gent'b* [Combustio insulæ Rachraniæ a gentibus.] 7 *scridoscradh* 7 *dolomrad* [et horrenda vastatio, et ad inopiam et desolationem redactio.] (2) *Foindelach ic Meanaig Ab. Ardmacae* subita morte periit.—

---

(1) Annales Anglo-saxonici inquiunt ad ann. 787—" And on his dagum coman aerest III scipu " Nordmanna of Heredalande dat waer on tha aerestan scipu Deniscra mouna the Angel Cynnes " lond gesohton—[Ejus Offæ temporibus venerunt primum tres naves Norwegiorum de Here- " thorum terra. Istæ *primæ* fuerunt naves *Danorum* quæ Anglorum nationem peterent."]— *Chron. Saxon.* p. 64. Postea ad ann. 793—" Hoc anno VI. Id. Jan. Pagani homines misere vas- " taverunt ac destruxerunt Dei Ecclesias in Lindisferna ee." Author vitæ vetustæ S. Cuthberti, quam ex *Capgravio* edidit *Colgan,* inquit—" Anno gratiæ 793, ab obitu S. Cuthberti 107, Prima " vastatio misserima Paganorum" &c. c. 59, p. 686. Vide supra annos 634, et 747, et confer annos 793, 794, 797, 801, 811, 839. De eadem *prima* Danorum vastatione agit *Alcuinus* coævus, in Epistolis apud *Malmesburiensem* de Episc. Lindisfarn, et apud *Mabillon* Annales tom. 2, l. 26, p. 308.

(2) Vide quæ de Insula *Rachrain* dicta sunt in nota ad ann. 634, et Adamnan l. 2, c. 41,—*Colganus,* testis oculatus, anno 1647 inquit—" Est hodie, uti et semper, spectans ad Hiberniæ jura, et sub dominio *Reginaldi* Comitis Aendromensis, qui avita jura, et fidem contra fidei hostes strenue conatur tueri. Triad. p. 384.—*Usserius* Dalriedæ Hibernicæ limites sibi cognitos describens inquit—" Ejus " limites a Bosio flumine usque ad crucem de *Glandfinnacht,* cujus in antiquis illis versibus Hiber- " nicis, Patriciani Testamenti titulum præferentibus, mentionem factam reperio, ad 30 millia pas- " suum protendi, per literas mihi significavit nobilissimus Antrimmensis Comes *Ranulphus* nuper " defunctus; ad id confirmandum vetere etiam hoc producto Carmine Hibernico :

" *O Bhuais da neirghed ealta, go crois gleanna-fineachta*
" *Ag sin Dalriada na rann.—Giodh be as eolach san fhearann.*"
" Terra sita a Bosio fluvio Dalræda vocatur
" Glennfinnacht, quisquis novit, ad usque crucem."

Murcad mac Feradaig, Tipraiti mac Fercair o Cloinferta Brenainn, Guaire Ab. *Cluana fota* obierunt.

An. Dcc xc b. *Dublitter Finnglaissi, 7 Colggu* nepos *Dunechdo, Olcobhur mc Flainn,* fil. *Eirc* rex *Mumhan,* Scribe, 7 Epi. 7 Ancorite dormierunt.—*Offa* rex bonus Anglorum moritur. (1) Equonimus *Ardmacae Echu mac Cernaig* moritur immatura morte. *Senchan Ab. Cilleacaid dromafota, 7 Biror, 7 Suibhne Ab. Atho Truim, 7 Moenach mac Oengusa Secnap Luscan* [Sacrista Monastérii Luscensis] omnes obierunt. *Mac Fergusa ri hi m Bruin,* [rex regionis Bruin,] *Dunieachaidh hoadaire* [o'Daire] dux *Ciarraidhe* mortui sunt. *Cath atha fen* [prælium vadi albi] ubi *Muirgis* evasit. *Clothcu* Eps. 7 Ancorita *Cluan Iraird* in pace q.

An. Dcc xc bi. Mors *Donncha ic Domhnaill* regis *Temhro, 7 Inrechtaig mc Domhnaill* fratris ejus. *Cumuscach mac Fogartaig* rex *Deiscirt Breg* [Australis Bregiæ] in clericatu. *Rotechta Croibhe* [regionis Creeva,] 7 *Muiredhach mac Flainn garad* [Flanni torvi] rex gentis *Mc. Ercae, 7 Crunmael mac Firdacrich, 7 Curvi mac Oengusa* rex generis *Loigaire, 7 Ailine-Daire* [Derrensis] equonimus *Cluan mac nois* omnes mor. sunt. Bel. *Droma Righ* in quo ceciderunt duo filii *Domhnaill i Finsnechta, 7 Diarmait hodor* [pallidus] frater ejus, 7 *Finsnechta mac Follomhainn,* 7 alii multi. *Aed mac*

(a) Totam vero *Dalreth* sive *Dalrede,* cum insula *Rachlyn* vel *Rachrin* illi objacente, *Alano de Galway,* a Johanne Anglorum Rege et Hiberniæ Domino concessam olim fuisse, ex Archivis Regiis, arce Londinense asservatis, Patent, in dorso ann. 14 R. Johannis, membran. 3, numb. 1, et ann. 17, membran. 5, num. 57 constat, quum utramque nunc jure possideat hæreditario Comes Antrimensis Ranulphus, Ranulphi memorati filius; quem ex Anglia reversum, cum illustrissima sua conjuge, magni illius Georgii Ducis Buckinghamiæ vidua, hoc ipso quo hæc scribimus die, in ædibus Vice comitis Mori Mellifontinis salutavimus." Primord. p. 1029.—*Caradocus Llancarvanensis* de hac vastatione anni 794 inquit—"Maximam Hiberniæ partem populati, *Rechreyn* quoque vastaverunt."—De eadem vastatione agit auctor vetustus Vitæ *S. Findani* Hibernensis, apud *Goldastum* in Rer. Aleman. Scriptoribus tom. 1, p. 318, et apud Benedict. *Gonon* in Appendice ad vitas Patrum Occidentis—"Vir quidam nomine *Findan* genere Scottus, civis Provinciæ Lageniensis, cujus sororem Gentiles, qui Nordmanni vocantur, plurima Scottiæ insula, quæ et Hibernia dicitur, loca vastantes, inter alias fæminas adduxere captivam."—Ex his, et ex dictis ad ann. 447, 793, 794, 797, 801, 811, &c. manifeste liquet quam graviter errat Colganus, qui in notis ad Jocelinum pag. 112 inquit—"Nullus author bonæ famæ, fidei, vel notæ, domesticus, vel externus, meminit Danos, Norwegos, vel Nortmannos pedem posuisse in Hibernia ante annum 883!"

(1) Concordant in anno obitus Regis *Offæ Chron. Saxon.* pag. 65. Florentius ad ann. eund. et Asser Menevensis p. 154.

Neill filius *Fergaile* victor fuit. *Condal* filia *Murcadha* Abatissa *Tige Sruite Cille daro* [domus Religiosarum Kildariæ] dormivit. *Vastacio Mide la Aedh* [Vastatio Midiæ ab Aido] *mac Neill Frasaig*, 7 inicium regni ejus.

An. Dcc xc viii. *Eudus* nepos *Dicolla Ab. Cille daro* mor. Combustio *Innse* p. ricii *o gentib*, [monasterii Insulæ Patricii, hodie *Holm Patrick*, a Gentilibus,] 7 *Borime na crich do breith*, 7 *scrin Dochonna do briseadh do aibh*, 7 *indreda mara doaibh cene* 7 *ir Erinn* 7 *Albain* [et vectigalia boum regionis Crich capta, et Scrinium sacrum Dochonni fractum ab iisdem, et præda maritima ab iisdem facta inter Hiberniam, et Albaniam.] *Forinnan Imlecho Fia* [Forinnan Monasterii Imlech Fia,] 7 *Conndmach mac Murinedko* nepos *Guaireoidhni*, scriba *Cluana mc Cunois* perierunt.

An. Dcc xc viii. Bel. *Duingamba* inter *Conachta* invicem, ubi *Coscrach mc, Duinn*, 7 *Gaiscedhach*, 7 alii multi ceciderunt. *Muirgis mc Tomaltaig* victor fuit. Bel. *Finnubrach hi Tethbai* [Finnubrach in Teffia] ubi Reges multi occisi sunt. *i Fergus mac Algaile, Coscrach mc Cethernaich*, reges generis *Coirpri*, *i Dubinnrecht mc Artgaile*, 7 *Murch mc Condmaigh, Murcha mc Domhnaill* victor fuit. Jugulatio *Blathmic mc Guaire* Ab. *Cluanfota Boetain, o* [per] *Maelruanaig*, 7 *o* [et per] *Fallomhain* filiis *Donncha*. Nix magna in qua multi homines 7 pecora perierunt. *Domhnall mc Donncha* dolose a fratribus suis jug. est. *Feradach mc Segeni* Ab. *Rechrainne* obiit. *Anaili Ab. Cl. m. nois, Cetirnach Ab. Glinne dalocha*, 7 *Siadhal h. Comain Ab. Cille Achaidh*, 7 *Fianachtach Fernann* [Fernensis] 7 *Suibne Cille deilgge* 7 *Breislen Beirre* vitam finierunt. *In Laincomairt hi feil Micheil dianepred in tene dinim* [Tempestas Laincomartensis in festo Michaelis, quæ dicitur ignis cælestis.] Lex Patricii *for Conachta la Gormgal* [Lex S. Patricii stabilita in Conuacia per Gormgal] *mc Dindataigh. Ailill mc Inrechtaig* rex h. *Maine Conacht* moritur. *Dunflait filia Flabertaig mc Loingsic* dormit.

An. Dcc xc ix. *Airmeadach Ab. Benchair, Conlae mc Artgaile, Aildobur Ab. Roiscomain, Mintenacha Ab. Glinnedalocha* perierunt. *Loingsec mc Fiachnae Ab. Duinletglaisse, Condinach mac Donit Ab. Corcaighe more* [Corcagiæ magnæ] perierunt. *Fergil* nepos *Taidhgg* scriba *Luscan.* dormivit. *Ailill mac Fergusa* rex *Deiscert Breg* trajectus est de equo suo in *circio ferie fli. Cuilinn Luscan*, [die solemnitatis *M'Cuilin* Episcopi Luscensis,] et continuo

mor. est. Belliolum inter genus *Loighaire* 7 genus *Ardggail*, in quo cecidit *Fianghalach mac Dunlainge*, *Connall mc Neill*, 7 *Conghalach mc Aengusa* victores erant, Causa interfectionis fratris sui ·i· *Faelbi*. Positio reliquiar. *Conlaid hi scrin oir* 7 *airgit* [in scrinio auri et argenti.] (1) *Cath coscraidh et. na hairteru* [prælium cruentum inter orientales] invicem, in *Maig* [campo] *Lingsen*, ubi ceciderunt *Mael Ochtaraich* Ab. *Daire*, 7 *Conmac mac Cernaigh*.

An. Dccc. Positio reliquiarum *Ronaen* filii *Berich* in arca auri 7 argenti. *Feidlemid h. Lugdon Ab. Cluan Dolcan* moritur. Bel. inter *Ultu* 7 nepotes *Ecdhach Cobho* in quo cecidit *Echu mac Aililla* rex *Cobho*, 7 cecidit *Cairell mac Cathail* ex parte adversa belli, 7 exercitus ejus victor fuit. *Bresal mac Regeni Ab. Jae* anno Principatus sui xxxi. dor. *Ruanus* Ab. *Domhnaig Sechnaill* mor. *Befail* filia *Cathail* Regina *Donnchae* moritur.— *Bresal mac Gormgaile* de genere *Logaire* a fratribus suis dolose occisus est. *Cathrannach mac Cathail Moenmaighi*, 7 *Nindid* Ancorita pausant. Estas pluvialis.

---

(1) Duo artes mechanicæ antiquis Hibernis injuste a quibusdam recentioribus denegantur. *Aurifabri*, et *Lapicidæ;* at vix alios unquam Calices quam *aureos*, et *argenteos* ad sacra, vix alias thecas, aut scrinia pro reliquiis illustrium virorum adhibita fuisse, documento sunt, quæ hic, et ad ann. 800, et in *Annotationibus* sequentibus ad Sæc. VIII breviter delibata leguntur.

ANNOTATIONES AD SÆC. VIII.

De *Vetustioribus quibusdam Academiis Hibernicis*, quæ Sæculo VIII memorantur.

ANNOTATIO PRIMA.

Absoluto octavo horum Annalium sæculo, Res ipsa postulare videretur, ut quædam in medium afferam, quibus pateat, eorum stylum, misere quidem jejunum, rudem, et agrestem, non ideo istis vitiis laborare, quia Rerum gestarum penuria Scriptorem inopem reddiderit, nec quia ei defuere antiquiores, e quibus mores hominum, et urbes describere posset, et utiliora depromere quam quæ tam succincta, et obscurata brevitate perstringit.—Sed cum Annales ipsi abunde ostendant, res gestas minime defuisse, et aliunde constet exilem istam Historiam describendi methodum, a ficti *Ossiani* commentis toto cælo diversam, in Hibernia, a pluribus retro sæculis, fuisse usitatam, eam enim sequti sunt *Flan*, *Marianus*, et *Tigernach*, et cum antiquiores, Rebus Theologicis intenti, Res Civiles vel omnino neglexerint, vel, pietatis studio, vix alia delibaverint, quam impiorum facinora, quæ animis hominum, ut fugienda, alte insculperentur, hinc, ab his disquisionibus de stylo, et methodo, consulto declinans, pauca quæ ad Sæculum VIII Hibernicum propius accedunt, prolixitatis declinandæ causa, Lectorum oculis, quam brevissime potero, exponam.

Recentiores quidam antiquarii sentiunt, ante Danorum ingressum, exleges fuisse Hiberniæ incolas, et omnino barbaros; quod opera lapidea, artes liberales, et mechanicas, prorsus ignoraverint, (1) neque a Giraldi conviciis discedendum esse proclamant, qui vetustos Hibernos injuriis, et vituperiis innumeris cumulavit.—In his contumeliis refellendis immorari non est animus, non enim per tempus licet, neque si liceret, id vel indoles sinit, vel industria, a studiis partium aliena, concedit.—Sed cum in *Dissertatione Præliminari* Res Hibernicas, ordine Chronologico, usque ad Sæculum VIII succincte perstringens, illustrium antiquorum testimoniis amplis, præclaris, nulla invidia delendis, demonstraverim, Nordanhymbros Literarum usum *primum* ab Hibernis didicisse, et *Camdenum* non aliud quam candidissimi Historici officium præstitisse, quando scripsit—"Anglo-saxones iis tempo-"ribus in Hiberniam, tanquam ad bonarum literarum mercaturam confluere solitos," (2) et *Bedam* pariter Historicæ veritati morem gessisse, eadem, suo irrefragabili testimonio, a mille ducentis annis

(1) *Archæologia* Lond. 1787, vol. 8, pag. 186. *Ledwich* Antiq. pag. 141.
(2) Camden Hibern. pag. 730.

exarato, iterum iterumque confirmans, (1) ordo jam postulat, ut idem argumentum prosequar usque ad Sæc. IX, non errores arguens, nec inania texens commenta, sed vera enarrans, et omni quo possum studio ac fidelitate, fidem meam, in his Annalibus edendis, liberare contendens.

Imprimis itaque notandum est, Jocelinum, qui eodem sæculo floruit quo Giraldus, originem *tenebrarum* Hiberniæ, ab eo ipso Danorum ingressu deducere, a quo Artium liberalium, et Vitæ humanioris, et urbanitatis *initia*, absurde nimium, et ridicule repetunt recentiores quos supra memoravi—"Tempus tenebrarum Hiberniæ illud autumaverunt, inquit *Jocelin*, quo prius *Gurmundus*, " et postea *Turgesius*, Norwegienses Principes Pagani, in Hibernia debellata regnabant." (2) " Pars plurima Tractatuum de Gestis S. Patricii, principantibus Gurmundo, et Turgesio, con- " sumpta periit incendio." (3) Jam vero Danorum in Hiberniam appulsum refert ipse *Giraldus* ad annum æræ communis 818, quo " Dani sive Nordmanni, duce Turgesio Norwego, Hiberniam per " annos triginta tributariam effecerunt, et Gentili furore debacchantes, Ecclesias fere omnes de- " struxerunt, libros incendio absumpserunt, viros eruditione et sanctitate illustres in latibula com- " pulerunt, et inventos Martyrio affecerunt, unde *nova in florentissimam Insulam invecta est barba-* " *ries.*"(4) Eadem tradit auctor vetus Actorum S. Geraldi Maionensis, " Turgesius Norvegiensis, " tyrannus valde crudelis, totam devastans Hiberniam, tandem ad Maionensem deveniens Eccle- " siam, templum quod fuit ibi a Sanctis constructum, ac *asseribus plumbeis* contectum, in con- " temptum Dei et Sanctorum comburendo destruxit." (5) Hanc porro vastationem respiciunt quæ de *nongentis Monachis*, a Piratis una die, in Benchoria Hibernica interfectis, traduntur a S. Bernardo.—Primam Hiberniæ vastationem per Danos referunt hi Annales, cum Tigernacho, ad annum 795, (6) secundam ad annum 798, (7) sequntur diversæ immaniores ad annos 806, 811, 818. Ergo vel Giraldus et Jocelinus, ejusdem ævi Scriptores, se mutuo destruunt, vel potius fateri cogimur, ut veritas ipsa postulat, Giraldi convicia non ad antiquiores Hibernos referenda, sed ad eos quos, Sæculo xii, hostes habebat tam infensos, ut *in duas Hiberniæ terniones* pedem nunquam inferre audoret, ubi, ut ipse loquitur, " *Capti decapitati, non redempti sed interempti fuerunt.*" (8) Neque enim Hiberniam novit, donec Danorum furore prostrata, et cruentissimis civium inter se dimicantium bellis civilibus lacerata, in barbariem proclivis impelleretur. Quod si peregrini conditio, et Hibernicæ linguæ inscitia, non impediant quo minus Historici veracis titulum obtineat, id saltem, atque imprimis, cavendum est, ne Scriptori, de suis laudabilia, de hostibus turpia scribenti, facile assentiamur. (9) S. Bernardus, qui paulo ante Giraldum floruit, obiit enim anno 1153, de Schola *Benchorense* in Ultonia, e qua Sancti *Columba*, et *Columbanus*, Hyonæ, et Luxovii fundatores prodiere, inquit—" Nobilissimum Monasterium sub primo Patre *Comgello*, *multa millia* Monachorum " generans, *multorum* Monasteriorum caput, Locus vere Sanctus, fæcundusque Sanctorum, copio- " sissime fructificans Deo, ita ut unus ex filiis Sanctæ illius Congregationis, nomine *Luanus*, [a quo

---

(1) Bed. l. 3, c. 27, l. 4, c. 4, et 26, Vide notas ad hor. Annal. ann. 663, supra p. 56, ann. 675, pag. 60, et ann. 684, pag. 62.

(2) *Jocelin* c. 175, in Triade pag. 104. (3) Ibid. c. 186, pag. 106.

(4) *Giraldi* Topogr. Hib. Dist. 3, c. 37, *Usser.* Primord. p. 1173, et Chronic. de Gest. Normannor. in Histor. Francicar. Scriptor. Andreæ Du Chesne edit. t. 2, pag. 525.

(5) Acta Giraldi apud Usser. ibid. (6) Vide supra ann. 794, pag. 117. (7) Vide supra ann. 797, pag. 119.

(8) *Hibern. Expugn.* l. 2, cap. 36. (9) Polybius Casauboni edit. Paris 1619, pag. 164, 5.

" *Ath-lone*, i. e. Vadum Luani nomen accepit] centum solus Monasteriorum fundator extitisse " feratur, quod idcirco dixerim, ut ex hoc uno conjiciat Lector, quam ingens fuerit reliqua multi- " tudo. Nec modo Hiberniam, Scotiamque, repleverunt genimina ejus, sed in exteras etiam " nationes, quasi inundatione facta, illa se Sanctorum examina effuderunt, e quibus ad has nostras " Gallicanas partes S. Columbanus ascendens, Luxoviense construxit Monasterium, factus ibi in " gentem magnam, &c." (1)

Eadem tradit auctor antiquus libelli " De Officiorum Ecclesiasticorum Origine," MS. in Cottoniana, quem " *a nongentis annis exaratum*" fuisse, testatus est Usserius anno 1639. (2)—" B. Pa- " tricius ipsum cursum, qui dicitur præsente tempore *Scotorum*, decantavit, et post ipsum B. " Wandilocus senex, et *B. Comogillus*, qui habuerunt in eorum Monasterio Monachos circiter tria " millia. Inde B. Wandilocus in Prædicationis ministerium a *B. Comogillo* missus est, et B. Co- " lumbanus partibus Galliarum destinatus est Luxovium Monasterium, et ibidem ipsum cursum " decantaverunt, et inde postea percrebuit fama sanctitatis eorum per universum orbem, &c." (3) De hac vetusta Academia *Benchorense* agit Auctor Vitæ S. Comgalli, quam ex Codice venerando Ardmachano, laudato ab Usserio, (4) edidit Sirinus. (5) Itemque *Jonas* Abbas Bobiensis, S. Columbani æqualis, in Vita Columbani, quam, ex vetusto Codice S. Maximini Trevirensis, editam habemus ibidem. (6) Paulo post Jonam, *Adamnanus*, qui Bedam toto fere sæculo antecessit, sæpius *Comgallum* memorat,(7) et *Codex Vaticanus* MS. in pluteo undecimo Compilationis *Kirkestedii* apud Sirinum p. 302, et ante omnes, *S. Columbanus*, ejus in Schola Benchorense discipulus, qui, in Instructione sua secunda, *Comgallum* laudat Venerandum, ejusque " *luculentissimam*, *elegantissimam*- " *que doctrinam*" ad doctrinæ propriæ confirmationem extollit. *Cumineus* etiam, S. Columbæ discipulus, et testis oculatus "*Comgallum*, *Cainnechum*, et *Brendanum*, nobilissimos Abbates de Hiber- " nia ad Hiense Monasterium, visitandi Columbam gratia, advenientes" memorat, eademque ex Cuminei libro, et aliis, narrantur ab Adamnano. (8)

Ex his vetustissimorum testimoniis, non levis suspicio orta est, Bangoriam Britannicam ab Hibernica nomen, et originem traxisse, (9) cum primus qui Britannicam memoret sit *Beda*, (10) quem *Comgal*, *Columba*, et *Columbanus* annis saltem 100 antecesserunt. De *Comgallo* Camdenus inquit " ut S. Augustinus in Africa, et S. Martinus in Gallia, ita S. Comgellus in Hibernia, et " Britannia, Monasticam vitam propagasse narratur." (11)—Utcumque hoc sit, illud pro inconcusso tenendum est *Benchoriam* Hibernicam, *Dearmacham*, et *Derriam*, præcessisse Hyonam, quam, ex locupletissimis Bedæ, et Adamnani testiminiis, non ante annum 563 a Columba

---

(1) *S. Bernard.* Vita S. Malachiæ c. 5, et *Mabillon* Annal. t. 1, p. 209. (2) *Usser.* Primord. p. 342.
(3) Vide *Bibliothecam Hibernico Cotton.* MS. in Stowense, Usser ib. p. 917, et *Spelman* Concil. t. 1, p. 176.
(4) *Primord.* p. 911. (5) *Collectanea Sacra.* p. 303.
(6) Ibid. p. 219, et *Ward* de Patria Rumoldi p. 185.
(7) *Adamnan* de Vita Columbæ l. 1, c. 49, in Triad. p. 349, et l. 3, c. 13, p. 366, et c. 17, pag. 367.
(8) Ex *Cuminei* de Vita Columbæ c. 12, in Triade p. 326. *Adamnan* ibid.
(9) " Cnobersburg Monastery in Suffolk was of some of the ancient Irish orders, as that of Bangor in Wales above " mentioned." *Stevens* Dugdale Monasticon, vol. 1. Lond. 1722, p. 216, col. 2. Confer *Twisden* Rise of the Monastic State, et not. ad ann. 631, supra p. 45, et ad ann. 756, p. 97, 98.
(10) Bed. l. 2, c. 2, p. 80. (11) Gough's Camden, vol. 2, p. 422.

conditam fuisse, in Dissertatione Præliminari demonstravi. Ambo consentiunt et *Derrensem* in Ultonia, et *Dearmachanam* in Comitatu Regio, ab eodem Columba ædificatas, *antequam ex Hibernia peregrinaret.* (1) Et quidem *Derrensem* annis saltem 17 ante Hyonam, anno nempe 546, fundatam tradunt Annales Ultonienses, et in Indice Chronologico Usserius; et Beda de *Dearmachana* inquit—" Fecerat autem Columba, *priusquam Britanniam veniret*, Monasterium nobile in Hibernia, " quod, a copia, Roborum *Dear-mach* lingua Scotorum, i. e. campus Roborum cognominatur, ex " quo utroque Monasterio, plurima exinde Monasteria per discipulos ejus, et in Britannia, et " Hibernia propagata sunt."

Notker Balbulus, Monachus *S. Gallensis*, Carolo Calvo æqualis, de S. Comgallo inquit—" Cum plurimos discipulos, vel socios, sanctitatis suæ pares habuisset S. Columba, unum tamen " *Comgellum* scilicet, Latine, Fausti nomine illustrem, Præceptorem B. Columbani, magistri Do- " mini et Patris nostri *Galli*, virtutum ac meritorum suorum quasi unicum, exemplo Isaac, reli- " quit heredem." (2)—Inter Dearmachanas antiquitates, Evangeliorum *Codex vetustissimus* servabatur, quem ipsius Columbæ fuisse, Monachi, antiquorum traditione edocti, dictitabant, ex quo, et ex altero non minoris vetustatis, eidem Columbæ assignato, quem in urbe *Kelles* Midenses sacrum habebant, binos libellos, ad Variantium Lectionum usum, *Usserius* concinnavit. (3)

Quemadmodum Scholæ Hibernicæ, huc usque memoratæ, sunt *Hyona* antiquiores, sic Schola *Cluain Ednach*, *S. Fintani* Præceptoris S. Comgalli, et altera Schola *Cluain Iraird* [hodie Cloonard], a S. *Finniano* fundata anno 520, pro prædictarum Hibernicarum Matricibus habendæ sunt. Non solum enim Comgal et Columba, verum et duo *Brendani*, duo *Kierani*, *Canicui* a quo Kilkennia nomen accepit, *Coemgin* Glindalochensis, *Lasreanus* senior, et alii plurimi istius sæculi Doctores, *Finnianum* Cloonardensem, et *Fintanum* de Cluain Ednach Magistros coluere. (4)

Neque confundendi sunt Finnianus, vel Fintanus prædictus, cum *Finteno* ab Adamnano memorato, (5) cujus obitum IV *Magistri* referunt ad annum 634, (6) vel cum *Finniano Pontifice*, pariter S. Columbæ Magistro, ab eodem memorato, ubi inquit—" Alio in tempore Vir Sanctus Columba Venerandum *Episcopum Finnionem*, suum videlicet *Magistrum*, juvenis senem adiit;" (7) duos enim habuit ejusdem nominis Magistros, quorum unus fuit Abbas *Cluan-Irardensis*, alter Episcopus *Maghbilensis* in Hibernia, et postea *Lucensis* in Italia.—Prioris memoria die Feb. 23, alterius die Septemb. 10, iterumque die Novemb. 18, in vetustis Calendariis, duplici annua solemnitate, consignata celebratur. (8) De primo plura habent auctores

---

(1) Adamnan l. 1, c. 3, edit. Colg. pag. 339, l. 1, c. 29, p. 344, l. 2, c. 39, p. 361, et l. 3, c. 15, Bed. l, 3, c. 4. edit. Cantabr. p. 107, Camdenus, et alii male confundunt Dearmach et Ardmach. Camd. Hibern. p. 764.

(2) *Notker* Martyrol. edit. Canisii, Lection. Antiq. V. Id. Jun.

(3) Primord. p. 691. (4) *Adamnan* l. 1, c. 1, c. 3, ubi *Ceranum Clonensem* memorat, c. 4, ubi *S. Colmecchum* l. 1, c. 25, 26, l. 2, c. 1, et 12, l. 3, c. 2, 3, 4, 17, et c. 21, et Primord. p. 908, 909, 910.

(5) Adamn. de Vita Col. l. 1, c. 2. (6) Hi Annales ad ann. 638, ambo ad ann. æræ com. 639.

(7) *Adamnan* l. 3, c. 4.

(8) *Ængusii Colidei* Festilogium—opus Sæculo VIII exaratum, cujus extant Fragmenta in Cod. Bodleiano Laud F. 95, a quingentis et amplius annis descripto. Item Calendaria apud Colgan in Actis p. 633, et *Capgrave* ad 10 Sept.—*Molani* notæ ad Usuardum *Tabulæ Lucenses* ad 18 Nov. *Baronius* in not. ad Martyrol. Rom. 18 Martii, *Usser* Primord. p. 954.

infra memorati. (1) De Secundo agunt, ante Bedam, *Cumineus*, (2) *Adamnan*, (3) *Gregorius Magnus*, (4) et Excerpta ex Vetusto Adamnani Codice apud Usserium. (5) Baronius inquit ab hoc " *Finniano Episcopo, Tabulas Lucenses Romam allatas.*" (6) Plura de eo habet in erudita Canonicorum Regularium Historia *Pennottus*, et Scholæ *Cluan Irardensis* initia refert Usserius ad ann. 520. Hæc satis dilucide unum ab altero *Finniano* distinguunt, nec minori evidentia *Fintanum* ab utroque distinguit *Mabillonius*. " *S. Finnianus* qui et ipse apud Turones aliquando versatus est, reversus " in Patriam, i. e. Hiberniam, quædam ædificavit Monasteria, multosque habuit celebres discipu- " los, quorum illustriores fuere *Brendanus*, et ipse complurium Monachorum Pater, *Columba*,...et " *Fintanus*, multorum itidem Monachorum Abbas, et Præceptor, quos inter præcipuus fuit *Com-* " *gellus Bencorensis*, qui erudiit Columbanum, Luxoviensis Monasterii [in Gallia,] et Bobiensis " in [Italia,] aliorumque Parentem." (7)

Hæc inquam, Vir perspicax, et veri scrupulosus indagator, optime distinguit. Unus enim e S. Comgalli Præceptoribus, et quidem præcipuus, fuit " *Fintanus*, Abbas Monasterii *Ednach* in plebe " Laighes, in Aquilonali Lageniensium plaga, juxta radices montis *Bladhma*," (8) in cujus Actis, editis partim ab Usserio, et integre a Colgano, Bollando, et Henschenio dicitur " Discipulum " fuisse *Coemani de Enachtruim*, qui fuit discipulus Columbi filii *Criamthain*, qui jacet in sua civi- " tate Tirdaglass, in terra Momoniæ, juxta fluvium Sinna." (9)—Finniani discipulus S. *Canicus*, Achaboensis Scholæ conditor, is est qui Patre Lugadeco *Poeta* natus, anno 515 secundum quosdam, sed 527 secundum Ultonienses, scripsit, in Insula Roscrea, IV Evangeliorum volumen, de quo vetustus auctor apud Usserium inquit—" Usque hodie in loco ejus manet, et vocatur ab antiquis " *Glass Cainnich*." (10) Eundem Canicum de Vita Columbæ ante Adamnanum scripsisse tradit *Waræus*, (11) ejusque Scholam Achaboensem sæpius memorat Adamnan, (12) qui pariter memorat Scholam *Birrensem*, a *Brendano*, *Neimi* sive *Neimandi* clari *Poetæ* filio, fundatam, (13) et *Cluanfertensem* in Connacia conditam a celeberrimo *Brendano*, *filio Findlogæ*, qui ibidem obiit anno 577, vel 583; nam et utrumque Annales Ultonienses indicant, et in utroque dies 17 Kalendarum Junii in Dominicam incidit, quod contigisse eo anno quo obiit, Vitæ ejus auctor Vetustus, in nostra *Bibliotheca Hibernico Cottoniana* memoratus, declarat. (14)

Antiquis his Academiis alias antiquiores præcessisse, argumento sunt quæ de *Celestio Scoto* supra retulimus in nota ad annum 756, pag. 97, et quæ de *S. Ibari* Schola *Beg-erinense* dicta sunt in nota ad annum 500, p. 9, et in vetusta Vita *Abbani*, ejus discipuli, cujus meminit Camdenus, (15) quamque ex Codice Kilkennense edidit Colgan, qui Scriptorem *a nongentis annis* floruisse, variis argumentis, ab

---

(1) Acta *Moluæ*, seu Luani, ex Codice Venerando Ardmachano laudato ab Usserio, edito a Sirino, *Collectan. Sacr.* p. 368, et Excerpta ex eodem Codice apud Usser. ib. p. 908, 1016, et in Triad. p. 127, *Mabillon* Annales Bened. t. 1, p. 109-10, l. 8. (2) *Cumiani* de Vita Columbæ c. 4, in Triade p. 325.

(3) *Adamnan* l. 1, c. 2, l. 2, c. 1, 2, c. 4, 2, l. 3, c. 4. (4) *S. Gregorii* Dialogor. l. 3, c. 9. (5) Primord. p. 904.

(6) Confer etiam *Muratorii* Rer. Ital. Script. t. 13, p. 49. Mediolani 1728. (7) *Mabillon* ib. p. 208.

(8) Vita Fintani vetusta edita a Bollando 17 Febr. et apud *Usser.* Primord. p. 962, et in Triade p. 353 not. 7.

(9) Vide memoratos in dictis nota præcedente, qui conferendi sunt cum vita Vetusta Comgalli, edita ex Codice venerando Ardmachano in *Collectan. Sacr.* pag. 304, et cum Mabillonio Annal. t. 1, p. 209-10.

(10) Primord. p. 1065. (11) *Waræi* Script. l. 1, c. 3. (12) *Adamnan* l. 1, c. 4, l. 2, c. 13, l. 3, c. 17.

(13) *Adamnan* l. 3, c. 3. *Cumian* ib. c. 7, p. 321. Obiit hic Brendanus anno 571.

(14) MS. in Bibliotheca Stowense, et Usser. p. 533 et 955. (15) *Gough's Camden*, Berkshire—Abingdon.

intrinseco petitis, demonstrare conatur. Item quæ de Ibaro dicuntur in Litaniis *Aengusii* qui, absque dubio, Sæculo VIII floruit, et ab *Usserio*, in Indice Chronologico ad annum 490,—" In " Hibernia ad Begerinensem Ibari Episcopi scholam, literarum Sacrarum, aliarumque liberalium " Artium discendarum gratia magna confluebat auditorum multitudo." Ibari obitum supra relatum vidimus in his Annalibus ad annum 500.

DE ACADEMIA ARDMACHANA.

His tamen omnibus, huc usque memoratis, antiquior est Schola *Ardmachana*. Ab Urbe condita, usque ad hanc civitatem fundatam, inquiunt hi Annales, anni 1194. Atqui, notante Usserio, a Roma condi cæpta usque ad annum æræ communis 445 cui Ultoniensium 444 respondet, anni 1194, revera, juxta Polybii rationes, effluxerunt, quam summam numerus annorum a Varronianis Palilibus deductus, triennio tantum superare doctissimi viri fatentur.

" *Studium aliquando in Civitate Ardmacha rexisse Gildam*" tradunt non solum Pitseus, Balæus, et Harpsfeldus, quos non nisi admodum caute legendos memoro, verum et *Usserius*, et Sæculo XI *Caradocus* Lancarvanensis in Vita Gildæ senioris, nempe *Albanici*, quem aliqui, temporum rationem ignorantes, cum *Badonico* imperite confundunt. (1) Codex Floriacensis Vitæ ejusdem, e quo Excerpta quædam edidit Usserius, Gildam in Hibernia, et Hibernorum industria, in *Divinarum Literarum Scientia plenius quam in Gallia, institutum fuisse declarat.* (2)—De Clero Britannico Hiberniam, ipsius S. Patricii temporibus, causa studiorum adventante, agit Canon vetustissimus Synodi SS. *Patricii*, *Auxilii*, et *Iserninì*, cujus Acta edidit ex duobus antiquis Codicibus Cantabrigiensibus *Spelman*, (3) et ex Codice Andegavensi J. Waræus. (4) " Clericus qui de Bri- " tannis ad nos venit sine Epistola, et si habitet in plebe, non licitum ministrare." De hoc Codice Andegavense egit Sirmondus qui eum Usserio communicavit. Meminit ejusdem Synodi ex eodem Codice, et ex alio Floriacense *Labbe* in Bibliotheca MSS. Codicum edita Parisiis anno 1653. Aliud exemplar venerandum extat in Cottoniana, (5) et sextum edidit *Martene.* (6)

Porro de Schola Ardmachana, paucis, et obiter egerunt Neubrigensis, Giraldus, (7) Jocelinus, S. Bernardus, et Tigernach. Auctor *Operis Tripartiti*, cujus vetustissimum exemplar *Sirino* communicavit *Stephanus Vitus*, inquit " In ipsa jam civitate, scilicet Ardmacha, summum studium literale " *manet* semper." (8) Illustre testimonium exhibent hi Annales, ex quibus, ad ann. 782, et ex nota eidem anno apposita, plane constat, antiquos Hiberniæ Reges, consuetudine vetusta, ex ipsa vetustate vim Legis obtinente, Academiam Ardmachnam annuo stipendio patrocinari et alere consuevisse, et Rodericum, ultimum Hiberniæ Regem Hibernici generis, stipendium Supremi Professoris " annua pensione auxisse, suosque successores, dato Diplomate, ad eandem pensionem quotannis " solvendam, *ea conditione obstrinxisse, ut studium generale pro Scholaribus tam ex Albania, quam* " *ex Hibernia adventantibus Ardmachæ continuaretur.*" (9)—Cum his, quæ in dubium revocari

---

(1) *Caradoc* Vita Gildæ c. 9. (2) Excerpta edita ab Usserio Primord. pag. 907.
(3) *Spelman* Concil. t. 1, p. 3. (4) *Waræi* opuscula ed. Lond. 1656, p. 46. Item *D'Acherii* Spicileg. t. 9.
(5) *Biblioth-Hibernico Cotton.* Vitel. D. vii. MS. in Stowense. (6) *Martene* Thesaur. Anecdot. t. 4, p. 2.
(7) *Neubrigens* de Reb. Angl. l. 3, c. 9. *Girald* Topogr. Dist. 3. c. 16, apud Usser. ib. p. 859.
(8) Excerpta apud Usser. ib. et Sirini Collectanea Sacra p. 274, n. 18. Confer *Probum* l. 2, c. 7.
(9) Vide notam ad ann. 782 supra p. 111, et IV Magistror. Annales Hibern. in Biblioth. Stowense ad ann. 1162.

nequeunt, consentire arbitror, quæ ex vetustis codicibus, de civitate Dubliniense tradit sæculo 12 Jocelinus—" Statuisse Cives, vivente adhuc S. Patricio, de singulis navibus mercimonialibus cap- " pam competentem Ardmachano Primati, aut cadum mellis, seu vini, aut ferri falcem, seu men- " suram salis, de singulis vero tabernis, medonis seu cervisiæ metretas singulas, de omnibus etiam " officinis, et virgultis exenia, donumque conveniens in sotularibus, chryrothecis, cutellis, pectini- " bus et aliis hujusmodi rebus, &c." (1)

Neque tantum in gratiam juventutis Albanicæ, et Hibernicæ, Academiam Ardmachanam institutam, verum etiam *Anglo-saxones* ejusdem munificentiæ participes effectos fuisse, suadent verba Bedæ " Multi Nobilium simul et mediocrium Anglorum, relicta Insula Patria, *Hiberniam*, vel Divinæ " Lectionis, vel continentioris vitæ gratia, secesserunt, quos omnes Scotti libentissime suscipientes, " victum eis quotidianum sine prætio, libros quoque ad legendum, et *Magisterium gratuitum* præ- " bere curabant." (2) Eodem testante, Monasterium *Maionense*, quod Hibernice *Magh da eo* [campus duarum quercuum], et *Magh da eo Saxon* [Monasterium Saxonicum campi duarum quercuum] appellatur, (3) pro Saxonis ædificatum est a Colmanno Episcopo Hibernense anno 668. (4)——Neque prætereundum est Ardmacham, antiquitus, in varias portiones divisam fuisse, quarum una " *Trian Saxon*" i.e. ternaria portio, seu divisio *Saxonum* nominabatur, IV *Magistri* enim ad annum 1092, inquiunt—(5) " *Rath Airdamacha con a temploibh do* " *loscc an cetramhadh Kal. do September, agus sreth di Triuin moir, agus sreth do Triuin* " *Saxon.*" [Arx Ardmachana cum suis Ecclesiis incensa die IV Kal. Septembris, et platea " divisionis quæ *Divisio magna* dicitur, et platea divisionis quæ *Divisio Saxonum* dicitur in- " cendio vastantur.] Iidem Annales ad annum 1112, inquiunt—" *Rath Ardamacha con a* " *templ. do loscc in* x *Kal April, agus da sreith do triuin Massan, agus an treas sreth do triuin* " *mhoir.*" [Arx Ardmachana cum Ecclesiis suis, duæ plateæ in divisione ternaria dicta *Trian* " *Massan*, et tertia platea in divisione dicta *Trian mor* incendio vastantur."]—Ex his colligimus Ardmacham olim in partes ternarias divisam fuisse, id enim voce Hibernica *Trian* manifeste intelligitur, quarum una *Trian Saxon*, [Ternaria divisio Saxonum,] illud nomen adepta videtur, vel quia mercatores, vel quia Studiosi Anglo-saxones illic habitare solebant; sed de mercatoribus nulla extat memoria, neque erat Ardmacha urbs maritima, at de Monachis, et studiosis Anglo-saxonis Hiberniam turmatim, bonarum literarum gratia, adventantibus, plura tradunt *Beda*, (6) *Alcuinus* in Vita Willibrordi prosaica, et metrica, *Aldelmus*, primus Anglorum qui Latine scripsit, in Epistola ad Eathfridum, (7) *Johannes Cambrobritannus* in vita Patris sui Sulgeni, Episcopi Menevensis anno 1070, (8) Camdenus, (9) et plurimi alii, quos longum esset enumerare. Sufficiat pro omnibus *Aldelmus*, qui " *Eahfrido ex Hibernia in Patriam reverso*" inquit—" Ineffabiles Altithrono " grates obtulimus, quod ab incolatu externi ruris *Hiberniæ*, ubi, ter bino circiter annorum cir- " culo, uber Sophiæ sugens metebatur, repatrians, Præceptoris vocamine sortio fretus fungeris

---

(1) Jocelin c. 71. Triad. p. 91.
(2) *Bed.* l. 3, c. 27. Vide supra not. ad ann. 663, pag. 56.
(3) Confer Colgani Acta p. 604, cum Bed. l. 4, c. 4, et ann. 663, pag. 56 supra, et not. cum anno 675, et not. supra, p. 60. (4) Bed. l. 4, c. 4. (5) *MS. Codex in Stowense* ann. 1092.
(6) Bed. Hist. l. 3, c. 23. l. 4, c. 4. (7) Veter. Epistolar. Sylloge, p. 37. (8) Ibid. Præfat.
(9) Camden Hibern. p. 730.

" Illud æque nequaquam dissimulo propalare, ad *doxam onomatis Cyrii* magnopere inolevisse, quod " præconio citra modum rumoris, Scottico in solo degentium, quorum contubernio parumper fretus " es, auditus nostri quatiuntur, et per tot tantaque telluris stadia lectionis opinio Pagis, Provinciis- " que divulgata crebrescit. Siquidem tam creber meatus est istinc illincque, istuc illucque, navi- " gero æquoreas fretantium calle gurgites, velut quædam contribula apium germanitas, nectar fabre " conficientium. Nam quemadmodum alternatim mellifluum examen, flava bajulans gestamina " asportat, eodem modo, ni fallor, lurconum conglobatio Lectorum, [*tunning tat fridh*] ac residua " Sagax discipulorum caterva, florigeris hagiographæ ex arvis, non solum artes *Grammaticas*, atque " *Geometricas*, bis ternasque omissas *Physicæ artis Machinas*, quinimo *Allegoricæ* potiora, ac " *Tropologicæ* disputationis bipartita bis oracula, siticulose sumentes carpunt, et in alveariis " Sophiæ, jugi meditatione loco tenus servanda, condentes abdunt. Ex quorum catalogo tuam pro- " ficisci solertiam, præda onustam, excellens fama percrebuit."....." Cur inquam *Hibernia*, " quo catervatim istinc lectores classibus advecti confluunt, ineffabili quodam privilegio efferatur: " ac si istic, fæcundo Britanniæ in cespite, *Didascali* Argivi, Romanive Quirites reperiri minime " queant! Quamvis enim prædictum *Hiberniæ* rus, discentium opulans, vernansque, ut ita dixerim, " pascuosa numerositate Lectorum, quemadmodum poli cardines, Astriferis micantium ornentur " vibraminibus siderum, ast tamen Britannia *Theodoro* potitur." (1)

Ex dictis huc usque, neque enim ulterius in rebus tam manifestis opus est immorari, Lectoribus, a partium studio alienis, luculenter patet, quam prepostere, ne dicam *mala fide*, a veritate Historica declinaverint Edinburgenses, qui Forduni Scotichronico notam hanc apponere non erubuerunt— " Sane narrat Beda in Vita S. Cuthberti *Aldfridum* in *Insulis Scottorum* ob studium literarum " exulasse; at per illas *Insulas* minime Hibernia, *literis nunquam celebris*, sed *Hebrides*, et Hii " præcipue designari videtur." (2)—Errare humanum est, sed Veterum Auctorum textum *corrumpere*, infamiam parit indelibilem, et odium inexpiabile meretur. Bedæ verba sunt—" Ecgfridus " post annum, Pictorum Gladio trucidatur, et *Aldfridus* in Regnum, *frater ejus nothus*, substituitur, " qui non paucis antea temporibus, in *Regionibus* [non in *Insulis*] Scottorum, Lectioni operam " dabat." (3) Hæc verba a Malmesburiense, ex Vetustis Codicibus, et Historiis, quæ suo tempore extabant, sic explicantur. " Ecgfridi necem ad fratris Alfridi aures, anxie, præcipiti pervenit Epistola " penna. Is quia nothus, ut dixi, erat, factione optimatum, quamvis senior, Regno indignus æsti- " matus, in *Hyberniam*, seu vi, seu indignatione secesserat. Ibi et ab odio Germani tutus, et " magno otio literis imbutus, omni Philosophia composuerat animum. Quocirca Imperii habenis " *habiliorem æstimantes*, qui quondam expulerant, ultro expetiverunt." (4) Eadem tradit Harpsfeldius (5) " Invitatum ex *Hibernia* a Proceribus ad Regnum capescendum, ubi exul, sed magno " suo bono delituerat, literis sacris præsertim, egregie ibidem animum excoluit, et administrandæ " Reipublicæ magis inde idoneus redditus est." Bedæ locum, ab Edinburgensibus corruptum, egregie explicat Doctissimus Smith. " Aldfridus sub regno fratris sui Ecgfridi, seu vi, seu

---

(1) Veter. Epist. Sylloge p. 38, 39, 40. (2) *Forduni* Scotichron. l. 3, c. 51, p. 159. Edinburgii 1759.
(3) *Bed.* de Vita Cuthberti—edit. Cantabr. 1722, c. 24, p. 248, 280.
(4) *Malmesbur.* de Gest. Reg. Anglor. l. 1, vide Scriptores post Bed. l. 1, p. 21, edit. Francof. 1601.
(5) *Harpsfeld* sæc. 7, c. 27.

" indignatione *in Hiberniam* secessit, nec impossibile est, tutelam ei ab Hibernis concessam, ansam " aliqualem belli *Hibernici* Egfrido præbuisse." (1) Idem iterum repetit "*Aldfridum Hiberni Doc-* " *tores erudiebant.*"(2) Neque confundendus est hic, cui Adamnanus, Legatus ex Hibernia veniens, a Rege Hibernorum missus, librum de locis Sanctis Hierosolymitanis, approbante Patria, et Rege annuente porrexit, (3) cum Alchfrido filio Oswii. De priore agit Chronicon Saxonicum ad annum 685, quo ad regnum pervenit, et ad ann. 705, quo obiit. De posteriore, Beda, l. 3, c. 14, ann. 642, et c. 25, ann. 662.——*O'Neillorum* Prosapia, descripta in o'Duvegani Codice Dubliniense anno 1315, tradit, *testante Gratiano Lucio*, (4) Aldfridi matrem *Fionam*, Colmanni Midiæ Regis filiam fuisse, et Aldfridum inter Hibernos *Flanni Fionni* nomen, a ma ris nomine deductum, inde retulisse, ac eundem Aldfridum auctorem esse Carminis Hibernici, de laudibus ac defectibus Hibernorum, cujus initium est " *Roidheat in Innis Finu Fail.*" Extat in Stowense exemplar operis Gratiani Lucii, in cujus margine nota hæc MS. ab Avo quondam meo apposita legitur, " Ego ipse " perlegi hæc [de Aldfrido,] in Codice membranaceo antiquissimo." Postea subjungit Anglice.--" I " have this poem in a very obscure character." [Extat penes me hoc Poema characteribus legi " difficillimis."] Deinde quatuor prima Poematis disticha exhibet, propria manu exarata ibidem. Ego minime assero genuinum esse Aldfridi fœtus, illud tantum ostendere animo proponens, quantum a veritate Historica *Edinburgenses* abberraverint, cum non solum Bedæ, et Malmesburiensi, et doctissimo vero Johanni Smith Bedæ editori, sese temere opposuerint, verum etiam antiquæ Hibernorum de Aldfrido traditioni scriptæ, extare enim in Hibernia vetustam de Aldfrido memoriam, quæ cum authenticis Saxonum testimoniis, omni exceptione majoribus, mire concordat.—Demonstravi jam Scholam *Benchorensem*, *Derrensem*, *Dearmachanam*, *Cloonardensem*, et alias Hibernicas, antiquiores esse quam *Hyona*, quæ ab ipsis petit originem, et tamen istis, licet Hyonæ Matricibus, antiquiorem esse Ardmachanam. Constat non unum, aut alterum, aut pauciores aliquot Anglos, sed multos *Nobilium* Anglorum, *hospitio*, *et Magisterio gratuito*, *et libris ad legendum* gratuito donatis, ab Hibernis, tam hospitaliter exceptos fuisse, (5) ut Beda *gentem innoxiam* laudans, " *Nationi Anglorum semper amicissimam*" fateatur. (6) Malmesburiensis de iisdem inquit ad ann. 684,—" Ecgfridus, Hybernenses, genus sane Hominum innocens, genuina simplicitate, nil unquam " moliens, vasta clade protrivit." (7)

Nimium in longum protraheretur oratio, si in aliis, huc plane spectantibus, diutius immorarem, ideoque Lectorem ad *Dissertationem Præliminarem* referendum censeo, ubi *de Origine literarum inter Nordanhymbros*, ex instituto, et copiose disserui. Interim annotasse sufficiat, Academias supra memoratas, floruisse usque ad finem Sæculi VIII, uti patet ex Catalogo Virorum doctrina illustrium, quem hi Annales exhibent, in quibus plurimi publici Professores, " *Fir legind*" appellati, et

---

(1) *Bed.* Hist. l. 4, c. 26, p. 175, not. 4, edit. Cantabr. 1722, et p. 174, not. 23. Malmesbur. ib. p. 20.

(2) *Bed.* Hist. l. 5, c. 19, p. 206, not. 8.

(3) Bed. ib. l. 5, c. 15, p. 200. not. 28. Itemque *Mabillon* Act. Bened. Sæc. 3, p. 502, et Annal. Ulton. ad ann. 686, p. 64, et not. ad ann. 703, p. 69.

(4) Cambrens Evers. pag. 129. (5) *Bed.* l. 3, c 27, pag. 136. edit. Cantabr.

(6) Ibid. l. 4, c. 26, pag. 174, et *Smith* in nota 23.

(7) *Malmesbur.* de Gest. Reg. Anglor. l. 1. Scriptores post Bed. edit. Francof. 1601, pag. 20. Confer Annal. Ulton. ad ann. 684 supra pag. 62, et 63.

scriptores, qui honorifico *Scribarum* officio, et titulo, insigniti erant, passim memorantur, idque eo magis notandum duxi, atque eruditorum Patriæ judicio, et æstimationi commendandum putavi, quia Scribæ officium valde honorificum fuisse, constat ex vetusto Codice Canonum Hibernensium, Sæculo VIII exarato, ex quo, Canones, ad Hiberniam peculiariter spectantes, edidit in tomo IX Spicilegii *D'Acherius*, unde colligitur Scribam eodem gradu, honore, et dignitate habitum fuisse quo *Princeps excelsus!* Eundem Canonem, ex alio Codice Bibliothecæ Bigotianæ Rotomagi, ab *octingentis annis* exarato, edidit *Martene*——" Sanguis *Episcopi, vel excelsi Principis, vel Scribæ* " qui ad terram effunditur, si collirio indiguerit, eum qui effuderit, Sapientes crucifigi judicant, vel " VII Ancillas reddat. Si in specie, tertiam partem de argento, et comparem verticis de auro, " latitudinem nec non, et similem oculi de gemma pretiosa, magnitudinem reddat." (1) Porro, IV *Magistrorum* Annales in Stowense, cum *Tigernacho*, et *Ultoniensibus* in sequenti Catalogo consentiunt, in hoc uno discordantes, quod Ultonienses uno anno, IV *Magistri* quinque annis æram communem ut plurimum antevertant.

CATADOGUS SCRIBARUM SÆCULI VIII EX IV MAGISTRIS.

DCCXX. *S. Caoch scuile scribneoir Doire Challggaigh aecc. S. Colman Uamach scribneoir Ardamacha, 7 S. Colman Banban scribhneoir Cille dara decc. S. Ruban mac mc Connaid sccribhneoir Mumhain.* [*S. Caochscul* Scriba Monasterii Roboreti interpretationum, hodie Derry, obiit hoc anno. *S. Colman Uamach* Scriba Ardmachanus, et *S. Colman Banban* Scriba Killdarensis, obierunt.—*S. Ruban* filius filii Connadii, Scriba Momoniæ.] Concordant *Tigernach*, et *Annales Ultonienses*, ad ann. 724, pag. 79. In anno quidem discrepare videntur, sed discrepantia est tantum apparens, cum Ultonienses æram communem uno anno, IV *Magistri*, ut plurimum, quinque annis antevertant.

DCCXXIV. *Mac Onchon scribhneoir Cille dara, Mac Concumbha sccribneoir Cluana mac nois.—Cochall Odar Scribnidh Beannchuir deg.* [*Mac Oncon* Scriba Killdarensis, *Mac Concumba* Scriba Cluanæ mac nois, *Cochall odar* Scriba Bennchorensis obierunt.]—Eadem habent Annales Ultonienses ad annum 729, supra pag. 81.

DCCXXV. *S. Colman ua Liottain doctuir toghe decc.* [S. Colman O'Liottan Doctor optimus obiit.]

DCCXXVI. *S. Ferdomhnach sgribneoir Ardmacha decc.* [S. Ferdomhnach Scriba Ardmachanus obiit.]

DCCXLII. *Cucummine eccne togaide eiside do ecc. as dó do roine Adamnan an rann dia greasacht fri leigionn.....Jacob ua Forannain Proicept. ergna ina aimsir aeg. Ruman mac Colmain Saoi in Eccna, ic Croinic, agus i Filidecht deg.* [Cucummine scientia præstantissimus obiit. In cujus laudem Poema composuit Adamnan, postquam sub ejus disciplina literis claruit. (2) *Jacob o'Farannan* Prædicator doctissimus sui temporis, obiit hoc anno, *Ruman* filius Colmanni, sapiens Scientia intellectuali, scientia Historica, et Scientia Poetica, obiit.]

---

(1) *Martene* Thesaur. Anector. t. 4, pag. 6, edit. Paris, 1717.

(2) Errat *Colganus* ubi inquit IV *Magistros* ejus obitum referre ad ann. 724. Triad. pag. 218, col. 2.

DCCXLIX. *Congus scribhnidh eps Ardmacha do ecc.* [Congusius Scriba Episcopus Ardmachanus obiit.]—Hujus Congusii Carmen memorant iidem Annales ad annum 732, quo *Aidum*, Hiberniæ Regem, in *Aidum Roen* Regem Ultoniæ incitat; atque ad sacrilegii crimen ab eo commissum ulciscendum hortatur. (1)

DCCLXVIII. *Daniel ua Foilene scribhneoir Letabhai deg. Gallbran ua Lingain scribhneoir Cluana mac nois deug.* [*Daniel O'Foilan* scriba Letabhaensis, *Galbran O'Lingan* scriba Cluanæ mac nois, obierunt.]

DCCLXIX. *Forandan scribhneoir 7 eps Treoit decc.* [Forandan scriba, et Episcopus oppidi Pontis obiit.] (2)

DCCLXXVIII. *Foruschana Pattraic iccruachain la Dubhdaleithe, agus la Tiopraitti mac Taidhcc* [Tributum Scientiarum S. Patricii hoc anno, in Regia Regum Connaciæ *Cruachan* dicta, (3) solutum Abbati Ardmachano Dubdaletheo, et Tibradio filio Thadei.] (4)

DCCLXXX. *Maelortraigh mac Conaill Ab. Chille Cuilinn agus scribneoir Cille na Manach ecc.* [Maelortrag filius Conalli Abbas Killcullinensis, et Scriba Killnamanachensis obiit.]

DCCLXXXIV. *In Gedmeter i. Fergil Abb. Achaidhbo deg. san ngermainne san xxx bl. dia eapscopoid.* [Geometres i. e. Virgilius, Abbas Achaboensis, obiit in Germania, anno 30 Episcopatus sui.] (5)

DCCLXXXIX. *Learban ban aircindeach Cluana Boireann. Colgu ua Duineachda fer Leighind cluana mac nois, a se do roine an scuaip chrabhaid d.* [*Learban* albus Præpositus generalis Monasterii *Cluanæ Boireann*, et *Colgu o'Donoghoe* Professor *Cluanæ mac nois*, qui librum scripsit cui titulus "*Scopa Devotionis*" obierunt.] Hic *Colgu* idem est ad quem Alcuinus Epistolam scripsit editam a *Du Chesne* (6) cui titulus "*Benedicto Magistro, et pio* "*Patri Colcu, Alcuine humilis Levita salutem.*" Eadem Epistola edita ab Usserio, extat in Sylloge Epistolarum Hybernicarum No. xviii, pag. 51, Colganus penes se habuit aliud ejusdem Colchui opusculum cui titulus "*Oratio Colgan Sancti Sapientis, et Præsbyteri, et Scribæ om-*"*nium Scotorum.*"——Itemque opusculum cujus supra fit mentio, "*Scuap-chrabhaid.*" (7) Longe diversus est ejusdem nominis S. Columbæ Socius, qui cum eo peregrinatus est ex Hibernia Hyonam, (8) et tertius *Colgeus*, pariter S. Columbæ Socius, *Ceallachi filius*, qui ab utroque distinguendus est. (9)———Fuit et quartus ejusdem nominis Abbas *Luscanensis*, qui subscripsit Synodo cuidam habitæ in Hibernia a S. Adamnano anno 695, cujus Acta Colganus penes se habuisse testatur, (10) quorum fragmentum edidit *Martene*. (11) Hæc ideo notavi, ut Lectori perspicue appareat, quam varia, quamque locis disjuncta sint, quæ ad nostrorum Annalium fidem

---

(1) Confer *Annal. Ulton.* ad ann. 751, supra pag. 95, linea 10.

(2) Hodie *Drogheda*, quæ vox derivatur a *Treoid* pons, corrupte *Droichid*, et *atha* vadum—i. e. Pons vadi, quod argumento est errare eos, qui *Pontes* veteribus Hibernis ignotos fuisse, opinati sunt.

(3) Hodie *Rathcroghan* prope Belanagariam in agro Roscommonense.

(4) Concordant *Annales Ultonienses* ad ann. 782, pag. 111, et not. ibid.

(5) De hoc *Virgilio* vide infra Annot. III. et Annal. Ulton. ann. 788, pag. 114, et not. ib.

(6) *Alcuini* Opere Parisiis a Du Chesne, et in *Lelandi* Collectan. t. 2, p. 392. Londini 1774. (7) Acta SS. pag. 379.

(8) *Adamnan* l. 1, c. 17. (9) *Adamnan* l. 2, c. 7, l. 3, c. 15, et l. 1, c. 35. Hujus vitam edidit Colgan ad 2 Feb. Ab eo nomen accepit *Killcolgan*. Prioris Vitam idem edidit ad 20. Febr.

(10) *Acta* pag. 382. (11) *Martene* Thesaur. Anecdotor. tom. 4, initio.

confirmandam concurrunt. IV *Magistri* ad annum 799 *Fothadium* memorant Ardmachanum, scriptorem, et Canonum interpretem, de quo *Tigernach*, et *Ultonienses* ad annum 803 inquiunt.—

Dccciii. *Ocus is ann sin ro saer cleric er la Aedh ar fecht, ocus ar sluagh do breith Fothaidh an Cannoine.* [Et tunc liberavit Rex Aed Clerum Hiberniæ a servitio militari, et immunitatem concessit ne in posterum ad bellandum adigerentur, idque ex sententia Fothadii Canonum interpretis.] Fothadius hic refertur ad idem tempus, ab antiquo Scholiaste Festilogii Ængusiani, qui Festilogium istud ab Aengusio Colideo exaratum fuisse inquit, in Monasterio Tamlactense, prope Dublinium, (1) " anno quo Aed VI Rex Hiberniæ, cognomento *Oirdnidhe*, expeditionem versus Lage-" niæ fines suscepit, *Conmacho*, Lageniæ Archiepiscopo, *B. Fothadio*, aliisque Cleri, et Populi Pro-" ceribus comitantibus, quo tempore Aengus Festilogium suum Fothadio, et Fothadius suum opus " pro cleri immunitate conscriptum, Ængusio præsentavit."—Ab aliis de eo rescensendis, ne sim nimium prolixus, abstineo, ut liceat quosdam monere, qui Edinburgensium erroribus alioquin obnoxii essent, Scholam *Rossensem* S. Fachnani, " in qua Brendanus, Nemandi clari *Poetæ* filius, artes " liberales prælegit," (2) et *Lismorensem*, et *Rathenicnsem* a Carthago conditas, et *Imelacensem* S. Albei, cujus obitum hi Annales, et Tigernach, et Innisfallenses referunt ad annum æræ communis 527, inter vetustas illas numerandas esse, quæ non solum *Hyensem*, verum etiam Hyonæ Matricem *Benchorensem*, et *Derrensem*, et *Dearmachanam* pluribus annis, imo toto sæculo antecessere. In Vetere Provinciali Romano *Rossensis* appellatur " *sedes Episcopalis Ross Ailithir.*" In Archivis Regiis apud Usserium *Ross Hilary*, in nostris Annalibus *Ross Oilithre*, i. e. Ross Peregrinantium, hodie Ross-Carbry, ubi etiamnum extat Ecclesia, *S. Fachnani* nomine insignita, quem Vetustus Scriptor Vitæ S. Mochoemogi, editæ partim ab Usserio, (3) integre a Sirino, ut *virum sapientem* laudat, et habitasse inquit " in Australi Hiberniæ parte, juxta mare, in suo Monasterio, " ubi crevit civitas *Ross Ailithry*, in qua *semper manet* magnum studium scholarium." (4)

Non ignoro hanc Vitam interpolatam, pluribus mendis scatere.—At interpolationes ipsas vetustas esse, demonstrat antiquitas Codicis Ardmachani laudati ab Usserio, itemque aliud exemplar ejusdem Vitæ, quod ex *Codice pervetusto* Kilkenniæ edidit Colganus, cujus Scriptor utitur variis phrasibus, et verbis priscis, et modis loquendi, quæ auctorem ante Danorum adventum scripsisse demonstrant. Ad omnem tollendam controversiam, sufficiat, *Adamnanum* ejusdem *Fechnani Sapientis* meminisse, (5) quem ab auctoribus prædictis memoratum declaravi.

Schola *Cluanensis*, quæ, a conditore " *Cieran mac an tsaighir*" (6) [Kierano filio Artificis,] *Dun-Kieranensis sedes* in vetere Provinciali Romano dicitur, (7) memoratur pariter ab Adamnano. (8) " Libuit visitare fratres qui in *Clonensi S. Cerani* cænobio commorabant, qui audito ejus accessu, " cum omni alacritate suum consequentes Abbatem Alitherum, S. Columbæ, quasi Angelo Dei, " obviam egressi, vallum Monasterii unanimiter pergunt, *hymnisque*, et laudibus resonantes, ho-" norifice ad Ecclesiam perducunt, quandamque de lignis Pyramidem, erga Sanctum deambulan-" tem constringentes, a quatuor viris æque ambulantibus, supportari fecerunt, ne videlicet

---

(1) *Codex Bodleianus, Laud*, F. 95. a 600 annis exaratus. Vide *Warei* Antiq. Lond. 1654, et *Colgan* Acta pag. 581.
(2) Primord. p. 1064, et Dissert. Prælim. ubi de antiquitate Artis Metricæ inter Hibernos.
(3) Ibid. p. 907,—910. (4) *Collectanea Sacra* pag. 381, et Usser Primord. p. 907.
(5) *Adamnan* de Vita Col. l. 1, c. 30, in Triade p. 345. (6) *Annal. Ulton.* ad ann. 548, pag. 19.
(7) *Notitia Episcopatuum* edita ab Auberto Miræo Antwerpiæ 1613. (8) *Adamnan* l. 1, c. 3, in Triade pag. 339.

" S. Senior Columba ejusdem fratrum multitudinis constipatione molestaretur."—Denique Scholam *Rathenicnsem*, prope hodiernam *Mullingariam*, quæ nomen accepit a *Muilin Carthaig*, [Mola S. Carthagi,] memorant duo exemplaria vetusta Vitæ S. Carthagi, quæ penes se habuit Usserius.—In utroque *Raithen* Civitas appellatur, posita in medio Hiberniæ, in plebe *Fearceall*, ubi maximum Monasterium ædificavit *Carthag*, in quo 867 Monachi simul sub eo floruerunt.—Usserius accurate notat *Mochuttai* eundem esse ac *Carthag*, celeberrimi Ratheniensis cænobii Abbas, et postea *Lismorensis* Antistes primus, unde et Lismor ab ipso *Lismor Mochuda*, et ipse a Rathenia *Carthag Raithen* nominatur.—(1) Expulsio hujus sanctissimi viri e Rathenia, per Reges Diarmait et Blathmac, refertur, in his Annalibus, et recte, ad annum 636. (2)

Hæc sunt quæ de antiquis Academiis, in his Annalibus, Sæculo VIII, memoratis, breviter notanda proposui, ut veritas, quæ contra hominum calliditatem sæpenumero se ipsa tutetur, neque obteri calumniæ magnitudine, nec temporum injuria, aut erroris diuturnitate opprimi patiatur.—Frigida est, et iniqua nonnullorum exprobratio, qui beneficiorum immemores, Liberalium Artium studia nunquam in Hibernia exculta fuisse clamant, quia nulla ibi extant Artium Monumenta, et ipsa vestigia desiderari videntur! (3) Periere vestigia Carthaginis in Africa, et Phœnicum in Phœnicia, et Hispania. Periit ipsa lingua Punica, eæque florentissimæ Carthaginiensium Coloniæ, quæ a freto Gaditano tendentes, usque ad *Cerne*, et ad latitudinis Septentrionalis gradum 25, Occidentalia Africæ litora ædificiis ornabant, ac gentem immanem, a fera, agrestique Vita, commerciarum illecebris, ad cultum humaniorem deducere conantes, barbaros istos Societati civili paulatim appropinquare, et quodammodo mansuescere effecerunt. (4)—" Cette relation *d'Hannon*, inquit " Montesquieu, est d'autant plus precieuse qu' elle est un monument *Punique*, et c' est parce qu' " elle est *Punique*, qu' elle a été regardée comme fabuleuse. Car les Romains conserverent leur " haine contre les Carthaginois meme après les avoir detruits. Mais ce ne fut que la victoire qui " décida s'il falloit dire " *La foi Punique ou la foi Romaine.*" Des modernes ont suivi ce pré- " jugé. Que sont devenues disent ils, les villes qu' Hannon nous decrit, et dont meme du temps " de Pline, il ne restoit pas le moindre vestige ? On trouve pourtant dans *Scylax*, et dans *Polybe*, " que les Carthaginois avoient de grands etablissemens sur ces cotes. Voila les vestiges des villes " d'Hannon. Il n' y en a point d'autres, parce qu' il n' y en a point d'autres de Carthage " meme." (5)

Jam vero, quæ de his civitatibus, penitus deletis, accurate tradit *Montesquieu*, ea ipsa, imo plura, et quidem certitudine longe majori, de vetustis Hibernorum Academiis dicenda, ex dictis manifestum esse confido. Extant enim earum non incerta vestigia, nec in uno, aut altero ejusdem gentis scriptore, sed in *Cumineo*, *Columbano*, *Adamnano*, et *Aldelmo*, testimoniis oculatis, omni exceptione majoribus, in *Beda*, *Alcuino*, *Nennio*, *Eginhardo*, *Notkero*, *Errico*, et aliis, tam *externis*, quam domesticis, quos longum esset, et supervacaneum enumerare. Nicolaus *Vernulæus*, Belga, in

---

(1) *Vita Vetusta* S. Carthagi, ex duobus Codicibus apud *Usserium* p. 910, 919, 971.

(2) *Annal. Ulton.* supra pag. 46, ann. 635, æræ com. 636. Conveniunt *Innisfallenses* ad eundem annum.

(3) *Hume*, Hist. of Engl. *Ledwich. Campbel.*

(4) *Campomanes* Antequedad. Marit. de Cartago con el Periplo de Hannon Madrid, 1756, et *Memoirs* de l'Acad. Vol. 26. Item *Falconer* on the Periplus of Hanno.

(5) *Montesquieu* Esprit des Loix, t. 2, p. 272, edit. Geneve, 1750.

opere edito Lovanii anno 1639, cui titulus, " De propagatione Fidei in Belgio per Sanctos ex *Hi-*
" *bernia* Viros," prolato istorum Virorum Catalogo, " Hos, inquit, adhuc Martyres suos, Belgium
" colit, Templis et Aris honorat, Patronos agnoscit....Agnoscant Belgæ Hibernorum in se merita!
" Plures scio ab illa Sanctorum Insula prodiisse, sed bene mereri de orbe toto, non de Belgio tan-
" tum voluerunt. Loquentur eorum merita nationes aliæ." *Anglo-saxones* nempe, (1) *Alemanni*, (2) *Franci*, (3) et *Helvetii*, (4) qui iisdem, Literarum et Religionis acceptis, beneficiis, quibus Belgæ, obstricti tenentur.—Quisquis plura cupit, rogo, ut studiis partium depositis, *Dissertationem* adeat *Præliminarem*, neque obliviscatur, Academiarum Hiberniæ Antiquæ, alia etiamnum manere vestigia, præter ea, quæ ex vetustis scriptoribus supra memoravi. Extant enim hodie *Ardmach*, *Achabo*, *Bangor*, *Birr*, *Clogher*, *Clonard*, *Cloonfert*, *Cloonmacnois*, *Derry*, *Durrow*, *Inuis-Bophin*, *Lismore*, *Ratheny*, *Rathmelsigi*, *Ross*, aliaque oppida, a *Beda*, et *Adamnano*, et in Glossario nostro Topographico memorata, quæ esti Academiis nunc destituantur, et Rerum Humanarum fragilitatis triste spectaculum exhibeant, antiqua tamen retinent nomina, et nonnulla etiam rudera, ac vestigia priscæ pietatis, sub cujus venerandis auspiciis antiquitus floruere. Sed

——————Gentes Mars iste futuras
Obruet, et populos ævi venientis in orbem
Erepto natale feret. Tunc omne Latinum
Fabula nomen erit. Gabios, Veiosque, Coramque
Pulvere vix tectæ, poterunt monstrare ruinæ. (5)

De Artibus quibusdam Mechanicis et Liberalibus Hibernorum.

ANNOTATIO SECUNDA.

QUANQUAM quæ hactenus prolata sunt, satis superque ostendant Hiberniam Antiquam " *Rus*
" fuisse *discentium opulans, vernansque, pascuosa numerositate lectorum*," ut ex *Aldelmo* notavi. (6) Sunt tamen qui, invite cedunt veritati, et nihil inde probari contendunt, nisi prius Columnæ marmoreæ, et Templa, et Porticus, et Balnea, aliaque splendida auri, et argenti, et æris, quibus Romanum clarebat Imperium monumenta producantur! (7) Quidni inquiunt, cum Hibernensis quidam S. Malachiæ Ardmachano, Oratorium lapideum, *contra Patriæ consuetudinem* extruenti, rei *novitatem* opposuerit, exclamans, " *Scoti* sumus non Galli."—Procul dubio, hæc tradit, Sæculo 12, S. Bernardus. Sed qui inde deducunt, nullum extare in Hibernia operis Lapidei vestigium vetus, nisi quod barbaris Danis tribuendum sit, et qui, ex præmissis tam erroneis, Artium Liberalium, ac Mechanicarum *initia*, in Hibernia, ab iisdem Barbaris repetenda esse proclamant, graviter errare, et historicæ fidei bellum inferre censendi sunt; Primi quidem, quia opera lapidea passim in nostris Annalibus, ante Danorum ingressum, memorantur; Secundi, quia, etiamsi non memora-

(1) *Aldelmi* Epist. ad Eahfrid. *Bed.* passim, *Alcuin*, et *Camden*. (2) *Goldastus* Rer. Aleman. passim.
(3) *Mabillon* passim. (4) *Goldast*, et *Mabillon*. Annales, et Acta passim.
(5) *Lucan*, l. 7, Elzivir, 1658, p. 335. (6) *Aldhelm.* supra Annot. I. pag. 127, 128.
(7) *Hume*, *Campbell* Strictures, &c. *Ledwich*.

rentur, nemo tamen, qui Logicæ Artis rudimentis vel tantillum imbutus est, deducet nunquam extitisse, quod hodie desideratur. Exhibeant sapientes isti vestigia Ecclesiarum Numidiæ, Mauritaniæ, et Tingitanæ, quarum nec umbra manet, quamvis 4, 5, et 6 Sæculis ita claruerint, ut Concilium celebratum fuerit *Cirtæ* anno 303, e cujus cætu, *Episcopi septuaginta* Carthagine convenerunt anno 306. Rursus in Synodo Donatistarum, *qui a Catholicis secesserunt*, *Episcopi* 270 Carthagine convenere anno 308, et aliud Concilium ibidem anno 419 celebratum est, in quo *Episcopi Catholici Africani* 217 congregati subscripserunt. (1) Nequeunt hæc in dubium ulla arte revocari, et tamen nec *Cirtæ* vestigia manent, nec *Carthaginis !* Deinde, S. Bernardus *tribus et amplius sæculis* floruit, postquam Dani veterem Hiberniam tantis cladibus affecere, ut ipso Giraldo testante, " Nova in *florentissimam Insulam* invecta fuerit barbaries." Ex his Annalibus plane constat ab anno 811, usque ad 1014, quo Dani demum a Rege Briano penitus profligati fuere, vix transiisse annum, quo non fuerit inter utramque gentem sanguinosissime dimicatum, vix evasisse urbem, vel Ecclesiam quam non funditus everterunt, nec tam horrendum fuisse Africæ flagellum Genserici, quam Hiberniæ Turgesii.—Fateor equidem *e lapide* ædificare, tam Hibernis, quam " *Britonibus, morem fuisse insolitum.*" (2) *Conchubranus* in Vita Monennæ, inquit,—" Ecclesiam " in ejus Monasterio *e tabulis dedolatis* constructam, juxta morem Scotticarum gentium, quia " macerias *non solent* facere."—At, quod mos ædificandi e lapide fuerit insolitus, non ideo sequitur fuisse inusitatum, multo minus ignotum. Ecclesia lapidea ad Candidam casam, hodie Withern in Gallovidia, in ipso Hiberniæ conspectu, a Niniano ædificata memoratur anno 412. (3) Extat apud Hibernos ejusdem Niniani Vita vetusta, memorata ab Usserio pag. 1059, in qua candidam Casam deseruisse, atque, ut discipulorum quieti consuleret, Hiberniam petiisse, et in loco amæno *Cluain-Coner*, cænobio magno constructo, ibi obiise narratur. Annales Ultonienses " *Ostium Oratorii* " *Lapidei in Ardmacha*" memorant ad annum 788. (4) Giraldus ipse pro antiquissimis habet, e primævis, et, ex populi traditione, antequam lacus Erne formaretur extantibus, turres illas orbiculares, et arctas, quæ ab imo ad summum, usque ad 130 pedum altitudinem, e lapide conciso, in variis Hiberniæ partibus, mira arte constructæ conspiciuntur. (5)—" Piscatores aquæ illius " turres Ecclesiasticas [i. e. nunc pro Ecclesiasticis habitas] quæ, *more patrio*, arctæ sunt et altæ, " nec non et rotundæ, sub undis manifeste, sereno tempore conspiciunt."(6) Plurima opera lapidea vetustissima memorantur in Glossario nostro Topographico, neque rationi consentaneum esset asserere, Hibernos qui, sæculo VII, et VIII, Ecclesias lapideas in exteris Regionibus condidere, uti infra patebit de Virgilio Salsiburgense, istam artem prorsus ignorasse in sua. Fidem Christianam in *Insulis Britannicis*, ab antiquo prædicatam fuisse, narrat S. Chrisostomus, qui *Ecclesias in ipsis fundatas*, et *Altaria erecta* testatur. (7) Idque patet ex dictis de *Celestio*, in nota ad annum 756, (8)

---

(1) Vide *Codicem Canonum Ecclesiæ Africanæ* editum a *Justello*, Parisiis anno 1694, cujus edidit vetustissimum exemplar, Sæculo VI *Dionysius Exiguus*.

(2) *Bed.* l. 3, c. 4, et 25, et *Malmesbur.* de Gest. Pontif. Anglor. l. 3.

(3) *Bed.* l. 3, c. 4. *Malmesbur.* de Gest. Pontif. l. 3, Script post Bed. Francofurti 1601, pag. 272.

(4) *Annal. Ulton.* pag. 113. (5) *Annal. Ulton.* not. ad ann. 617; supra pag. 40.

(6) Giraldi Topogr. Dist. 3, c. 9, apud Gratianum Lucum p. 132.

(7) *S. J. Chrisost.* in opere quod Christus sit Deus, tom. 6, edit Savilianæ p. 635, et iterum in Hom. 18, in Epist. 2, ad Corinth. c. 12. (8) *Annal. Ulton.* pag. 97.

et ex *Prospero* Aquitanico dicente " ad Scotos in Christum *credentes*, ordinatur a Papa Celestino " Palladius, et primus Episcopus mittitur." (1) Itemque ex ipsius S. Patricii Confessione edita a Waræo, (2) et ex Tertulliano dicente " Britannorum *inaccessa* Romanis loca Christo subdita," (3) quæ verba ad Hiberniam referenda esse doctissimi Viri arbitrantur, cum Tertulliani temporibus, Severus, anno Domini 208, "*Mœatarum, et Caledoniorum fines, ad extremam usque Britanniæ partem*," testantibus Herodione, et Dione, *penetravit*. Jam vero, pace reddita Ecclesiis a Constantino, *Altaria* universaliter *e lapide* constructa fuisse, multiplici argumento demonstrant doctissimi Viri Bona, Martene, Bingham, et Durandus. Plerique Scriptores conveniunt, ipsius Constantini temporibus, a Silvestro statutum fuisse, ut Altaria *non nisi lapidea* essent. Concilium Epaonense, anno 517, statuit ut " *Altaria, nisi sint lapidea*, infusione Chrismatis non sacrentur." (4) Gregorius Nyssenus, qui eodem sæculo floruit quo Sylvester, altaria lapidea fuisse declarat. (5) Talis erat praxis universalis, et tam constans in Occidente, ut urgente Persecutione, cum Altaria lapidea haberi non possent, statutum fuerit, ut saltem absque lapide polito, consecrato, cui calix et hostia imponerentur, sacra Mysteria non deberent celebrari. (6) Neque licet usque hodie in tota Occidente, nisi super Altare lapideum consecratum, aut *saltem* super *Petram* consecratam Missam celebrare. Jam vero nemo inficias ibit has vetustissimas leges Antiquis Hibernis non ignotas fuisse, præsertim si perpendat *Antonium Yepez*, qui in Antiquitatibus Monasticis indagandis plurimum laboravit, plane asserere Monasterium Benchorense in Hibernia, ex quo SS. Columba, Columbanus, et Gallus prodiere, " esse unum e majoribus quæ nostra sacra Religio habuit, vel etiam sicuti credo, " *maximum omnium quæ in Europa tota condita fuerunt*, et in Occidente aliud nec majus, nec " par fuisse, legendo comperi." (7)—At demus Hibernis fuisse *insolitum*, opera lapidea construere, indene sequeretur Artes ignorasse Mechanicas aut Liberales ? Quot opera e ligno construuntur quæ, e contra, istarum Artium miram perfectionem evincunt ? Quis nescit Navium immensam molem, ipsasue antiquorum Machinas, e ligno constructas, quibus Arces lapideæ munitissimæ dejiciebantur ? Et quidem morem Hibernorum e *ligno levigato* construendi, *elegantem* fuisse, testatur Scriptor ipse elegantissimus sæculi 12, vere eloquens, et aureus S. Bernardus. " Oratorium a " S. Malachia consumatum fuit, *de lignis quidem levigatis*, sed apte, firmiterque contextum, *opus* " *Scoticum pulchrum satis*."(8) *Beda*, Ecclesiam memorans quam *Finanus* Lindisfarniæ, more Hibernico, ædificavit anno 635, eam describit tam firmiter compactam, *de robore secto*, ut postea Eadbertus, sextus a Finano Episcopus, " *totam* istam Ecclesiam, hoc est et tectum, et ipsos quoque " parietes, *plumbi laminis* curaverit operire." (9)

---

(1) *Prosperi* Chron. ab Arnoldo Pontaco edit. et ab Henr. Canisio tom. 1. Antiq. Lect. ex Codice Augustano. Item Tom. 1. Rer. Francicar. ab *Andr. du Chesne*, pag. 205, et apud Bed. Hist. l. 1, c. 13.

(2) *Opuscula* Londini 1656, pag. 19, 20.

(3) *Tertul.* adv. Judæos, c. 7.—Scripsit Romæ anno 201.

(4) *Labbe* Concil. tom. 4, Paris, 1671, pag. 1579, et tom. 1, pag. 541.

(5) *Greg. Nyssen.* Orat. de Christ. Bapt. *Bona* Rer. Liturg. l. 1, c. 20, p. 294, 5, edit. Coloniæ 1674. *Martene* de Antiq. Eccl. Ritib. t. 1, l. 1, c. 3, art. 6.

(6) Caroli Magni Capitularia l. 6, c. 101, et 205, et. l. 7, c. 320.

(7) *Yepes* Monast. Bened. t. 1, cent. 1, anno 556, in Vita S. *Columbæ*, c. 3, et in Vita S. *Galli*, c. 2.

(8) S. Bernard in Vita S. Malachiæ. (9) Bed. l, 3, c. 25, pag. 131.

Cogitosus Ecclesiam Kildarensem, a mille, ducentis, et amplius annis, his verbis pulchre descripsit c. 35. " Episcopi Conlaeth, et S. Brigidæ corpora, a dextris, et a sinistris altaris decorati, in " monumentis posita ornatis, vario cultu auri, et argenti, et gemmarum, et pretiosi lapidis, atque " coronis aureis, et argenteis, desuper pendentibus, requiescunt. Ecclesia namque, solo spatiosa, et " in altum minaci proceritate porrecta, ac decorata *pictis tabulis*, tria intrinsecus habens oratoria " ampla, et divisa parietibus tabulatis, sub uno culmine majoris domus, in qua unus paries deco- " ratus, et imaginibus depictus, ac linteaminibus textus per latitudinem, in Orientali Ecclesiæ " parte, a pariete ad alterum parietem Ecclesiæ se tetendit, qui in suis extremitatibus duo habet " ostia, et per unum ostium in dextra parte positum, intrant in Sanctuarium ad altare, Summus " Pontifex cum sua regulari Schola, et qui sacris sunt deputati ministeriis, sacra et Dominica " immolare sacrificia, et per alterum ostium, in sinistra parte parietis supradicti et transversi po- " situm, Abbatissa cum suis puellis, et viduis fidelibus, tantum intrant, ut convivio corporis et san- " guinis fruantur J. Christi. Alius vero paries, pavimentum domus in duas æquales dividens partes, " a parte Orientali, usque ad transversum in latitudine parietem, extensus est, et hæc tenet Ec- " clesia in se multas fenestras, et unam in latere dextero ornatam portam, per quam Virginum, " et fidelium fœminarum congregatio intrare solet, et sic in una Basilica maxima, populus " grandis in ordine, et gradibus, et sexu, et locis diversis, interjectis inter se parietibus, diverso " ordine, et uno animo, Dom. Omnipotentem orant." (1)

HÆC ECCLESIÆ KILDARENSIS DESCRIPTIO QUAM SIT ANTIQUA.

Non ignoro *Cogitosi* Opus a quibusdam recentioribus respui, ut posterioris ævi figmentum. (2) At certe nulla alia de causa, nisi quia hæc Ecclesiæ Kildarensis descriptio, posteriora sæcula *ipsis* redolere videtur! Non ita tamen doctissimo Vossio visum est, qui Cogitosi opus, a Canisio editum, *valde antiquum esse*, asserere non dubitavit. " Quidquid est, inquit, valde antiquum esse Scriptorem, ex non uno loco colligitur." (3)—Eadem tradunt *Possevinus* in Apparatu Sacro, *Waræus* in libro de Scriptoribus Hibernicis, Nicholsonius in Bibliotheca, (4) Messingham, Colgan, et alii, qui omnia Opera vetusta, a pari respuenda fore intellexerunt, si inordinata ista damnandi libido, Sanioræ Critices terminis, et regulis cohiberi recusaret, vel ex tam levi semidoctorum conjectura, auctoritas Vetustorum rejicienda censeretur.—Procul dubio, si Cogitosus Kildarensis Ecclesiæ fenestras, *vitro cancellatas* fuisse jactitasset, historica tum exhiberetur ratio, cur opus istud non ante Sæculi VIII initium scriptum fuisse diceremus, *Beda* enim plane inquit Benedictum Biscop, Gallias petentem anno 676, Cæmentarios, qui lapideam Ecclesiam, juxta Romanorum morem facerent, reduxisse, et " intra unius anni circulum, Missarum inibi solemnia celebrari videres, et proxi- " mante ad perfectum opere, misit Legatarios Galliam, qui *vitri factores*, Artifices videlicet

(1) *Cogitosi* de Vita S. Brigidæ edit. Canisii Antiq. Lect. t. v, pag. 623, et integrius apud Colgan in Triade.
(2) *Ledwich* Antiquities. (3) *J. Gherardi Vossii* de Historicis Latinis l. 3, pag. 624, vel pag. 699, edit. 1651.
(4) *Waræi* de Script. Hib. l. 1, c. 2, et in Harrisii editione Dublin 1746, pag. 14. *Nicholsonii* Irish Hist. Library et Colgan pag. 518.

" Britannis eatenus incognitos, ad cancellandas Ecclesiæ fenestras adducerent, et venerunt, et " Anglorum ex eo gentem hujusmodi artificium nosse, ac discere fecerunt." (1)

At cum nulla talis in *Cogitosum*, Historica argumentatio possit ullatenus retorqueri, et aliunde constet opus ejus esse *valde antiquum*, Sinant paululum Sapientes isti, qui se Hiberniæ Antiquarios appellant, et tamen, in ipso limine titubantes, S. Patricium unquam extitisse negant, et Patronum esse imaginarium, tanquam Martem, aut Venerem, profane nimium, et irreverenter prædicare non erubescunt, (2) Sinant inquam Doctores isti, ut, absque validissimis rationibus adversantibus, liceat, omni seposito livore, circumspecte, et verecunde asserere, *deesse data* quibus Cogitosi opus posterioris ævi figmentum esse censeamus. Videant in *Dissertatione Prælimnari*, quam egregie, et laboriose cæcutierint, in judicio ferendo de S. Patricio, cujus Apostolatum, argumentis nulla invidia delendis, genuinum demonstravimus. Perpendant quam prona sit mens Humana, de veritatibus quæ ipsi odio sunt, cuilibet vix apparenti dubio, statim patrocinari, et si peculiaris non adest dubitandi ratio, alias quasdam universales, anxie e longinquo exquirere, quæ ad ambigendum de omnibus necessario conducunt. Sinant ut eorum methodum puerilem, ex argumento *mere negativo*, de rebus vetustis dogmatice decernendi, prorsus rejiciamus, necesse est enim, ne *negativi* specie decipiamur, non solum singulos evolvisse scriptores, ex quorum silentio tale argumentum eruitur, verum etiam per quam certissimos esse, *nullum istius ævi auctorem desiderari.* Contingere enim potuit, quemadmodum ex Bibliotheca *Photii*, et ex Demonstratione Evangelica *Eusebii*, frequenter contigisse scimus, auctorem, cujus Scripta ad nos minime pervenerunt, rei alicujus mentionem fecisse, quæ tamen a cæteris fuerit prætermissum.—Certi simus oportet, nihil de iis, quæ in re de qua agitur evenerunt, scriptorum qui supersunt solertiam, scopum, aut memoriam potuisse præterire, et utrum necessarium habuerint rem istam, lippis, atque tonsoribus notam, memorare.

DE ARTE PINGENDI ANTIQUITUS EXCULTA IN HIBERNIA.

At, inquiunt quidam recentiores,—*Cogitosus* tabulas pictas memorat in Ecclesia Kildarense!—Esto, et quid inde? Ecclesias vetustas non solum sæculo sexto, quo floruit Cogitosus, sed et quinto, et quarto, imo et tertio, Imaginibus, et parietibus, et tabulis pictis decoratas fuisse, tot scriptorum antiquissimorum testimoniis, tot Conciliorum gestis, tot Iconoclastarum tumultibus, et vastationibus manifestum est, ut in re tam patente immorari refugiat animus.—De imaginibus in Ecclesiis vetustis depingi solitis, locupletissimi sunt testes SS. *Paulinus*, *Augustinus*, *Basilius*, *Gregorius Nyssenus*, *Prudentius*, *Venantius Fortunatus*, aliique plures tam Occidentales, quam Orientales, quos enumerat Scriptor Hibernensis *Dungallus*, Caroli Magni coævus, *Bingham*, *Mamachius*, et *Bosius* in Roma subterranea. (3) Beda narrat de Benedicto Biscop, quod bis redierit a Roma, onustus magna sacrorum voluminum Copia, et sanctarum Imaginum Picturis, ad *ornandam Ecclesiam*, quæ concordiam Veteris et Novi Testamenti, concinno artificio in parietibus exhibebant. Una, Isaacum ligna portantem quibus immolaretur, et e regione Christum crucem portantem, aliæ

(1) *Bed.* Hist. Abbatum edit. Cantabr. p. 295. (2) *Ledwich* Antiquities, p. 368, et 373.
(3) *Bingham* Antiq. of the Christian Church, London, fol. 1726, pag. 321.

duæ Serpentem in eremo a Mose erectum, et Christum in Cruce sublatum, aliæ B. V. Mariam, et Apostolos, et Evangelicam Historiam, et visiones Apocalypsis repræsentabant, quatenus intrantes Ecclesiam, omnes, etiam literarum ignari, vel incarnationis gratiam, vel extremi discrimen examinis, quasi coram oculis habentes, districtius se ipsi examinare meminissent. (1)

Quod attinet ad usum partium Ecclesiæ, a Cogitoso memoratum, eadem tradit Philo de Essenis Alexandrinis, quos Hieronymus Christianos fuisse affirmat. Eadem dilucidius apud Clementem leguntur de omnibus Christianis, Sacerdotes nempe a populo, et viros a mulieribus fuisse distinctos. S. Ambrosius meminit loci in Ecclesiis separati tabulis, ubi Virgines seperatæ orarent, et Procopius duplices Porticus fieri solitas ostendit, quarum altera fœminas, viros altera capere destinabatur. Ergo si Cogitosus respuendus sit, ut posterioris ævi Scriptor, quia tabulas pictas, et Ecclesiæ divisiones memorat, a pari rejiciendi erunt Beda, Augustinus, Eusebius, Monumenta Vaticana, Bosii Roma subterranea, et omnes quos supra memoravi. (2) De arte pingendi exculta in Hibernia, clare constat ex dictis de Vetustis Hibernorum Codicibus, in *Dissertatione Præliminari*, et ex *Æthelwolphi* Epistola metrica, Ecgbertho Præsbytero inscripta, in qua, narrata peregrinatione Eanmundi ad visendum Ecberthum, in finibus *Scotorum*, *in Insula sacra* degentem, postea *Ultanum* Hibernensem laudat, ex eo quod *scriptor, et Pictor librorum erat optimus.* (3)

Ex quibus est Ultan, præclaro nomine dictus
Presbyter. Iste fuit Scottorum gente beatus,
Comptis qui potuit *notis ornare libellos.*

Deinde Ædfridum, primum suum Præceptorem in *Hibernia* fuisse testatur,

Aspiciens faciem, dudum *de Hibernia* notam,
Noscere promerui, carnali nomine dictus
Ædfridus ille fuit, primis mihi doctor in annis.

De Ultano hoc Harpsfeldus inquit—" *Ultanus, qui polite, atque concinne, libros sacros exscribere solebat.*" (4) De eodem agit *Menardus* in notis ad Martyrologium Benedictinum, Aug. viii.—— Porro inter venerandas Ecclesiæ Kildarensis antiquitates, quas *Giraldus* Sæculo XII se vidisse testatur, sacro quodam honore eminebat IV Evangeliorum Codex, qui *S. Brigidæ liber* dicebatur, in cujus margine figuræ Mysticæ, et Imagines sacræ, coloribus miniatis depictæ erant, et characteres tanta elegantia descriptæ, ac Literæ initiales formis tam venustis ornatæ, ut " nec *Apelles* ipse similia efficere posset, et manu potius non mortali efformatæ, ac depictæ viderentur." (5)

---

(1) *Bedæ* Hist. Abbatum, &c. edit. Cantabr. pag. 295, et 297, et in Hist. Eccl. l. 4, c. 18, p.—cum quibus confer *Bingham* Antiquities, ibid. pag. 321.

(2) *Bingham* Antiquities of the Chr. Church, p. 294, 295. Qui doctiora cupiunt, consulant *Mamachium*, gente Græcum, cujus profundam eruditionem laudat ipse *Gibbon*. Decline and Fall, &c.

(3) Edita a Lelando. Collectanea, t. 2, p. 364.

(4) *Harpsfeld* Hist. c. 14, p. 177. Distinguendus est ab *Ultano* fratre *Furæi*, de quo *Beda* l. 3, c. 19, et not ad ann. 660, supra p. 54, itaque ab *Ultano*, de quo supra ann. 556, p. 53.

(5) *Girald.* Topogr. Dist. xi, et in Hibernia Expugnata edit. *Hollinshead* Chronicles, tom. 1. The Irish Historie by Giraldus Cambrensis, pag. 54, col. 1, Lond. folio, 1587.

Beda, in Vita S. Felicis, quam ex metrico opere S. Paulini in prosam transtulit, inquit, Paulinum Ecclesiam S. Felicis tribus annis perfecisse, et in *picturis, atque omni ornatu suo*, debito fine conclusit, anno 400-410. (1) Doctissimus *Smith*, in nota ad hunc locum, inquit, Paulinum quotannis S. Felicis natalem, Natalitio carmine celebrare solitum, quorum carminum extant decem integra. " *Dungallus* enim, vetustus scriptor [Hibernensis,] (2) qui ante annos 800 vixit, S. Crucis, " Reliquiarumque, et Imaginum cultum, adversus Claudii Taurinensis sententias propugnans, xv " enumerat Natales a Paulino cantatos, et fragmenta ex iis, qui hactenus ignoti erant, producit."

DE VETERUM HIBERNORUM NAVIGIIS.

Quod si vetusta Hibernorum monumenta respuenda sunt, quia Artes istas memorant, cur non rejiciendus erit Giraldus, quo teste, habuerunt textores, sartores, tinctores, fullones, qui Caputios, Phalingas, et Tunicas facerent, quarum usum S. Bernardus in Hibernia invaluisse declarat? Quis Hibernorum jacula, et lanceas, *cuspides ferreas*, a Giraldo pariter memoratas, quis " *Secures optime chalybatas, quæ cataphractariorum loricas uno ictu perscinderent*," quis inquam ista, tanta solertia cudebat, nisi Fabri ferrarii adfuissent, qui arma, ad tot bella in his Annalibus memorata, suppeditare solebant?—*Fabros ferrarios* expressis verbis memorat Adamnanus, (3) eorumque opera mechanica frequenter.—" Goreus, fortissimus omnium illius ætatis virorum, casu, sub navi residens, *cultello* proprio, *cristiliam de astili* eradebat," (4) ubi per *cristiliam*, cristam, seu cuspidem hastæ intelligit. Postea *pugionem ferreum* a S. Columba benedictum, et ferrum calore ignis resolutum, (5) et gladios passim, et aquam ad SS. Comgellum et Columbam, prope munitionem Cethirni in Ultonia, in *æneo vasculo* allatam, (6) et naves Hibernicas, easque non parvæ molis designat, " terras longinquas in Oceano explorantes, quæ *post longos circuitus* per infinitum Oceanum, *Orcadas devenerunt*, *Cormaco* nepote Lethani ducente, cujus navis *a terris*, i. e. e terræ conspectu, tertia navigatione in Oceano mari, per *quatuordecim æstei temporis dies, totidemque noctes, plenis velis*, austro flante vento, ad septentrionalis plagam cæli, directo excurreret cursu, cujusmodi navigatio ultra humani excursus modum, et inremeabilis videbatur." (7) Distinguit insuper scapham, et naviculam, a nave, et navis *carinam*, *latera*, *puppimque*, et *proram*, et *tectum pelliceum*, (8) imo et *sentinam*,—" totum namque vas navis valde concussum, magnis unda- " rum cumulis fortiter feriebatur, grandi undique insistente ventorum tempestate. Nautæ tum " forte sancto, *sentinam cum illis exhaurire conanti*, &c." (9)—Nescio quidem utrum gentes aliæ Occidentalis, vel Septentrionalis Europæ, *certiora*, aut *vetustiora* in medium proferre possint documenta, quibus navium suarum moles, aut tam longinqua navigatio *a terra*, possit exhiberi. Neque dubitandum est quin his, *Cormaci*, et aliorum Hibernensium Sæculi VI expeditionibus,

---

(1) *Bedæ* de Vita S. Felicis edit. Cantabr. pag. 468. Confer *Ausonii* Ep. 25. ad *Paulinum*, Varior. Amstelod. 1671, not. 41, p. 697, *Muratorii* Dissert. 9, p. 816, 10, p. 817, 13, p. 823. Ejusdem *Anecdotæ Bibliothecæ Ambrosianæ*, et *Paulini* opera, edit. *Maffei*, Veronæ, 1736. (2) Vide infra *Annot.* III.

(3) Adamnan l. 3, c. 9, p. 365. (4) Ibid. l. 1, c. 47, p. 349. (5) Ibid. l. 2, c. 29, p. 357.

(6) Ibid. l. 1, c. 49, p. 349. (7) Ibid. l. 2, c. 42, pag. 361. (8) Ibid. pag. 362.

(9) Ibid. l. 2, c. 12, pag. 353.

Islandia fuerit explorata, cum *Arngrymus Jonas*, in Historia Islandiæ, ex vetustis vestigiis colligat —"Nautas, nescio quos, Islandiæ litora aliquando attigisse, quorum *nolas, cruces ligneas*, alia- " que *opere, et arte Irlandica, et Britannica* facta, deprehendit Ingulfus, unde verisimile est " Piscatores Irlandos, vel Scotos, ut et hodie Anglos, juxta Islandiam piscari solitos, in terram " descendisse, atque ita Christianæ religionis utensilia reliquisse. Etenim Irlandi jam tum Chris- " tianismo imbuti erant." (1) Idem tradit, Ernulphum Hibernensem, circa medium sæculi noni, cum pia concivium suorum turma, ad ultimum orbis angulum *Tulem* se contulisse, ut Christi fidem, *olim inibi a suis gentilibus seminatam*, denuo recuscitaret, ædemque sacram *S. Columbæ* excitasse, quæ usque hodie nomen retinet.—" *Helgo*, inquit, cognomento Biola, Baronibus " Norwegicis oriundus, Ethnicæ Religioni in Islandia parum favit, Irlandum namque hominem, " Christianum exulem in viciniam recepit, Ernulphum nomine, cum familiis, nec solum recepit, " sed et ædem Divo Columbo sacram extruere permisit in villa *Elsiuberg*. Ejusdem quoque " Provinicæ (Irlandiæ) juvenis quidam, *Buo* dictus, sacratissimum illud humanarum Victimarum " fanum, et Deos universos incendio delevit." (2)

His Arngrymii fragmentis favent, quæ traduntur in Vita *Albei Imelacensis*, apud Usserium. " S. Albeus volens fugere homines, ad Insulam Tule, in Oceano positam, navigare decrevit, sed " nutu Dei, *Oengus* Rex Cassil hoc prohibuit. (3) Tunc S. Albeus viginti duos viros in exilium " supra mare misit." Loco xxii, substituendos esse xxiv, notavit ex alio Codice Colganus, (4) neque videtur hæc Missionaria cohors, alia esse ab illa xxiv discipulorum S. Albei, quam S. Brendanus, tempore suæ *septennalis* per Oceanum navigationis, in quadam Oceani Insula reperit, vitam ducentem plane Angelicam, uti constat ex octo, vel novem, diversis Codicibus Vitæ Vetustæ S. Brendani Cluanfertensis, Findlogæ filii, quos penes se habuit Colganus, (5) et ex decimo in Bibliotheca Cottoniana, (6) in quorum singulis, eadem vetusta narratio conservatur. Jam vero Brendanus iste, condito Monasterio Cluanfertense, æræ communis anno 564, (7) obiit anno ejusdem æræ 577. (8)——Hæc omnia simul perpensa, nullum, de Hibernorum vetustis navigationibus, ambigendi locum relinquunt. Quod si relinquerent, omne tamen dubium tolleret *Jonas*, S. Columbani æqualis, qui, de Columbani reditu in Patriam agens, inquit, eum, cum comitibus, " et omni supellectili, nempe centum modiis vini, ducentisque frumenti, sed et *bracis* centum " modiis, ac promiscue aliis centum modiis, navem, quæ finibus Hiberniæ, e *Nannetensi* urbe, " *Scotorum commercia* vehens, redditura erat, conscendere jussum." (9) Hæc verba navem

---

(1) *Landnama bok*, opus Islandicum anni 1064, edit. Hauniæ, 1774, et *Arngrymus Jonas* in Historia Islandiæ c. 2, Amstelodami, 1643. Confer ejusdem *Rer. Islandicar. libros tres*, Hauniæ 1530. Discipulus erat is Astronomi *Tycho Brahe*. Sir *Joseph Banks's* Letters on Iceland.

(2) *Landnama Bok* et *Letters on Iceland*, by Joseph Banks, &c. Dublin, 1780, pag. 59, 60.

(3) Rex hic Momoniæ memoratur in his Annalibus, ad ann. 489, pag. 8.

(4) In Actis pag. 241. (5) Ibid. pag. 242, not. 6.

(6) Vide Bibliothecam nostram *Hibernico. Cotton.* Tiberius E. 1. MS. in *Stowense.*

(7) *Annal. Ulton.* supra pag. 24. (8) *Annal. Ulton.* p. 28.

(9) *Jonas* in Vita Columbæ c. 21 et 22, in Collectaneis Sacris pag. 235 et 236, et apud Du Cange in Glossario voce *Brace.*

non parvæ molis indicare manifestum est.—*Brace* grani species erat, ex quo cerevisia efficiebatur, testantibus *Eginhardo*, et *Du Cange*, qui ad hæc ipsa Jonæ verba, in Glossario appellat. *Probus*, sæculo x, naves Mercantiles Hibernorum a Bellicis distinguit—" intumuscebant ultra " modum fluctus maris, prohibentes *naves bellicas*, ne ad invicem convenire potuissent." (1) Hi etiam Annales *classes* ex Hibernia, expeditiones transmarinas suscipientes, et Albaniam euntes, ac redeuntes, naufragia etiam, et decertationes maritimas, et varias Doctorum in extera Regna profectiones, sæpissime ennarrant, (2) neque potest de eorum veracitate dubium exoriri, cum *Tacitus* ipse Hiberniam, his verbis graphice describat—" Ingenia, cultusque hominum haud multum a Britannia differunt, melius aditus, portusque per commercia, et negotiatores cogniti." (3) Post Tacitum, *Ptolomæus Alexandrinus* non solum ora maritima, verum et civitates internas, et flumina, et lacus, miro acumine distinguit, et Senani fluvii nomen, ortum, et cursum, per ipsas mediterraneas Insulæ regiones, tam accurate describit, ut non nisi ab iis mercatoribus, quos memorat Tacitus, qui non solum oras, verum etiam civitates internas, diuturno usu, et frequentia cognoscebant, ista describere, vel intelligere potuisset, ut alibi, et ex instituto, satis superque demonstravi. (4) Eadem confirmantur ab aliis, a quibus enumerandis abstineo, illud solum notans impræsentiarum, *Giraldum* ipsum non obscura de Hibernorum commerciis indicia exhibere, ubi inquit—" Ad Hibernos Pictaviam *copiose* vina transmisisse, eique animalium coria, et pecudum, " ferarumque tergora, Hibernia non ingrata remittit." (5)

Non ignoro in usu fuisse apud Hibernos, aliquando in *Scaphis vimineis* navigare, crudo corio contectis, qualibus usque hodie in oris Hiberniæ Occidentalibus utuntur. *Gildas* de Hibernorum irruptione in Britanniam anno 431, Imperante Theodosio, inquit—" Emergunt certatim de *curruci*s [Hibernice *Corach*,] quibus sunt trans Scythicam vallem evecti, tetri Scotorum, Pictorumque Greges. (6) *Claudianus* inter Stilichonis laudes, non minimam decantat, quod Hibernos Britanniam vastantes fugaverit, " Totam cum Scotus *Jernen* movit,—Et infesto spumavit *remige* Tethys." (7) Coriaceis navigiis usos fuisse Britannos, tradunt Cæsar, (8) Plinius, (9) Festus Avienus, (10) idque de Saxonis tradit Sidonius, (11) neque diversa fuisse videtur Cymba, in qua, tres Hiberni, *Dunflanus*, *Macbethus*, et *Mac Gulmuneus*, *Artibus frondens*, *litera doctus*, *Magister insignis Scotorum*, (12) ex Hibernia, ad Regem Alfredum, Solitariam vitam, a Danorum vastationibus liberam, sub ejus auspiciis

---

(1) *Probus* de Vita Patr. c. 38, in Triad p. 61, scripsit anno 920, in Hibernia. Vide Baronium in notis ad Martyrol. 17 Martii, et *Usser*. p. 812, 817, cum Colgani notis in Triade pag. 64 not. ult.

(2) *Annal. Ulton*. ann. 697, 718, et notas ibid.

(3) *Taciti* de Vita Agricolæ edit. *Elzivir* Lugduni Batav. 1640, pag. 672.

(4) *Ptolomæi Alexandrini* Geographia ex Codice MS. Præstantissimo Palatino edit. *Bertii*. et Dissertat. de Rolig. Ethnicorum Hiberniæ MS. in *Stowense*.

(5) *Giraldi* Topogr. Hib. Dist. 1, c. 3, apud Gratian. Lucium pag. 112.

(6) *Gildæ* de Excidio edit. Gale, Oxon, fol. 1691. " Mare Hibernicum olim *Vallis Scythica* dictum." Selden Mare Clausum l. 2, c. 1, p. 1277. Lond. 1726. (7) *Claudian* de Laud. Stilic. l. 2.

(8) *Cæsar* de Bel. Civili, l. 1, c. 54. (9) *Plin*. l. 4, c. 16, l. 7, c. 55. edit. *Hardoin*.

(10) *Avien*. de Oris. (11) *Sidon*. Carm. 7.

(12) *Ethelwerdi* verba in Chron. l. 4, c. 3.

ducere cupientes, pervenerunt anno 892. (1) At, aliam fuisse Cormaci navem, indicant *prora*, *puppis*, *carina*, *latera*, *sentina*, *vela*, *remi*, *commeatus*, et *tectum*. (2)—Porro alias in usu fuisse naves, Cormaci nave majores, indicant non solum quæ de bellicis Hibernorum navigiis, in his Annalibus, et Sæculo X, a Probo dicuntur, verum etiam ipsa descriptio *levissimæ* navis S. Brendani, quam exhibet auctor vetustissimæ ejus Vitæ in Cottoniano, cujus verba ex aliis codicibus Carthusiæ Moguinæ, et ex Insulensi edidit Flaherteus, pag. 252.—" Fecerunt naviculam *levissimam* costatam, " et columnatam, sicut mos est in istis partibus, [nempe in *Irros-Damnonia*, hodie *Connamara*,] (3) " et cooperuerunt illam coriis binis, atque rubricatis, [i. e. rubris coloribus pictis,] et linierunt " foris omnes vincturas pellium ex butyro, et miserunt alias duas paraturas navis *de aliis Coriis in* " *navem, et stipendia* 40 *dierum*, [50, Codex Insulensis,] et butyrum ad pelles præparandas, ad coo- " perimentum navis, et cætera utensilia quæ ad usum vitæ humanæ pertinent. *Arborem* etiam " posuerunt in medio navis *fixam*, et velum, et cætera quæ ad gubernationem navis pertinent."

Jam vero auctor iste Hibernensis, hoc navigii genus *levissimum* appellans, satis indicat, alias olim in usu fuisse non parvæ molis, quibus, testante Jona, *commercia Scottorum* ad Nannetensem urbem in Gallia, Sæculo VI et VII, ante Danorum appulsum, et teste Giraldo, post Danorum appulsum, recto itinere vehebantur, unde videtur easdem habuisse navium species quas, istius Galliæ partis incolæ *Veneti*, sub Ligeris ostium habuisse narrantur, quorum per oras Galliæ occidentales, authoritatem amplissimam fuisse, eosque Rerum nauticarum Scientia antecessisse, et naves apprime erectas *ex robore* factas, et vela aluta pellicea, et Catenas Anchorarum ferreas pro funibus, et numero circiter 220 naves paratissimas, in aciem ex *Gallia Celtica* maritima, produxisse, J. Cæsar locupletissime testatur. (4)

Auctoritatibus hactenus adductis, plurima, eaque non obscura adstipulantur, ut Insularum, et Peninsularum nomina vetusta, quæ non nisi lingua Hibernica intelligi possunt, aut explicari.—Fateor nonnullorum obscuras esse, et incertas origines, sed si longe major pars, radicibus Hibernicis indubitate explicantur, si obscura ipsa, parce detorta, pro Hibernicis habenda sunt, quis non videt in cæteris veniam dandam esse conjecturis, præsertim si de *origine*, et *lingua* incolarum istius loci, vel Insulæ, historica certitudo illuscescat. Sic, exempli causa, demus *Manniam*, *Menaviam*, *Euboniam*, *Ebudes*, voces esse incertæ originis, si in se separatim considerentur, at si accipiantur prout *Historica fides* postulat, nulla poterit de earum origine Hibernica ambigendi causa remanere. *Ptolomæus* Insulam Manniam, seu Euboniam, et Ebudas, Hiberniæ adscribit ante annum 140, quo obiit. (5) Ptolomæi auctoritas confirmatur sæculo tertio ab *Æthico*.—" Hibernia a Scotorum gentibus colitur; Menavia Insula æque ac Hibernia a Scotorum gentibus habitatur." (6) Eadem tradit Sæculo IV *Orosius*, " *Hibernia Insula inter Britanniam et Hispaniam, a Scotorum gentibus* " *colitur—Menavia Insula, æque ac Hibernia, a Scotorum gentibus habitatur.*" (7) Itaque, etsi

---

(1) *Chron. Saxon* edit. Gibson pag. 91, ann. 891, *Florent* ann. 892.
(2) *Adamnan* l. 2, c. 42, p. 362. (3) Ibid. l. 1, c. 6, p. 340, et not. 36, p. 374.
(4) *D'Anville* Notice de l'Ancienne Gaule, Paris 1760, pag. 686, voce *Veneti*, hodie *Vannes*.
(5) *Ptolomæi* Geogr. ex præstantissimo Codice *Palatino* edit. Bertii Amstelodami, 1618.
(6) *Æthici* Cosmogr. l. 1, c. 2, ex Biblioth. *P. Pithoei* Basil, 1517, et Stephani, edit. 1577.
(7) *Orosii* Histor. edit. Havercamp, 1738.

nomina ista, in se spectata obscura sint, tamen cum eorum origo inde deducenda sit, unde ortæ sunt *Incolæ*, et *lingua* Insularum, vix opus est ad alia minus certa appellare. " Aliqui, inquit Lhuyd, " Manniam insulam *Euboniam* vocant, hinc videtur originem traxisse, quod ab eadem natione " nempe *Ivernica*, a qua et *Euboniæ*, quos Hebrides dicunt, incolatur.....Manniæ incolæ utuntur " *lingua Scottica, sive Ivernica*, quæ eadem est." (1)—" Man was held by the Irish in the time of " Orosius. It is clear, from *their speech*, that the inhabitants came chiefly from Ireland." (2) Eadem tradit *Camdenus*, appellans quoque ad Orosium, et Ninium. (3) *Seldeni* verba sunt —" Neque enim Hibernia solum, sed etiam *Mannia*, inclinante Romanorum Imperio, Insulæque " Occidui maris ceteræ, et Britanniæ magna pars septentrionalior, a Scotis tenebatur Pictisque, " unde par est, ut iis etiam, suum fuisse in alluente Oceano, Imperium avitum auctumemus."(4) *Tigernachus* ad vetusta *Scotorum monumenta* appellans, testis est, *Cormacum Ul-fadha* Hiberniæ Regem, cum classe marittima Hibernica, *tribus annis, in partibus transmarinis bellum gessisse sæculo tertio*, et ideo *Ul-fadha* appellatum fuisse, quia Ultonienses rebelles, quinque præliis profligatos, *Manniam* in exilium abire coegerit—Ejus verba notanda sunt—

K. VII. *Cath Muighe techt. Loingeas mor Cormaic mc Airt tar Magh rein fri re teora mblian.*

K. I. *Ceithre Catha for Mumain la Corbmac. C. Beire, C. Locha Lein, C. Luimnigh, C. Greine. .....7 Orgain na ningen is in Claen ferta a teamraig, la Dunlang mac n enna niadh righ Laighean. i.* xxx *Righ inghen* 7 *c. inghen la gach innghin dib.* xxx *ar* ccc *uile sin. da righ decc ro bith Cormac iarom do Laighnib argalaib aenfhir,* 7 *fonaid. na boruma cona tormach lais.....*

K. VI. K. VII. K. II. K. III. K. IV. *Aithrighadh Cormaic h. Cuind o Ulltaib.*

Jarom teasbaid Chormuic h. Cuind fri re vii *miss athrighaidh, Cath Crinda Bregh ria Cormac,* 7 *ria Tadgh mc Cenn mc Aill. ul. con a t. chaid righ,* 7 *con a L Cath mil,* 7 *con a sluagh diarmidhi ar cena,* 7 *ria Lugadh Lagha mac Mogha Nuadhat for Ulltaibh, a torcratar na tri Ferghais, i. Fergus Foiltleabr,* 7 *Fergus Casfiaclach,* 7 *Fergus duibdetac las in aen oclach la Lug. Laghac, co tuc lais a tri cinda, co ro taiselb do Cormac an eraic a Athair i. Airt mc Cuind ro bith so. a Muig Muc. ruime* 7 *ro bris Tadg* vii *Catha isin aen lo sin.....iar s na cathaib do breath Tadhg ani do ti. chill fidh a carpad do Muig bregh, oromebuigh in Cath co haidhche. sedh din to timchill tri ucha c. cians. a i. o glaissnera co cnoccaib maile do aigh ica buind Life.*—K. III. *Gallus Hostianus c. f. S. Volusiano abemel oc. st. indarba Ulad a herind a manain la Cormac h. Cuind. as de ba Cormac Ulfada, dia ro chuir ul a fad.....*K. IV. *Duo Imperatores creati simul* iiii, cc, xxii. (5)—[Kalendis Jan. in feriam 7 incidentibus---Prælium Campi Techt. Classis magna Cormaci, filii Regis Art, trans mare, tribus annis. Anno sequente, Kalendis Jan. incidentibus in feriam primam, Quatuor prælia gesta contra Momonienses a Cormaco, i.e. Prælium *Bere* [unde O'Sullivan Bere] Prælium acus *Lene* [hodie Killarney,] Prælium Limericense, Prælium Grianense, [i. e. Montis, seu collis

(1) *Lhuyd* apud Grat. Luc. p. 12.
(2) *Pinkerton* Scotl. v. 2, p. 304, Lond. 1789.
(3) *Camden* Epist. de Mona Insula ad Calcem Defensionis Britannicæ Prisii.
(4) *Selden Mare Clausum*, l. 2, c. 8, Operum V. 2, t. 2, p. 1310, edit. Londini, 1726.
(5) Codex Bodleianus Rawlinson, 448, a folio 6, columna 1, ad fol. 6, col. 2, linea 44, et col. 3, linea 13.

" Solis]. Eodem anno, strages filiarum in valle mirabili prope Temoriam, a Dunlangio filio " Ennæi Niadh rege Lageniæ, i. e. xxx filiæ Regiæ, et centum puellæ quæ famulabantur cuique " earum. Triginta supra ccc erant istæ, qua de causa Cormacus interfecit xii e Primariis Lage- " niæ, sigillatim unum post alterum, et mulctam boariam [quindecies mille boum] præterea irro- " gavit. Anno sequente, Kalendis Januariis in feriam 3 incidentibus, Cormacus e regno expulsus " est ab Ultoniensibus.—Anno quo Kalendæ Jan. in feriam 4 inciderunt, annis præcedentibus in- " cipientibus a Kal. Jan. fer. 3, 2, 7, et 6, postquam vii mensibus exularet Cormac O'Conn, Præ- " lium *Crinna* gestum est in Bregia, a Cormaco, et Thadeo filio Cennii, filii Alilli Olam, stipantibus " xxx Dynastis et l ducibus, et exercitu innumerabili similiter, et Lugadio Lagha, filio Moghæ " Nuadhat, contra Ultonienses, in quo prælio occisi sunt tres Fergusii, Fergus Comatus, Fergus " dentium aduncorum, et Fergus dentiniger, occisi a solo Lugadio Laga, qui tria eorum capita " amputata retulit Regi Cormaco in *Eiric*, [i. e. mulctam] pro Patre suo Rege Art, filio Conni, " quem occidit in prælio Campi *Mucrum*. Thadeus eo die, septem præliis inimicos profligavit, " post quæ prælia, accepit in mercedem a Rege, spatium terræ in Bregia, quantum, *curru vectus*, " a tempore quo victoria parta est, usque ad noctem, posset circuire. Perrexit protinus circum " Tricenariam partem Cianachtæ, a Glassnera usque ad colles propinquos fontibus amnis Liffi."

" Anno quo Kalendæ Januarii inciderunt in feriam 3, Gallus Hostilianus, cum filio suo Volu- " siano, ab Emiliano occisi sunt. Eodem anno expulsio ex Hibernia in *Manniam* per Cormac " O'Con. Hinc appellatus est Cormac *Ulfadha*, quia expulsit Ultonienses *a fad*, i. e. eminus. " Anno sequente, Kal. Jan. fer iv. Duo Imperatores creati simul, anno mundi IIII CC XX II." (1)

Cum itaque ex tot vetustissimorum testimoniis, et ex ipsa Manniæ lingua, manifeste pateat, Incolas originem ex Hibernia traxisse, sequitur profecto nomina locorum vetusta, *Menavia*, *Mann*, *Maun*, &c. quorum origo obscura est, debere lingua Hibernica, et nomine Hibernico Tigernachi *Man-in*, seu parva insula, parva nempe respectu ad Britanniam et Hiberniam, explicari, eodem modo quo *Er-in* est Occidentalis Insula Hibernia, et *Alba-in* Orientalis Insula Britannia, ab *Alba* lux matutina, Oriens, Aurora, et *In* Insula. (2)—Regio inter Caspium et Euxinum divisa erat in *Iberiam* et *Albaniam*, i. e. occidentalem, et orientalem. Hispania ideo *Iberia* vocata fuit, quia occidentalis. Hinc etiam nomen Arabicum *Andalusia*, quod occidentalem significat—" The name " of Andalusia is applied by the Arabs to the whole Peninsula of Spain—it signifies the region of " the Evening, of *the West*, in a word, the *Hesperia* of the Greeks." (3) Quidquid de his conjecturis sentiatur, *Iberos*, et *Celtiberos*, quos nobilissimos Hispaniæ populos appellat Diodorus, in Hiberniam pervenisse tradunt *Orosius*, *Isidorus*, *Nennius*, et alii, quos alibi numeravi. (4)

Hinc nomina accepisse videntur flumina *Iberus* in Hispania, et *Iberus* fluvius e regione in Hibernia. (5) Populi *Iberi*, et *Illiberi*, *Concani*, et *Lucani*, in Australi Hibernia notantur a

(1) Vide quæ de Annis Mundi, et de Feriarum ordine ex Tigernacho dicta sunt in *Dissert. Prælim.*

(2) *Aristot. De Mundo* edit. Casaubon. Lugdun. 1590, t. 1, p. 571, *Bochart* et Psalter na Rann Cod. MS. Bodl.

(3) *Gibbon* Decline and Fall, &c. 4to. vol. 5, p. 364, not. 166. ex Biblioth. Arab—Hispan. tom. 2, p. 327. Confer *Cellarium* Not. Orb. Antiq. l. 2, c. 1. Mos eligendi Reges inter Iberos idem fuit ac inter Hibernos. Strabo edit. Casaubon Amstel. 1707, l. 11, t. 2, p. 765.

(4) Vide Dissert. de Relig. Ethnicor. Hiberniæ MS. in Stowense. (5) Ita *Orosius*, *Isidorus*, *Wareus*.

Ptolomæo. (1) *Iberus* fluvius, teste Plinio, 260 millia passuum navigiorum capax, facilem præbebat accessum ad Oceanum Cantabricum, in quo *Iberniam*, et *Albionem*, Cassiterides, et Hesperides Insulas sitas esse, frequens est, et illustris mentio apud Veteres. Atqui Albanorum ac Iberorum migrationes *maritimæ*, ab Oriente in Occidentem, ex vetustissimis scriptoribus innotescunt.—Albania, inquit Calepinus, ab *ortu solis* mari Caspio conjuncta, ab *occasu* Hiberiæ finitima. (2) Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Epiro, vulgo Albania, Alii in Italiam navigaverunt, a quibus " Albani Patres, et alti moenia Romæ."—Alii in Hispaniam trajecerunt, qui, cum Numantinis, Saguntinis, aliisque *Celtiberis*, ad Celtiberorum Conventum *Cluniensem*, ad Cantabricum Oceanum, confluere solebant quotannis, (3) ubi et *Brigantes* a quibus Brigantes Britanni, et *altissimum Pharum, ad speculum Britanniæ* erectum fuisse, tradunt Æthicus (4) et alii. Orosius inquit " ab *Her-* " *cule* conditum fuisse," (5) et Herculem istum non alium fuisse quam *Midacritum*, qui primus Phœnicum Britannias exploravit, Doctissimi consentiunt. (6) Ex his patet Albanos, et Iberos, a profundissima antiquitate sua nomina Regionibus maritimis reliquisse. Navigatores fuisse vel inde constat, quod in Poetarum fabulis, *Albion* filius Neptuni dicitur, qui ex Oriente in Occidentem colonias ducens, contra Herculem stetit in Gallia et pugnavit. (7) Albani, inquit Plinius, ab Jasone orti ut ferunt, ante quos mare quod est, *Albanum* nominatur." (8) Ab Hercule ductos tradit Justinus. (9) Hæc ut dixi profundissimam demonstrant antiquitatem, unde Britannicas Insulas *Albion*, et *Jerne*, Græcis celebratissimas fuisse, scribunt Dionysius, et Plinius. (10)—Iberos quod attinet, ab iis Hispaniam dictam fuisse *Iberiam*, consentiunt omnes.—" In universam Hispaniam *M. Varro* pervenisse Iberos, et Persas, et Phœnices, Celtasque, et Pænos tradit." (11) Eadem tradunt *Diodorus* l. 5, Bibl. p. 312, *Appianus* in Ibericis p. 256, *Mela* ipse Hispanus, (12) et alii quos longum esset enumerare. Primo quidem Iberiæ nomine, vetustissimi Scriptores intellexere tractum omnem a Rhodano ad Gades, (13) sed postea, a Carthaginiensibus pulsi versus Occidentem, remotiores sedes sibi expetiisse in Hibernia, testantur *Orosius*, *Isidorus*, et *Nennius*, quibus, utpote antiquissimis, adhærendum est. Doctissimi Scotorum Albaniæ fatentur " Scotos primum in Hiberniam appulisse, " atque inde Britanniam Colonos missos, omnes eorum Annales affirmare, quod et Beda testatur " l. 1, c. 1, nec semel Scotorum ex Hibernia transitum in Albium factum, nostri Annales referunt, " nec Gentis cujusque de suis Majoribus opinionem, quæ testimonio vetusto confirmatur, repu- " diandam puto." (14)

Quæ cum ita sint, non est dubitandum, quin habuerint Hiberni navigia Oceano idonea, imo et Classes Bellicas in nostris Annalibus passim memoratas, quibus bella transmarina gerebat sæculo

---

(1) *Ptolomæi* Theatr. Orbis, edit. *Bertii* ex Codice præstantissimo Palatino.
(2) Eadem tradit *Plin.* l. 6, c. 10. edit Harduin, p. 308. (3) Ibid. l. 3, c. 3, t. 1, p. 143.
(4) *Æthici* Cosmogr. in Casauboni Strabone, Amstelod. 1707, l. 1, pag. 202, not. 9.
(5) *Oros.* Advers. Pagan. l. 1, p. 17.
(6) *Plin.* l. 7, c. 56, p. 414, *Bochart, Borlase, Gesner* De Phœnicum navigationibus, Lipsiæ 1764.
(7) *Pomponius Mela*, l. 2, c. 5. (8) *Plin.* l. 3, c. 3, t. 1, p. 143. (9) *Justin* l. 42, c. 3.
(10) *Dionys.* Perieg. vers. 568. *Plin.* l. 4, c. 16, ib. p. 222.
(11) *Plin.* ib. l. 3, c. 3. (12) *Mela*, l. 2, c. 6, et *Vossii* not. ad lin. 50, vol. 2, p. 746, edit. Lugd. 1748.
(13) *Harduin* in Plin. not. 37, ad l. 7, t. 2, p. 769, et Strabo l. 3, p. 166, edit. Casauhon 1707.
(14) *Buchanan.* Rer. Scot. l. 2, Trajecti ad Rhen. 1697, p. 50. *Pinkerton* Scotl. vol. 2, pag. 53, et seq. Lond. 1789.

primo Rex *Crimthan Nia nair*, (1) sæculo tertio Rex *Cormac Ulfadha*, (2) et sæculo quarto, et quinto, Rex *Niallus naoi giallach, Achaii Regis e Carinna Saxonica* filius, qui, pluribus Captivis abductis ex Gallia, et Britannia, inter quos eminebat S. Patricius, (3) demum, ultra *mare Ictium*, (4) ad Ligeris ripam interfectus occubuit," uti, ex vetustis Codicibus, tradunt IV *Magistri* ad ann. 405. —" *Niall naoi giallach, mac Eathach Moigmedhoin, do rochair la heoch mac Enna Cend seallach occ Murniocht.*"

Ulterius in his immorandum esse non censeo, neque enim multa de veterum scriptis ad nos pervenerunt, neque in iis quæ supersunt, res maritimæ nisi obiter, et in transitu memorantur. Sufficiat si ab ultima antiquitate vetera repetendo, quædam veluti fragmenta, vetustate obruta, renovaverim, quibus Doctiores ad cætera paulatim eruenda inducantur. Quod si in erroribus refellendis, vel in castigandis falsitatibus et mendaciis tempus tererem, latus quidem campus pateret, in quo viri eruditi possent, non sine laude et gloria excurrere. At ipse erroribus obnoxius, satius duxi, aliorum peccatis ignoscere, ne in judicio sisti contingeret, ac eadem mensura qua mensus fueram mihimet metiretur.

Illud tamen, in tanta de rebus nostris maritimis, veterum Scriptorum penuria, nequeo præterire—Seldenum errase, ubi Solini de Hibernis testimonium vetustissimum ad Britannos detorquere conatur. Solini verba sunt—" Qui student cultui, dentibus mari nantium Belluarum insigniunt ensium capulos, candicant enim ad eburneam claritatem, nam *præcipua viris gloria est in Armis.*" (5)—Ex his verbis Seldenus, frequentem Britannorum in Oceano piscationis usum, etiam tum invaluisse declarat, sine quo, ornatui isto ensium, apud gentem bellicosissimam, materies minime sufficeret. Non moror equidem, dummodo Solini verba ad Hiberniam, ut Historica fides postulat, sine fuco referantur. " Multis Insulis, inquit, nec ignobilibus circumdatur " [Britannia,] quarum *Hibernia* ei proximat magnitudine. Inhumana est, ritu Incolarum aspero, alias " ita pabulosa, ut pecora, nisi interdum a pascuis arceantur, in periculum agat satias. Illic *nullus* " *anguis*, avis rara, gens inhospita, et bellicosa. Sanguine interemptorum hausto, prius victores vultus " suos oblinunt. Fas ac nefas eodem animo ducunt. Puerpera si quando marem edidit, primos cibos " gladio imponit mariti, inque os parvuli, summo mucrone auspicium alimentorum leviter infert, et " gentilibus votis optat, nec aliter quam in bello, et inter arma mortem appetat. Qui student " cului," &c.——Hæc sane, si omnia vera sunt, etsi respiciant *Ethnicos*, parum conferunt honoris, sive ad Hiberniam, sive ad Britanniam referantur. Sed vetat pudor, fidesque in tractandis religiose veterum libris, ne quid ab auctoris sensu temere detorqueatur. Ut autem ad Hiberniam referantur, postulat totus contextus, nomen ipsum *Hibernia Insula*, verba *nullus Anguis*, et quæ de pascuis dicta

(1) Infra de usu Curruum, pag. 151. (2) Vide supra, pag. 145.

(3) Ita omnes Antiquissimæ Vitæ S. Patricii apud *Usser*. Primord. p. 587, 593, 815, 823, quæ memorantur Sæculo x, a Probo, et xii, a Jocelino, et Patricius ipse id innuit in libello confessionum.

(4) Mare quod Galliam separat a Britannia appellatur ab Hibernis *Muir nict, Mare Ictium*. Ita *Fiech* in Poemate Hibernico Sæculi VI edito a Colgano, et apud Usser. Primord. p. 823, hinc portus *Ictius*, *D'Anville* Notice de l'Ancienne Gaule, pag. 389, et Cæs. de Bel. Gal. l. 5, c. 2, 3.

(5) *Solini* Polyhistor edit. Salmasii, Trajecti ad Rhenum fol. 1689, at apud *Selden* Mare Clausum l. 2, c. 2, vol. 2. t. 2, edit. Lond. 1726, pag. 1284.

sunt, eadem enim tradidit longe ante Solinum *Mela*. " Super Britanniam Iverna est, adeo luxuriosa " herbis, non laetis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, et nisi " pabulo prohibeantur, diutius pasta disiliant."(1)—Porro quæ de Islandia, ab Hibernis antiquitus explorata, adduxi, nuperrime confirmata videre contigit in Codice Cottoniano, (2) in quo extat fragmentum Operis *Dicuili* Hiberni " *De Mensura Orbis*" cujus hæc sunt verba—" Circum " nostram Insulam *Hiberniam*, sunt Insulæ aliæ parvæ, aliæ minimæ, fere cunctæ simul angustis " distantes fretis, in quibus, in centum ferme annis, Heremitæ ex nostra Scotia navigantes habi- " taverunt, &c..... .Postea de Islandia subjungit——" " Trigesimus nunc annus est, a quo nun- " ciaverunt mihi Clerici, qui a Kalendis Februarii, usque ad Kalendas Augusti, in illa Insula *Thyle* " manserunt, quod non solum in Æstivo solstitio, sed in diebus circa illud, in vespertina hora, occi- " dens sol abscondit se quasi trans parvulum tumulum, ita ut nihil tenebrarum in minimo spatio " fiat.....Idcirco mentientes falluntur, qui circum eam concretum fore mare scripserunt, et qui a " vernali æquinoctio usque ad autumnale, continuum diem sine nocte, atque ab autumnali versa " vice usque ad vernale æquinoctium, assiduam quidem noctem. Dum illi, navigantes in naturali " tempore magni frigoris, eam intrabant, ac manentes in ipsa, dies noctesque semper, præter sol- " stitium tempus, alternatim habebant. Sed navigatione unius diei ab illa ad boream, congela- " tum mare invenitur."—Jamque cætera quæ ad hoc nobile, de veterum Hibernorum navigijs, argumentum spectant, et quæ ex præmissis, tanquam Corollaria emergunt, tum propter illam quæ adhibenda est sermonis elegantiam, tum propter rerum diversitatem, quarum tenendus est, cum brevitate, et dictionis claritate, delectus, Viris Eloquentia præstantissimis, qui hac nostra ætate maxime vigent, florida, et venusta oratione, exornanda derelinquo.

CURRUUM USUS IN HIBERNIA SÆC. VIII, ET LONGE ANTEA.

Ex dictis manifestum esse confido, omnes antiquissimos Insularum Britannicarum Scriptores respuendos esse, si Annales nostri ideo rejiciendi sint, quia vel pictas tabulas, vel classes memorant bellicas, aut mercantiles, vel fabros ferrarios, aut æreos, aliasve Artes Mechanicas quas huc usque memoravi. At dicent nonnulli, *currum* " *Carpaid*" *Regis Hiberniæ Aidi*, memorant hi Annales ad annum 810, imo et *Organa in Ecclesiis vetustis Hibernorum* ad annum 814! (3)—Esto equidem, non diffiteor, sed quæro iterum, quid inde? Hibernicæ voces quibus axis, absis, tæmo, rotæ, cæteræque curruum partes indicantur, Hibernis essent cognitæ, si res vocibus istis subjectæ, non fuissent pariter cognitæ, et usitatæ? Adamnanus, *curruum et Aurigarum* Hiberniæ, frequenter, et expressis verbis meminit. (4) *Broganus* Poeta, cujus extant quædam vetusta fragmenta metrica in Stowense,

---

(1) *Mela* de Situ Orbis. Varior. Gronovii, Lugd. Batav. 1748, l. 3, c. 6, tom. 1, p. 279.

(2) Vide *Biblioth-Hibern-Cotton*, Vespasian E. vi. MS. in Stowense, et Usser. Primord. p. 724, et 868, Minime confundendus est hic *Dicuil* cum *Dicuil* Episcopo, de quo vide supra ann. 700, not. 1, p. 68, etsi aliquando unum et eundem putaverim. Hic scripsit nono sæculo, et paulo post adventum Danorum. Ille idem est de quo Beda, et Rudborn apud Leland Collect. t. 2. p. 406, ann. 696, et hi Annales ann. 700.

(3) Annal. Ulton. ad ann. 814 infra " *Direptio organorum, &c.*"

(4) Adamnan l. 1, c. 38, p. 347; l. 1, c. 7, pag. 341, et l. 2, c. 43, p. 362, *Evinus* in Vita Tripartita part. 2, c. 75; et Jocelin c. 147.

ut supra indicavi in nota ad annum 489, plura habet de curru S. Brigidæ in Vita Metrica quam ei adscribunt Colganus, et Usserius, quamque ante Danorum adventum scriptam fuisse nemo unquam dubitavit.

" *Scarais a heach ceand a bret,—in tan do reteatar fon fan.*
" *Ni bu leithiseal in mam—mac de for oraid righlamh.*"
" Equus ejus exsiliit e curru,—dum decurrit per declive,
" Nec declinavit hac vel illac,—Filio Dei adjuvante sua manu." (1)

Hos versus explicat Sæculo VI *Cogitosus*—" Brigida, ut conventionem plebis visitaret, curru " sedens, equis binis vehebatur—alter, bruto animo, equus, saliens in curru, et irrefrenatus habenis, " fortiter se excutiens, et de jugo exterritus, per campestria cucurrit, et sic manus Domini jugum " pendens sine præcipitio sustentavit, et cum uno equo sub curru posito, ad plebis conventionem " illæsa pervenit." (2) *Ultanus* Ardbraccanensis, quem hi Annales memorant ad ann. 656, (3) narrat in Vita S. Brigidæ, quam, ex vetustissimo Codice Monasterii S. Magni, Ratisbonæ in Bavaria, Stephanus Vitus Colgano communicavit, (4) " Conlianum Episcopum qui habitabat in dextra Liffi " campi, venisse *in curru* ad S. Brigidam—*Auriga vero illius* jungens currum, *rosetas* [i. e. embolia " ferrea, seu obices ne rotæ excidant,] oblitus est ponere contra rotas, &c."—Agit pariter de curru et equis S. Brigidæ *Coelanus*, in Vita ejus Metrica, quam ex Codice Venerando Montis Cassinensis, memorato a Fabricio in Bibliotheca Latina, edidit Colganus. (5)—Adamnan inquit " *Eochodium* " *Laib*, Regem Cruthiniorum Ultoniæ, in prælio *Moinmorense*, in Aquilonali Ultoniæ parte, (6) " victum, *currui insedentem evasisse.*" (7)——Antiquissimi Scriptores de gestis S. Patricii, quos memorant Sæculo X Probus, et XII Jocelinus, tradunt *Leogarium*, Hiberniæ Regem, superstitiose in ter novem curruum numero fiduciam suam posuisse, et xxvii currus, *non secus ac in aciem*, contra S. Patricium et socios adducentem describunt.——Synodus Hibernensis SS. Patricii, Auxilii, et Issernini, cujus acta ex Variis, vetustissimisque Codicibus, ediderunt *Waræus*, (8) *Spelman*, (9) *D'Achery*, (10) et *Martene*, (11) agit de Hibernorum Curribus itinerariis Canone IX, in quo prohibet ne Monachus et virgo simul " *in uno curru, a villa in villam discurrant.*" Nulla afferri potest ratio Historica, cur hi Canones non sint iis, quorum nomina referunt, tribuendi. Actorum enim hujus Synodi exemplar, edidit D'Acherius ex Codice Collectionis Canonum libris 65, in gratiam Hibernensium Sæculo VIII compositæ, cujus duo exemplaria penes se habuisse testatur, unum ex Bibliotheca Corbeiense, alterum ex Parisiense S. Germani, ambos vetustissimos appellat.—*Martene* suum Codicem ita describit.—" Ego vero cum

---

(1) De *Brogano* Poeta vide not. ad ann. 489, Annal. Ulton. pag. 8, et poema ejus Hibernicum editum in Triade p. 515, vers. 28.
(2) *De Cogitoso* vide quæ supra dicta sunt in hac Annotatione pag. 137.
(3) Annal. Ulton. supra pag. 53, not. 1. (4) Triade pag. 527.
(5) Joh. Alberti Fabricii Bibliotheca Latina, Londini 1703, pag. 228.
(6) *Annal. Ulton.* ann. 562, æræ com. 563, supra pag. 23.
(7) *Adamnan* l. 1, c. 7, pag. 341. Agit de curru S. Columbæ, et Auriga ejus l. 2, c. 43, p. 362. Confer etiam l. 1, c. 38, aliud exemplum supra retuli de Rege *Cormaco*. Vide pag. 145, lin. 14.
(8) *Opuscula* edit. Londini 1656, pag. 43, canon 9. (9) *Spelman* Concil. Magnæ Brit. et Hibern. t. 1, p. 3.
(10) *D'Achery* Spicilegia tom. 9. (11) *Martene* Thesaur. Anecdotor. Parisiis 1717, tom. 4, p. 1—10.

" Rotomagi existens, Bibliothecæ Bigotianæ manuscriptos Codices evolverem, hos inter, elegantem " unum, ante annos 700 exaratum, prædictam collectionem continentem reperi, qui Fiscamnen- " sis olim monasterii fuisse videtur. Factaque ipsius cum editis collatione, animadverti plures " nec contemnendos canones comprehendere, qui vel *Acherii* fugerant oculos, vel quod probabi- " lius est, in ipsius Codicibus desiderabantur. Post Præfatam Canonum Hibernensium compila- " tionem, in eodem Codice Bigotiano extant Fragmentum Synodi Hibernensis, Gildæ præfatio de " pœnitentia, Synodus Aquilonalis Britanniæ, altera Synodus dicta Sapientia, Excerpta quædam " ex libro Davidis, Synodus dicta Sapientia, Excerpta de libris Romanorum et Francorum, Ca- " nones Adamnani, Canones Synodi Hiberniæ, cum brevi libello de remediis peccatorum, octo " constante capitulis, et ex scriptis Theodori quæ necdum in lucem prodierunt." (1) Hac Synodo sedente, Ethnicismum non fuisse penitus extinctum in Hibernia, produnt Canones VIII, XIII, XIV, et XVI. (2) Aliud exemplar Cottonianum alibi memoravi. (3)—Quæ hactenus ex Adamnano adduxi, et plura quæ ex nostris Annalibus in Dissertatione Præliminari contexui, Currus ad usus bellicos ab Hibernis, Columbæ temporibus, usurpatos fuisse, Historica fide, et stricte loquendo demonstrant, ita ut pluribus in re tam manifesta immorari, supervacaneum censendum sit. Unicum tamen exemplum afferam, quo pateat vetustos Hiberniæ Ethnicos, *Galgachi*, et *Agricolæ* temporibus, curruum bellicorum usum non solum non ignorasse, sed nec potuisse ignorare. Et certe, si exemplo quod ex IV *Magistrorum* Annalibus Hibernicis in Stowense, et ex Codice pervetusto Hibernico *Hua Congabla* ab iisdem memorato, adducere festino, Taciti testimonium adjiciamus— " Agricolam nempe, unum e Regulis Hiberniæ, seditione domestica expulsum, in Britannia ex- " cepisse, et specie amicitiæ, in occasionem retinuisse,"(4) et pariter testimonium *Eumenii*, asserentis Hibernos, etiam *ante Julii Cæsaris adventum*, hostili fœdere cum Pictis sociatos, Britanniam solitos fuisse infestare, (5) et præterea, si cum vetustissimis *Gilda*, et *Beda*, diligenti facta omnium collatione, concedamus, uti veritas Historica postulat, (6) Hibernos, post Julii Cæsaris tempora, spatio 500 annorum, usque an Saxonum appulsum, variis *incursionibus, et diris calamitatibus* Britanniam ita infestasse, ut demum Romanos expulerint, et Londinium usque, horrenda vastatione expilarent. Si hæc omnia inquam in unum conferantur, nulla profecto poterit, vel minima, de curruum bellicorum usu inter Hibernos etiam Sæculo I, rationabilis ambigendi causa remanere.

FRAGMENTUM VETUS EX IV. MAGISTRORUM ANNALIBUS IN STOWENSE.

" *A se decc do Criomtann niad nair hi righe n er, go nerbailt in Dun Crìomtainn in edar, iar* " *ttiodeacht don eachtra oirrdeirc for sandeach. As don eachtra sin tug lais na seoid adhamra,*

(1) Martene Thesaur. Anecdotor. t. 4, Præfat. pag. 1.
(2) Ibid. pag. 10, not. idque patet etiam ex *Spelmanno*, ibidem.
(3) Vide Bibliothecam Hibernico.Cotton. MS. in *Stowense*, et notam supra ad ann. 742, pag. 90, et apud Waræum, Opuscula pag. 123, et 127.
(4) *Taciti* de Vita Agricolæ Elzivir Lugduni Batav. 1640, pag. 673.
(5) *Eumenii* Panegyr. Constantio, &c. ann. 296—Vide Panegyricos Veteres edit. Optima Schwarzii Neurenbergæ. 1779, et edit. Delphini.
(6) General Roy, Military Antiq. of Scotland, fol. Lond. 1793, pag. 20.—" There is incontrovertible authority to " join the Irish with the Picts in their martial exploits against the Romans, as well from the Latin, as from the British " and Saxon writers."

" *imon ccarpait norh, 7 imon fithcill noir, go ttrib cedoib geam gloinide innte, 7 imon ccedh. ccriom-*
" *tainn. Lene saineamhiside co mbreactradh orh. Do bert cloidemh cathbuadhach, co niolar nait-*
" *rech do maisi oir. Aitleagtha ar na rionnadh ann. Sciath co mbocoidibh airgit aengil. Slcagh*
" *da nach ternodh oen no gonta dhi—Taball as nach teilccti urchor niom raill, 7 da coin go slabraibh*
" *ngeal arccaid etorra, Rob fiu ced cummal an Slabradh hi sin. Amaille re mor do sedoib oile.*" (1)
—[" Anno XVI Regis Crimthani Nianair, filii Lugadii rubricati, seu rubris circulis in cute
" maculati, occisus est Rex prædictus *Crimthan*, in Arce *Dun Crimthan*, apud *Edar*, hodie *the hill*
" *of Hoath*, postquam rediisset ab expeditione transmarina, inclitissima in vetustis historiis, ex qua
" retulit spolia prætiosa sequentia--*Currum*, auro prætiose ornatum. Alvèum, i. e. tabulam lusoriam
" ad lusum latrunculorum, trecentis lucidis gemmis ornatum, et centum latrunculis lusoriis.—
" Lænam, seu indusium militare auro intextum, cum fimbriis aureis. Retulit etiam gladium, Aqui-
" larum et Serpentum figuris, e purissimo auro conflatis, in gladii lateribus insculptis. Scutum bullis
" lucentibus argenteis. Lanceam cujus vulnus erat immedicabile. Fundam tam apte ad colliman-
" dum factam, ut a scopo nunquam erraret, et duos Canes venaticos cum catena nitida argentea,
" quæ centum *Cumhal* valebat, simul cum multis aliis spoliis valde prætiosis."]

Jam vero tempora *Crimthanni* Regis, a *Tigernacho*, et *Flanno*, et in vetusto Codice *Din-Seanchus*, (2) variis characteribus determinata, plane collimant cum iis quibus J. Agricola, *quinto expeditionum anno*, nave prima transgressus, ignotas ad id tempus gentes, crebris, simul ac prosperis præliis domuisse, *eamque partem Britanniæ quæ Hiberniam aspicit, copiis instruxisse narratur.* (3) Quintus enim expeditionum Agricolæ annus erat Urbis conditæ 835, æræ communis Christianæ 82, uti plane patet ex notis Broterii,(4) et ex *Horsleyi* Britannia Romana, ubi demonstrat, Agricolæ annos ab anno 78 ad annum 84 numerandos esse, ac proinde Usserium, mendosis Taciti editionibus, in errorem inductum fuisse ut aliter sentiret.—Atqui Tigernach refert initium regni *Lugadii* Regis Hiberniæ ad annum æræ communis L, et annos regni xxvii ei tribuit, idque characteribus Romanis, de quibus nullus est ambigendi locus, eosdem enim xxvii Regni annos, paulo postea repetit, dicens " Ab
" initio Mundi V. CC. LXXIX juxta LXX, secundum vero Ebreos IIII XXX, ab incarnatione
" vero LXXVII, *Lugad Reonderg* occisus est. Anno sequente *Crimthand nia Nair* regnat annis
" XIII." (5) Ergo *Crimthanus* iste Rex Hiberniæ, regnavit quarto, et quinto anno expeditionum Agricolæ, ab anno 77 ad annum 90, quo, post expeditionem transmarinam, occisus est.—Ego minime assero hunc Crimthanum fuisse *Galgachum*, præsertim cum hoc solum propositum fuerit ostendere, usum curruum bellicorum, longe ante Adamnani et S. Patricii tempora, Hibernos non potuisse ignorare. At illud pro certo affirmo, nomen *Galgachum* esse plane Hibernicum, uti constat ex Annalibus Ultoniensibus ad annum 596, (6) et nihil aliud Hibernice significare, nisi

---

(1) IV *Magistror.* Annales Hibern. Cod. MS. in Stowense, fol. 165.
(2) *Codex MS.* membranaceus in Stowense, a quingentis annis exaratus. Diversæ sunt opiniones de voce Hibernica *Cumhal.* Flaherteus pro 300 vaccis interpretatur, inquit O'Brien, voce *Cumal*, erronee ponens 300 pro tribus. Ego Flaherteo, donec certiora videro, adhæreo. (3) *Taciti* de Vita Agricola ibid.
(4) *Broterii* editio Parisiis 1771, tom. iv, pag. 91, et in Appendice Chronolog. ibid. pag. 451.
(5) *Tigernach* Codex Bodl. Rawlinson 488, fol. 4, col. 4. (6) *Annal. Ulton.* pag. 33.

Bellatorem Hibernensem. Ita *Gael-dun*, seu Caledoni, nihil aliud significat quam *Hiberni Montani*, Anglice *Highlanders*. Nimirum quia e voce *Gaelgach*, [Hibernensis Heros] Romani effecerunt *Galgachum*, eodem modo quo e *Mulloch na Gael*, [Promontorium Hibernorum] Angli fecerunt the *Mull of Galloway*, et e voce *Ard-Gael* [Montes Hibernorum] fecerunt *Argyle*.—Hæ derivationes non solum Hibernicæ sunt, sed *Historicæ*, testantibus Higdeno, Camdeno, Lhuydo, Baxtero, et *Descriptione Albaniæ* anni 1180, quam ex Codice Colbertino edidit Innesius. " *Ardgathelia* dici- " tur, quia ibi Hibernenses [dicti Gatheli] applicare solebant ad dampna facienda Britannis." (1)

In tota Britanniarum Historia antiqua, nihil certius quam Caledonos, ad Occidentalia Albaniæ litora positos, et cum Pictis fæderatos, non alios fuisse quam *Eumenii Hibernos*, et *Ammiani Scottos, Attacottos*, et *Duncaledones*, quæ diversæ fuere ejusdem gentis appellationes. Macpherson recte notat Marcellinum errasse, qui Pictos et Duncaledones eandem fuisse gentem, Montibus tantum disterminam, peregrinus homo existimavit, cum revera fuerint semper et nomine, et lingua, et origine, et moribus, æque ac montibus distinctæ. (2) Marcellini errorem sequitur Pinkerton, qui, etsi Pictis, quos Majores suos existimat, omnia trahere conatur, tamen, quod præcipuum est intactum relinquit. Fatetur enim *Scottos et Attacottos* Ammiani, non alios fuisse quam *Hibernos* Eumenii, eorumque sedes non alias quam Occidentalia Albaniæ litora, et Montes quos nos *the Highlands*, Ptolomæus *Caledoniam* appellat. Imo fatetur Hibernos cum Pictis, *ab initio*, etiam a J. Cæsaris ævo fæderatos, Britanniam assuetos fuisse vastare, idque Historica fide, Eumenii auctoritate suffulta, iterum iterumque declarat. Alibi quidem inquit Hibernos non ante annum 258 in Britanniam pervenisse. At hoc non solum gratis dictum, sed Historicæ veritati, a scipso toties declaratæ manifeste repugnat. Præstat ipsum audire—" All writers, English, Scotish, and Irish, agree that the ancient Scots from " N. Britain were a colony from Ireland. In all ages the Scotish Highlanders have asserted it, " and the Lowlanders from Barbour to this moment call the Highlanders Irishry, and their language " *Irish*, *Erish*, or *Erse*. This clear inference is so firmly rooted in the whole ancient history of " Britain and Ireland, that nothing but ignorance joined with frenzy could attempt to shake it. (3) " Eumenius never mentions the Scots but by the *general name of Hiberni*, and he joins those Hi- " berni with the *Piks*, as Ammianus does the *Scotti*. The Scotti of Ammianus were infallibly the " Irish. (4) On the first mention of the name Scotti, by Ammianus, it is joined with that of Picti " [their confederates,] just as *Hiberni* had been sixty four years before, by Eumenius. This, com- " pared with the subsequent authorities, affords a clear inference that, from the very first, Hiberni " and Scoti were synonimous, that Ireland was Scotia, and the Irish Scoti. Macpherson is forced " to yield to that glaring and invincible truth, supported by all antiquity, that from the IVth to the " XIth century, the names Scotia and Scoti belonged to *Ireland alone*. (5) The Irish call them- " selves *Gael*, and their language *Gaelic*. (6) The Highlanders were anciently called *Gatheli* and

---

(1) *Innes* Crit. Essay, vol. 2, Appendix.
(2) *Macpherson* Introd. Dublin, 1773, pag. 35, 46, 54.
(3) *Pinkert.* Scotl. vol. 2, p. 58, Lond. 1789. (4) Vol. 1, p. 116.
(5) Vol. 2, p. 57, 224, et sequ. ad p. 299.—" *Folly of supposing that the old Scots passed from Scotland to Ireland.*" Ib. Index voce *Scots.* et p. 52—59—" *or from Britain to Ireland.*" Index ib. et p. 242.
(6) V. 2, p. 20.

" *Hibernenses.* (1) Ptolomy places the Caledonians in the present Highlands." (2)—Non est cur in re tam manifesta diutius immorandum existimem, cum Doctissimi Viri, *Usserius*, et *Stillingfleet*, abunde demonstraverint, Scotiam antiquam non aliam fuisse quam Hiberniam, et Scotos non alios quam Hibernos, genus hominum bellicosissimum memoratum a Marcellino, qui proinde curruum bellicorum usum ignorare nullatenus potuerunt.—" It is clear, not only from all the Scots " history we have of the times, but from Bede, from the most authentic writers for an age or two " before and after him, and from the Roman writers, that Scotland, during the Roman domi- " nation in Britain, subsisted under two different Monarchies, Irish or Scotish, and Pictish.— " Eumenius states, that before the arrival of J. Cæsar, the Britons were accustomed to the inroads " of those two enemies." " *Hibernis modo et Pictis assueti hostibus.*" (3)—Tacitus quidem asserere videtur, Hibernos non fuisse gentem bellicosam;—narrat enim Agricolam, Partem Britanniæ quæ Hiberniam aspicit, copiis instruxisse in *spem*, magis quam in *formidinem*, et sæpe se *audivisse*, Legione una, et modicis auxiliis Hiberniam posse debellari.——At fatetur se potius Agricolæ *Panegyricum* scribere, quam *Historiam*—" Hic liber *honori Agricolæ soceri mei destinatus*, professione pietatis, aut laudatus erit, aut *excusatus*." (4)

Quis vero, nisi partium studiis abreptus, non videt nullam aliam fuisse causam, istam Britanniæ partem quæ Hiberniam aspicit copiis instruendi, nisi ut contra Hibernorum incursiones tueretur? Tacitus, librum scribens, *honori Agricolæ soceri sui* destinatum, professione pietatis excusandus est. Nos autem, vetustis auctoritatibus eruditi, Taciti verba virtuti Hibernorum minime adversari perspicimus, neque decet Viros simplices, et apertos, subtilitati in disputando nimium indulgere, aut Tacito plus tribuere quam ipse postulat, vel quam verba ejus, et scopus, sine fraude ab ipso declaratus, tribuendum concedunt. Laudandus erat Agricola, non quod in steriles Caledoniæ montes castra moveret, sed quod Hiberniam Imperio adjicere festinaverit, " quæ Insula, " medio inter Britanniam et Hispaniam sita, Gallico mari opportuna, Insulas Tyrrheni maris mag- " nitudine superans, et meliores habens aditus, portusque, per commercia et negociatores cognitos, " quam ipsa Britannia, valentissimam Imperii partem [Britanniam, Galliam, et Hispaniam,] magnis " invicem usibus miscuerit." Tacit. Vit. Agric. c. 24.—Atqui hæc in *laudem* narrare non posset, si Rei magnitudinem describens, valde periculosam, et Reipublicæ dispendiosam declarasset. Hibernia quidem debellata, Oratoris esset, in laudem Agricolæ difficultates et discrimina amplificare—sed, re tantum proposita, et infecta, laudandus non erat, nisi quia ea proposuerit, quæ Imperium dilatarent, et absque gravi dispendio P. Romani perficerentur. Qui Taciti mentem eruere cupiunt, legant primo Dialogum ejus *de Oratoribus*, postea *Vitam Agricolæ*, et conferant Orationem Claudii in l. xi Annal. c. 24, cum genuina oratione ære incisa, Lugduni.

DE ORGANORUM ET PSALMODIÆ USU IN VETUSTIS HIBERNORUM ECCLESIIS.

Jamque, ut ad alia diluenda progrediar, si Annalium Hibernorum auctoritas, propter rationes allatas rejicienda est, a fortiori rejicienda erit, quia *Organorum direptionem* ex Ecclesia Clooncremense memorant ad annum 814, hæc enim posteriora sæcula a fortiori redolere videbuntur.

---

(1) Vol. 2, p. 232—235, 242, et 244. (2) V. 1, p. 107, note.
(3) Legendi sunt de hoc argumento *Usserius*, Primord. p. 721—734, et *Prideaux* Connections, Lond. 1718, pag. 188. *Giblon* Map of the W. Empire, *Scotia*. (4) *Tacit.* de Vit. Agricolæ Elsivir, p. 660.

Attamen Organorum usum in Gallicanis Ecclesiis notant *Amalarius*, (1) et Annales Francorum editi a Duchesne ad annum 757, hoc est, annis 57 prius quam memorentur ab Hibernis. Ex variis testimoniis quæ videri poterunt in Du Cangii Glossario, et accuratius in Mabillonii Annalibus, (2) manifeste liquet Organorum usum, saltem ab anno 757, in Occidentalibus Ecclesiis passim invaluisse. Germanos, Caroli Magni temporibus, artem istam ad majorem perfectionem evexisse quam Italos, constat ex Epistola Johannis Papæ VIII ad Annonem Frisingensem, in qua rogat ut " *optimum Organum* ei mittat [Romam,] cum Artifice, qui hoc moderari ad omnem modulationis " efficaciam posset, ad instructionem Musicæ Disciplinæ." (3) Atqui, Hibernos ea ætate, et longe antea, a Fridolini, Fursei, Columbani, et Galli temporibus, et præsertim regnante Carolo Magno, Galliam, et Germaniam confluere solitos, ex centenis vetustorum testimoniis, huc usque allatis, ex *Goldasti* Rer. Alemannorum Scriptoribus, ex *Canisii*, *Mabillonii*, *D'Acherii* et aliorum Antiquitatibus, manifestissime comprobatur.

Cantum cum modulatione in usu fuisse in Hibernia sæculo VI, etiam inter Poetas Profanos, seu *Bardos* ut aiunt, idque *more antiquo*, ab immemorabili, testatur *Adamnan*, ubi agit, in transitu, de Poeta Hibernense *Cronano*, a quo vox Hibernica *Cronan*, usque hodie in usu communi, derivari videtur. (4)—" Alio in tempore S. Columba, cum juxta stagnum Cei, [hodie *Lach Ke* in " agro Roscommanense] prope ostium fluminis quod Latine Bos dicitur, [hodie the river of Boyle] " die aliqua cum fratribus sederet, quidam ad eos Scoticus Poeta devenit. Qui cum recessisset, " Fratres ad Sanctum, cur, inquiunt, aliquod, *ex more suæ artis*, canticum non postulasti modula- " biliter decantari?" (5) In vita vetusta *S. Kierani* edita a *Capgravio*, *Oengus* rex Momoniæ, de quo plura tradunt hi Annales ad ann. 489, " Citharistas optimos habuisse dicitur, qui dulciter coram eo, *Acta Herum, in carmine Citharizantes canebant*." (6) Aliud de Cithara Hibernica vetustissimum testimonium adduxi ex *Dallano* Poeta, in nota ad annum 594. (7) *Alillus Citharista*, Progenitor Generationis Dlutaigh, memoratur a *Tigernacho*, et in his Annalibus ad annum 633. (8) *Ultanus*, quem hi Annales memorant ad annum 656, (9) de Cithara, et Citharistis quibusdam Regis Lageniæ, pauca narrat in Vita S. Brigidæ, quam, ex Codice Ratisbonnense in Bavaria, ab 800 et amplius annis exarato, descripsit Stephanus Vitus, cujus exemplar penes se habuit IX seculo exeunte, et X ineunte *Aimoinus*, qui eadem ad verbum conservavit. (10) Giraldus ipse de Musicis Hibernorum instrumentis testimonium reddit amplissimum.—" In musicis instrumentis, præ " omni natione quam vidimus, incomparabiliter est instructa [gens Hibernica,] non enim in his " sicut in Britannicis quibus assueti sumus instrumentis, tarda et morosa est modulatio, verum " velox et præceps, suavis tamen, et jucunda sonoribus. Mirum quod in tanta, tam præcipiti

(1) *Amalar* De Eccl. Offic. l. 3, c. 3. *Gerbertus* de Cantu et Musica Sacra Typis San-Blasianis 1774.
(2) *Mabillon* Annal. t. 2, p. 181—2. *Du Cange* Glossar, t. 3, p. 63. *Ughelli* Italia Sacra p. 604—et 610.
(3) Apud *Mabillon* ibid. et apud *Gerbert*. ibid. t. 2, p. 142.
(4) *Cronan* the base in Musick, as " *Cronan Jachdarchanus*," cantus bassus. O Brien Dictionary Ir. Eng. p. 141.
(5) *Adamnan* l. 1, c. 42. Triade p. 347.
(6) *Capgrave* ex Tiumuthense Lond. edit. 1526, c. 17, et in Actis SS. p. 460.
(7) *Annal. Ulton.* supra pag. 33. (8) *Annal. Ulton.* supra pag. 45.
(9 Annal. Ulton. pag. 53, et not. ib. Item Usser. Primord. p. 960, et 1067. Waræi de Scriptorib. Hibern. l. 1, c. 13, et Triade p. 527. (10) In Triade pag. 558.

" digitorum rapacitate, Musica servatur proportio, et Arte per omnia indemni, tam suavi velocitate " tam dispari paritate, tam discordi concordia, consona redditur, et completa Melodia, seu diatesse- " ron, seu diapente chordæ concrepant."(1) Postea subjungit—" Episcopi, et Abbates, et Sancti in Hibernia viri Citharas circumferre, et in eis modulando pie delectari consueverunt." (2) Post Giraldum, Clynnus inquit—" Camum O'Caruill famosum fuisse Tympanistam, et Citharistam in Arte sua Phœnicem, ea pollens virtute cum aliis Tympanistis discipulis ejus, *circiter viginti*, qui etsi non fuerit Artis Musicæ chordalis inventor, omnium tamen corrector, Doctor, ac Director extitit." (3) Eadem de Musica instrumentali Hibernorum tradit Polydorus Virgilius, homo Italus, qui inquit " Hibernos exercere Musicam cujus sunt peritissimi, canunt enim cum voce, tum fidibus ele- " ganter, sed vehementi quodam impetu, sic ut mirabile sit in tanta vocis, linguæque, ac digitorum " velocitate, posse Artis numeros conservari, id quod illi ad unguem faciunt." (4) *Baconus* inquit nullam Citharam sonitum edere dulcem ut Hybernicam. (5) *Wartonus* in Historia Poesis Anglicanæ inquit, Wallos præcepta Artis Musicæ derivasse ab Hibernis—" Even so late as the XIth cen- " tury, the practice continued among the Welch Bards of receiving instructions in the Bardic pro- " fession from Ireland. In 1078 *Gryffith Ap Conan* brought over with him from Ireland many " Irish Bards, for the information, and improvement of the Welch." (6) Eadem tradunt Seldenus, et Powel in Historia Cambrense. (7)——Hæc satis superque indicant, ab antiquissimis temporibus, familiare fuisse Hibernis, Musicam instrumentalem cum cantu consociare, ac proinde si Hymnorum, et Psalmodiæ cantus in Ecclesiis Hibernicis, ab ipso initio invaluit, vix fieri poterat, quin, partim ad Ethnicorum impias Cantiones explodendas, partim ad credentium consolationem, symphoniæ quædam processu temporis introducerentur. Atqui Hymnorum, et Psalmodiæ cantum ab initio invaluisse, demonstrant quæ in *Annotatione prima* adduxi, de adventu S. Columbæ ad Monasterium Cluanense annum circiter 560, (8) et centena testimonia quæ produci possent ex *Cummiano*, *Adamnano*, et aliis.—Auctor Chronici Maildulphesberiensis apud Lelandum tradit, ex Codicibus antiquis, " S. Patricium constituisse, ut Psalmi Antiphonatim cantarentur a choro in chorum, nam antea Epistola et S. Evangelium recitabatur." (9) Hinc nomen Hibernicum *Benn-chóir*, [Dulcis-Chorus] hodie Bangor, originem habuisse existimo; auctor enim libelli " *De Officiorum Ecclesiasticorum Origine*," MS. in Cottoniano, a mille et amplius annis exarati, (10) inquit— " S. Patricium, S. Germani discipulum, cursum, qui præsente tempore dicitur Scottorum, *decan-* " *tavisse*, et post ipsum B. Wandilocus senex, et B. *Comogillus* [Bennchorensis,] qui habuerunt in

(1) *Giraldi* Topogr. Hib. Dist. 3, c. 11.
(2) Ibid. c. 12. Confer Pauli Jovii Descrip. Hib. in Venegia per Michiel Tramezzino, 1548, fol. 45.
(3) *J. Clynni* Annales MSS. Dublinii in Biblioth. Collegii SS. Trinitatis E 3, 20, 12. Itemque Codex Cotton apud Grat. Luc. p. 219, et in *Biblioth-Hibern-Cotton* MS. Stowense.
(4) *Polydori* Virg. Histor. Angl. l. 13, edit. Basileæ 1534, p. 219.
(5) *Bacon* Sylvæ, apud *Selden* Notes on Drayton's Polyolb.
(6) *Warton* Vol. 1, Dissert. 1, p. 50 edit. 4to. Lond. 1775.
(7) *Selden* notes on Drayton's Polyolbion, p. 1760. Lond. ed. 1726. *Powel* Hist. Cambr. et *Girald.* ibid.
(8) Vide supra Annot. I. pag. 132, et *Adamnan* l. 1, c. 3, Triad. p. 339—340.
(9) Apud *Leland* Collectan. t. 2, p. 301. edit. Lond. 1774, et *Warei* Opuscula p. 144.
(10) Vide supra Annot. I. pag. 123, *Mabillon* de Liturg. Gallicana pag. 380, *Usser.* Primord. p. 243, 840, 917, et *Spelman* Concil. editione prima, t. 1, pag. 176.

" eorum Monasterio, Monachos circiter tria millia. Inde B. Columbanus a B. Comogillo destinatus " est partibus Galliarum Luxovium, et ibidem ipsum cursum *decantaverunt*, et inde sumpsit exor- " dium sub B. Columbano, quod ante B. Marcus Evangelista decantavit."

Mabillonius Cursum Alexandrinum, in Monasteriis Lirinense, et Massiliense receptum fuisse, atque inde per SS. Germanum, et Lupum, et Patricium, in Britannias, ac demum ex Hibernia in Galliam, a Columbano illatum fuisse declarat, (1) quod eo magis notandum duxi, quia in vetustissimis Hibernorum Scriptis traditionibus, Germanus, æque ac Patricius, priusquam Hiberniam veniret, *Tyrrheni maris Insulas* peragrasse narratur, (2) in quas Alexandrinorum instituta prius introducta fuisse, ex Cassiano, et ex Pagano Scriptore Rutilio (3) supra indicavi. (4)

De Veterum Hibernorum Musica sacra, judicium æquum nemo unquam poterit efformare, nisi qui Monachorum nostrorum, cum vetustissimis Italiæ, ac Tyrrheni maris cœnobiis, consuetudinem, ex Monasticis regulis invicem collatis, minutim annotare curaverit. *Cassianus* Psallendi disciplinam Orientalem describit in l. 2 Institutionum anno 420, et in Regulis Diversarum Correptionum inquit " *Si decantans Psalmum, vel modicum titubaverit*," &c. Atqui *hæc ipsa verba* habentur ex Cassiano descripta in Regula *Columbani*, et Gerbertus in Musicæ sacræ historia, ex Codice prædicto Cottoniano inquit—" Ordinem Cursus Gallorum *B. Cassianus*, qui in Lirinensi Monasterio B. Hono- " ratum habuit comparem, et post ipsum *B. Honoratus* primus Abbas, et *S. Cæsarius* Eps " qui fuit in Arelate, et *B. Procherius* qui in ipso Monasterio fuit, ipsum [i. e. eundem] cursum " decantaverunt. Qui *B. Lupum*, et *B. Germanum* Monachos in eorum Monasterio habuerunt, " et ipsi sub normam Regulæ, ipsum [i. e. eundem] cursum decantaverunt, et postea in Bri- " tanniis vel Scotiis prædicaverunt."..... Huc referri debere, Antiphonarium vetustum Monasterii " *Benchorensis*, probabilius quidem Hiberniæ, unde S. Columbanus prodiit, atque cum socio " S. Gallo, etiam Alemanniam nostram, non solum fidei Christianæ luce, verum etiam Vitæ " Asceticæ principiis imbuit. Hinc haud dubie, *prima* apud nos Cursus Ecclesiastici, ex Psalmis, " Canticis, et Hymnis, Collectis, et Antiphonis, promiscue Compositi, norma desumta fuit, quam " *Cassianum*, ab Oriente sumpto exemplo, in Gallias introduxisse verisimillimum est." (5)

Hæc adduxi non solum ut Hiberni cognoscant, quam sit antiqua Psalmodiæ institutio in Hibernia, non solum ut sciant Gallos, et Alemannos ista instituta Hibernis accepta referre, sed Antiphonarium *Benchorense* antiquissimum supra memoratum, editum a *Muratorio* tomo iv Anecdotorum, pag. 125, exhibere " *Hymnum S. Patricii Magistri Scotorum*" de quo Muratorius in Præfatione inquit—" Memini Cl. Virum P. D. B. de *Montfaucon*, dum olim Mediolani ageret, " conspecta Codicis hujus ac Monumenti vetustate, mihi ostendenti fuisse gratulatum. Narrabat " quippe in Galliis esse eruditum quemdam, cui nata suspicio fuerat, non ipsas solum S. Patricii " res gestas, sed eundem S. Patricium inter fabulas *Romanenses* esse amandandum, tantis nempe " anilibus commentis deturpata fuerat S. illius Episcopi Historia. At profecto unus hic Hymnus

---

(1) *Mabillon* De Liturgia Gal. p. 381.
(2) *Poema* vetustissimum Hibernicum *Fiechi* Sleptensis in Appendice. Confer Bollandum ad 17 Martii.
(3) *Rutilii Numantiani* Itinerarium. edit. *Maitaire* p. 1413. Fleury Hist. Eccl. l. 24, n. 56. Paris, 1724, p. 600.
(4) Vide supra notas ad annos 747, p. 92, 756, p. 97, 766, p. 101, et præsertim. ann. 777, p. 107.
(5) *Gerbert.* Hist. Mus. t. 11, p. 165.

" satis esse potest, ad confirmandam veritatem, cum insignium Patricii Operum, tum celeberrimæ " famæ, quæ de S. Viro ad nostra usque tempora permanavit." (1)—Hymnos SS. Columbæ, et Columbani, recensent *Lyserus*, *Sirinus*, *Canisius*, *Colganus*, et alii, qui eos ex vetustissimis Galliæ, et Alemanniæ Codicibus collectos ediderunt. Præterea *Celestinus*, qui S. Patricium, postulante S. Germano, Hiberniam misit, ordinavit ut Psalmi David CL ante sacrificium psallerentur antiphonatim, quod ante non fiebat, inquit *Anastasius*, sed tantum Epistolæ B. Pauli recitabantur, et S. Evangelium. Eadem de Celestino testatur antiquus Pontificum Catalogus, editus ex Codice Palatino a *Schelestrato*, quem citant *Henschenius* in Actis SS. et *Gerbertus* in Historia Musicæ sacræ t. 1, p. 100, et Liber Vetustus Pontificalis consentit.

Jam vero manifesta est affinitas inter hanc Celestini institutionem, et testimonium adductum ex Lelando " Constituisse S. Patricium ut Psalmi Antiphonatim canerentur a choro ad chorum," (2) quod testimonium refertur pariter, ex Anonymo Malmesburiense, a *Waræo* in Opusculis pag. 144, et a *Gerberto* tomo 1, pag. 100. Hæc, inquam, tam mire conveniunt, ut ad eandem Originem necessario referenda sint. Psalmodiam Antiphonatim a choro ad chorum, in acceptis referunt Celestino, quotquot mædio ævo de Officiis Divinis scripserunt, Alcuinus, Amalarius, Rhabanus Maurus, Walafridus Strabo, Berno, Marianus Scotus l. 2, et Sigebertus ad annum 416. Undenam vero nisi ex genuino veritatis fonte, posset talis cum S. Patricii historia consensus ullatenus oriri?—

Venantius Fortunatus sæculi sexti scriptor, Psalmodiam Parisiensem, Pontificante Germano, describens, Organorum meminit, et Thomassinus in Tractatu de Officio Divino, de Fortunati descriptione inquit—" *Il n a pas oublie les Orgues.*" Non audeo quidem asserere Organa ista talia fuisse, qualia in Ecclesias Occidentales, Regnante Carolo Magno, introducta fuere. Illud tamen plane constat, nostros Annales, qui *Organa* simpliciter memorant, idque sæculo IX, minime rejiciendos esse, etiam si *Organa* meminissent Sæculo VII. Cassiodorus Musicorum tria genera distinguit, " Percussionalia, Tensibilia, et *Inflatilia, qualia sunt Organa.*"——Operum tom. 2, p. 556, apud Gerbertum t. 2, p. 146.

Muratorius testimonium affert *Jonæ*, discipuli S. Columbani qui ante Fortunatum, sæculo VI, in Præfatione ad Vitam S. *Columbani*, inquit——" Plerosque, *Organi* scilicet, Psalterii, " Citharæ melos, aura oppletos, mollis sæpe avenæ modulamini auditum accomodare." (3) Hæc eo affert Muratorius, ut Organa Italis tunc jam usitata ostendat. Addit tamen exploratum non esse, quid Organorum voce, vere et proprie, *Jonas*, et *Fortunatus* designent. Quidquid autem *Organorum* voce intellexerint, certum est ex dictis, errare Christianum Lupum, qui ex Hovedeno refert, Hibernos, usque ad S. Malachiæ Dunensis, et Henrici II Regis Angliæ tempora, cantum Ecclesiasticum penitus ignorasse. (4) Ejusdem erroris convincitur etiam Doctissimus Gerbertus Abbas qui, in Historia Musicæ sacræ t. 2, p. 42, narrat ex S. Bernardo, *Cantum usque ad Sæculum* XII *in Hibernia inauditum*, tunc *primum* a S. Malachia introductum fuisse.—S. Bernardi verba notanda sunt " Apostolicas sanctiones, ac decreta SS. PP. præcipuæque consuetudines S. R. Ecclesiæ

---

(1) *Muratori* Anecdota ex Codicib. Biblioth. Ambros. t. iv, p. 125. *Gerbert* t. 1, p. 80, 82.

(2) *Leland* ex Chronico Anonymi Malmesburiensis, Collectan, t. 2, p. 301.

(3) Edit. Sirini in Collectan. Sacr. pag. 215.

(4) *Lupus* Scholia ad Canon 75 *Concil Trullani* tom. 3, p. 135. Qui plura cupit de introductione Cantus Romani adeat *Ekkehardum* De Casibus Monasterii Hibernici S. Galli in Helvetia, apud *Goldastum* Rer. Aleman. Scriptores t. 1, et *Notkeri* Responsionem ad Lantbert. apud *Mabillon* Annal. t. iv, p. 688.

" in cunctis Ecclesiis Hiberniæ statuebat Malachias. Hinc est quod hodieque in illis ad horas " Canonicas cantatur, et Psallitur *juxta morem universæ terræ*, nam minime id ante fiebat, *ne* in " *civitate* quidem. Ipse vero in adolescentia cantum didicerat, et in suo cœnobio mox cantare " fecit, cum nedum in civitate, seu in Episcopatu universo cantare scirent, vel vellent." (1)

Hæc quidem plane indicant, usum cantandi *secundum morem Romanum*, a S. Malachia primum in Hibernia institutum fuisse, idque post adventum Danorum, cum antiquæ Ecclesiæ, et Scholæ, incendio deletæ, et disciplina vetusta prorsus labefactata disparuere. At inde deducere, contra tot vetustorum testimonia hactenus allata, Hibernos vetustiores cantum Ecclesiasticum, ante Danorum adventum ignorasse, esset prorsus insanire. Temerarii enim, et vix sani hominis est, quidvis ex libidine vel affirmare vel negare, et sine recta ratione Scriptoribus antiquis fidem demere.

Beda narrat, B. Biscop, Psallendi ordinem *juxta morem Romanum*, accepto Archicantore ab Agathone Papa, in Patriam suam Nordanhymbriam introduxisse anno 678, (2) idque iisdem fere verbis, quibus indicat eundem Biscop, Ecclesias lapideas *juxta morem Romanum*, primum in eadem Provincia ædificasse, quod satis indicat, alias Ecclesias lapideas, *sed non Romana more*, ibidem antea constructas. (3) Jam vero *a fortiori*, eadem de cantu dicenda sunt, alium nempe Psallendi morem extitisse, antequam Romanus introduceretur. Beda enim subjungit Archicantorem istum Johannem, non solum Monasterii Girwiensis fratres docuisse, verum etiam " de omnibus ejusdem Provinciæ Nordanhymbriæ Monasteriis, ad eum audiendum, *qui Cantandi periti erant*, confluebant—" (4) Atqui tota ista Provincia, usque ad Benedicti, et Wilfridi tempora, ab Hibernensibus Episcopis, et Monachis, exclusive regebatur usque ad annum 664, (5) quod et Mabillonius cum Beda fatetur, quamvis non satis sibi constet, qui uno loco veram expulsionis Hibernorum historiam narrat, (6) et tamen Benedictinæ antiquitati nimium propensus, alibi asserit " non *primum Wilfridum* Regulam S. Benedicti in Lindisfarnensem Ecclesiam invexisse," (7) quod erroneum esse probatur, non solum ex coævo Æddio, et Beda, et ex Malmeshuriense, (8) verum etiam ex ipso Mabillonio, qui inquit, Wilfridum, denuo cum Cantoribus Æddio et Æona, cumque Cæmentariis variisque Artificibus, in Patriam suam Northumbriam revertentem, cum Regula S. Benedicti quam ex Cantii Monasteriis acceperat, instituta Ecclesiarum et Monasteriorum Northumbriæ, in melius reformasse, ut ex ipso Æddio discimus, atque hinc apud Malmeshuriensem gloriatur se *primum* fuisse qui verum Pascha in Northumbria, *Scottis ejectis*, docuerit, qui *cantus Ecclesiasticos Antiphonatim* instituerit, qui S. Benedicti Regulam in illa Regione observari jusserit, uti in Cantio, tempore Augustini observabatur." (9) Eadem habet Æddius, testis oculatus, cognomento Stephanus, qui librum scripsit de Gestis Wilfridi, uti narrat Beda, quemque " *Cantandi Magistri* Nordanhymbrorum Ecclesiis, de Cantia a Wilfrido invitatum fuisse declarat." (10)

---

(1) *Bernardi* de Vita S. Malachiæ.

(2) *Bed.* Histor. Abbat. edit. Cantabr. pag. 295, ann. 678, et iterum p. 297.

(3) Archæolog. vol. viii, Lond. 1787, p. 168. (4) *Bed.* Hist. Abbat. ibid. et Hist. Eccl. l. 4, c. 18, p. 161.

(5) Confer Bed. Hist. Eccl. l. 3, c. 25, p. 131, et 133, cum dictis in *Dissert. Prælim.* de Origine Literar. inter Nordanhymbros, et cum Annal. Ulton. ann. 667, pag. 57, de *Colmanni* reditu ex Lindisfarnia in Hiberniam, itemque cum nota ad ann. 675, p. 60.

(6) *Mabillon Annal.* t. 1, p. 494. (7) Ibid. p. 582, et in Indice Generali p. 760.

(8) *Malmesb.* de Gest. Pont. l. 3, edit. Franeof. 1601, p. 259,—266.

(9) *Mabillon* ibid. pag. 474, et 494. Confer notam ad *Ulton.* ann. 675, supra pag. 60, et Bed. Hist. Eccl. l. 4, c. 4, p. 146, 147, item Annal. Ulton. ann. 731, p. 82. (10) *Bed.* Hist. Eccl. l. 4, c. 2, pag. 143.

Cum itaque Alexandrinus cantandi ordo, in Hiberniam invectus fuerit sæculo quinto, et ab Hibernis in Northumbriam Sæculo sexto, quis quæso mirabitur, si Organorum usus, notus S. Augustino in Africa, et S. Ambrosio in Italia Sæculo quarto, notus fuerit in Hibernia anno 815? "Non solum illud Organum dicitur, quod grande est, et inflatur follibus, sed quidquid aptatur ad Cantilenam." (1)—Duobus fere Sæculis ante Gregorium Magnum, qui *Cantorum Scholam* Romæ ihstituit, unde usque hodie Cantus Ecclesiasticus *Gregorianus* appellatur, (2) aliam hujusmodi Scholam etiam in Africa extitisse, indicat Victor Vitensis, in libro de Persecutione Africana sub Hunerico, eademque confirmat S. Augustinus. (3) De iisdem Scholis extantibus in Gallia, decretum edidit Carolus Magnus, ut Psalmos, *Notas Cantus*, Computum, Grammaticam, per singula Monasteria, vel Episcopia pueri discant. (4) Ingulphus Missas memorat quæ cum nota canuntur, (5) et *Wolstanus*, in Prolego ad Vitam Metricam S. Swithuni, narrat *Ælfegum*, Episcopum Wentanum, Organum in isto Monasterio construi curasse de quo inquit—

Bisseni supra sociantur in ordine folles,
Inferiusque jacent quatuor atque decem,
Flatibus alternis spiracula maxima reddunt,
Quos agitant validi septuaginta viri. (6)

Denique Organorum usum, etiam hydraulicorum, memorat Malmesburgensis—"Extant apud illam Ecclesiam, doctrinæ ipsius Monumenta, Horologium Arte Mechanica compositum, Organa hydraulica, ubi, mirum in modum, aquæ calefactæ violentia, ventus emergens implet concavitatem barbiti, et per multiforatiles transitus, æneæ fistulæ modulatos clamores emittunt." (7) Notandum restat, Psalterium quo usi sunt Hiberni antiquiores, fuisse Versionis S. Hieronymi, quod, cum Vulgata Latina edidit Episcopus Meldensis, ac proinde diversum fuisse ab eo vetustiore Italico, quod secum attulit in Cantiam S. Augustinus, uti constat ex Historia Wilfridi edita a coævo Æddio, qui narrat Wilfridum, ab Hibernis a pueritia educatum, S. Hieronymi Psalterium didicisse, et vetus Italicum ignorasse, donec e Schola Hibernorum egrediens, *Cantiam*, ad Scholam S. Augustini, profectus est. Eadem tradit ex Æddio Malmesburiensis "Wilfridus Cantiam adveniens, Romanas "Consuetudines, quæ Scottorum scientiam vincebant, gnarus addidicit. Psalterium denique quod a "Scottis, juxta translationem B. Hieronymi, acceperat, pro Romano more, juxta quintam editionem "lectitavit, et tenuit." Malmesb. de Gest. Pont. l. 3, pag. 259. Francofurti 1601. Quinta editio ea est, quam repertam fuisse in Hierico, regnante Caracalla, tradit Tigernach. (8) Hæc sunt quæ

(1) *S. Aug.* in Psalm 56. *Isidor* in l. 1, Orig. c. 20, apud *Bonam* de Divina Psalmodia c. 17, § 2, n. 3, et Rer. Liturg. l. 1, c. 25, p. 524, edit. Celoniæ.
(2) *Johan. Diaconus* Vit. S. Gregor. (3) August. Confes. l. x, c. 33.
(4) *Victor Vitensis* Hist. edit. Ruinart, Paris 1694.
(5) Scriptores post Bed. Francof. 1601, p. 850.
(6) Apud *Leland* Collect. t. 1, p. 152, edit. Hearne, Lond. 1774.
(7) Apud Du Cange in Glossario ibid.
(8) *Tigernach* Cod. MS. Bodl. fol. 5, Col. 4. Hæc videtur fuisse versio Graeca lxx Interpretum, quæ Latine reddita, *Itala* appellatur ab Aug. de Doctr. Christ. l. 2, c. 15. Latini novam acceperunt a S. Hieronymo ex fonte Hebræo, ita tamen ut priorem, sub appellatione *Veteris*, retinerent. Postea ad tollendas dissensiones, una ex duabus conflata est, quæ hodie *Vulgata* appellatur.

de Psalmodiæ usu inter vetustos Hibernos dicenda proposui, quædam præ nimia brevitate obscuriora videbuntur, pro quarum illustratione, ad Dissertationem Præliminarem, ubi de S. Patricii Chronologia disserui, Lectorem referendum existimavi.

DE USU METALLORUM IN HIBERNIA SÆCULO VIII.

Quod si adhuc objiciatur, materiem ad Organa construenda in Hibernia defuisse, quis non videt hanc propositionem indigere ut vetusta auctoritate demonstretur? At non solum demonstrari nequit, verum etiam prorsus rejiciendam esse uti falsam, demonstrant quæ de *æneo vase* produxi, sæculo sexto, ex coævo Adamnano. Sæculo nono, Nennius de Lacu *Lene*, hodie Killarney, inquit—" Est ibi stagnum quod vocatur *Loch Lein*, quatuor circulis ambitur; primo circulo gronna " stanni ambitur, secundo circulo gronna plumbi ambitur, tertio circulo gronna ferri ambitur, et " quarto circulo gronna æris ambitur, et in eo stagno margaritæ multæ reperiuntur quas ponunt Re- " ges in auribus suis." (1) Donatus Nennio vetustior, qui Prologum ad Acta S. Brigidæ scripsit versibus Heroicis, de Hibernia inquit "*Insula dives opum, gemmarum, vestis, et auri.*" Versus hos ex Codice venerando Montis Cassinensis supra memorato, et ex alio Constantini Cajetani Abbatis, a Stephano Vito ad usum Usserii descripto, editos habemus in Primordiis, (2) ex quibus constat, de eorum authenticitate nullum esse locum ambigendi, præsertim si conferantur, cum integriore editione Colgani, ex Codicibus Cassinense, Vaticano, Barberinio, et aliis, collatis cum Codice Lucæ Waddingi in Triade p. 582.—Jam vero quæ a *Nennio* traduntur de *Lacu Lene*, a recentiorum investigationibus fidem sibi debitam jure conciliant, in quibus fodinæ ferri, plumbi, stanni, et æris, seu cupri, Plinio Æs Cyprium, prope Lacum istum exploratæ memorantur.—" As for Copper, " few mines in Europe have produced such a quantity of ore, as that work lately discovered at " Muckruss near Killarney, having afforded, in the space of a year after its working, 375 tons of ore, " which produces from an ounce of the general sample, 5 penny weights, 8 grains of copper. Single " pieces of pure copper have been raised at Muckruss of several hundred weight." (3) De Margaritis ejusdem lacus, plura habet Æques auratus Sir *Robert Reading*, in Gestis Philosophicis ad annos 1691, 1692, 1693, ubi inquit, " I myself saw one pearl bought for 50 shillings, that was valued " at 40*l.* A Miller took out a pearl which he sold for 10*l.* to one who sold it to the late Lady Glen- " anly for 30*l.* with whom I saw it in a Necklace. She refused 80*l.* for it, from the late Duchess of " Ormond." (4)—Plurima auri et argenti fabrilia vetustissima, plurima instrumenta aurea, quorum usus hodie prorsus ignoratur, quædam etiam longe diversa ab huc usque inventis in Britannia, quotidie inveniri contingit in locis subterraneis et desertis Hiberniæ, supra quæ, a pluribus retro seculis, superficies paludosa, virgultis sylvestribus consita, usque ad altitudinem pedum 20 supra

---

(1) Nennii edit. Bertram Hauniæ, 1759, et Gale, Oxon, 1691.

(2) Vide supra not. ad ann. 500, pag. 9, et ad ann. 650, p. 50. De S. Kiliano auctore Poematis vide Bed. Martyrolog. edit. Cantabrigiæ, pag. 445, et *Biblioth. Hibernico Cotton.* Nero C. V. MS. in Stowense. *Non confundendus* cum *Kiliano* Abbate Monasterii Lacus Gerg, de quo supra ad ann. 721. Confer Primord. pag. 1060.

(3) *Smith's* Kerry, Dublin, 1756, p. 94, 5, 7, 125, 143, 409, 10, 11.

(4) Philosophical Transact. vol. xviii. p. 659. " The Kerry pearls are harder than those from Bristol, larger, and have a better lustre." Smith's Kerry, p. 94, et 211.

vetustam superficiem aratro cultam, et nongentis abhinc, annis habitatam crevisse, quotquot de Historia Naturali Hiberniæ scripsere doctissimi viri, omnes uno ore testantur. (1)

Quis autem Nennio antiquitus, Lochleniæ metalla recenter explorata indicavit, nisi fodinæ tum extarent, et Metallorum usus plene innotesceret? Hadrianus junius de Hibernia scribens, inquit ibi celebres fuisse—" Stannique fodinas, et puri argenti venas" (2) Objicient fortasse nonnulli Antiquarum fodinarum nullibi extare vestigia.—Quibus me nescire respondeo, et ipsi æque ignorant. Ergone rejicienda est Nennii, et Antiquorum auctoritas propter nostrorum ignorantiam?—Esto autem, non extant vestigia. Iterum quæro quid inde? Non extant vestigia fodinarum Iberiæ antiquæ—quamvis Diodorus repetite narrat, ita inexhaustas fuisse præ abundantia, ut cum, refertis navibus, multum adhuc argenti superesset, plumbo in ancoris exciso, ejus usum mercatores Phœniciae argento explerent. (3) Eadem tradit Aristoteles, seu, ejus nomen mentitus, Auctor vetustissimus Mirabilium. (4) Polybius, testis oculatus, cujus fragmentum servavit Strabo, inquit " Argenti fodinas, quæ sunt ad Carthaginem novam in Hispania, esse maximas, ab urbe ad xx stadia dissitas circulo cccc stadiorum contentas: ibi xl millia hominum in labore versari, atque in singulos dies, populo Romano, tum temporis, xxv millia drachmarum ab iis tributa fuisse." (5) Attamen ubinam manent hodie harum fodinarum vestigia, quarum si Strabo periisset, nec etiam memoria inveniretur? *Montesquieu* narrat, quemdam nobilem Gallum, nihil intentatum reliquisse ut vestigia inveniret, sed cachinnis ab omnibus exceptum, tempus, operam, et impensas perdidisse. " Le Marquis de Rhodes " proposa à la cour de France d'ouvrir les mines des Pyrénées. Il cita les Tyriens, les Carthaginois, " et les Romains, on lui permit de chercher. Il chercha, il fouilla partout; il citoit toujours, et " ne trouva rien." (6) Itaque si credibilia sunt quæ de Iberorum fodinis narrant antiqui, a fortiori credibilia sunt quæ de Hibernicis scripta habemus—Ista vetustis auctoritatibus nituntur. Hæc non solum vetustorum fide, sed recentiorum exploratione confirmata, ad antiquissimas Phœnicum navigationes retro conducunt, et Insulas Cassiterides, non alias fuisse quam eas, quas *Albion* et *Jerne* appellat Aristoteles, Annalium Punicorum fide, et Himilconis auctoritate demonstrant. (7) Quid enim aliud innuunt *Festi Avieni* verba—

Ast hinc, duobus in *Sacram*, *sic Insulam*
Dixere Prisci, solibus cursus rati est,
Eamque late gens Hibernorum colit—
Propinqua rursus Insula Albionum patet,
Tartesiisque in terminos Oestrumnidum
Negociandi mos erat, Carthaginis
Etiam Colonis, et vulgus inter Herculis,
Agitans columnas, hæc adibant æquora,
Quæ *Himilco* Pœnus mensibus vix quatuor,
Ut ipse semet rem probasse retulit,
Enavigantem posse transmitti asserit.

---

(1) *Boate's* Natural Hist. of Ireland, Dublin, 1755.—" Within the limits of my own knowledge, golden ornaments have been found to the amount of near 1000*l.* value, the greater part originals in their kind, unlike to any thing known at present, and of such decided antiquity that even their uses can rarely be inferred, by any analogy derived from things in use at this day." Hamilton's Let. on the C. of Antrim, Dublin, 1790. Let. 4.—et Gough's Camden vol. 3, p. 476. (2) *Hadrian. Junius* de Lingua Latina, l. 4.

(3) *Diodor.* Biblioth. edit. Wesseling. Amstelod. 1746, t. 1, l. 5, p. 358.

(4) *Aristot.* Opera Casaubon, edit. Lugduni, 1590, t. 1, p. 711.

(5) Apud *Strabonem* edit. Casaubon. Amstelodami, 1707, t. 1, l. 3, c. 148, pag. 220.

(6) *Montesquieu* Esprit des Loix, l. 21, c. 8. (7) Corpus Poetar. edit. Maitaire, t. 2, p. 1334.

Hæc ad Insulas Britannicas referri debere notavit Montesquieu "Ces voyages de la Betique en Angleterre, ont fait penser que les Carthaginois avoient la boussole : mais il est clair qu ils suivoient les cotes, je n'en veux d'autre preuve que ce que dit Himilcon, qui demeura quatre mois a aller de l'embouchure du Betis en Angleterre." (1) Certe nihil aliud J. Cæsarem induxit, ut Britannicas Insulas subjugaret, quam idea de prætiosis metallis, et margaritis Britanniarum, quam sibi ex Veterum scriptis effermavit, testante Suetonio. (2) Thoracem quem Veneri genitrici in templo ejus dicavit ex Britannicis margaritis factum intelligi voluit, testante Plinio. (3) Solinus id voluisse intelligi inquit, subjecta inscriptione quæ id testaretur. (4) "Britanniam petiit, inquit Suetonius, spe margaritarum, quarum amplitudinem conferens, interdum sua manu pondus exigeret." Alibi notavi ex Beda, (5) et aliis, colores quibus Monachi libros suos illustrare solebant, aliquando, ex suco margaritarum, et conchyliarum liquoribus efformatos, quorum in Hibernia usque, ad nostra tempora quædam mansit, eaque non obscura traditio. (6)—"Ipsa librorum aurea, argenteaque operi- "menta, documento sunt, inquit *Lincœus*, auri fabrorum copiam Hiberniæ antiquitus suppetiisse.— "Tulgnius O'Moelchonrius, vir Historiarum, et Legum Hibernicarum scientissimus, per literas me "monuit, stata tribunalia ad causas opificum, Mechanicas Artes exercentium, decidendas, in- "stituta fuisse, Magistro singulis Artibus assignato, qui damnum ex opificum vel ignoratione, vel "dolo profectum, resarcire abstringerentur." (7) Hinc Historica fidè ductus Camdenus, scripsit Hiberniæ Magnates ab Antiquo solitos fuisse habere suos Juridicos, quos Brehones vocant, suos Historicos qui res gestas describunt, Medicos, Poetas quos Bardos vocant, et Citharædos, et certæ, et singulæ familiæ, "Scilicet Brehoni unius stirpis et nominis, Historici alterius, et sic de "cæteris, qui suos liberos, sive cognatos, in sua qualibet Arte erudiunt, et semper successores "habent, quibus singulis sua prædia assignata sunt." (8)

TESTIMONIA DE AURI ET ARGENTI USU EX ANNALIBUS HIBERNICIS.

Porro de Auro in nostris Annalibus frequens mentio, et de vasis sacris ex auro, et argento, ut supra ad annos 799, 800.—Annales Ultonienses ad annum 1004, inquiunt.

MIV. "*Slog la Brian co Rigrid er ime co hardmacha, co farcaib* xx *unga do or for altoir Pat.*"—[Exercitum duxit Rex Brianus, et Principes Hiberniæ secum Ardmacham, ubi posuit 20 uncias auri in oblationem supra altare S. Patricii.]

MCL. *Comhorba Padraicc, 7 Samhadh Pattraicc for ccuairt ittir neoghain co tuccsait alain reir do bhuaibh ·i· bo gacha ticche Biataigh, 7 Saertoigh, each gacha Toisigh, 7 fiche bo on Righ fein— Cuairt Cenn. Eocc. do dhenamh la Comharba Colaim Chille la Flaithbheartach ua Brolchain, 7 do bert*

---

(1) *Montesquieu* ibid. p. 276. (2) *Sueton.* in Cæsar, c. 47. edit. Varior. Pitisci, Trajecti ad Rhen. 1690, p. 131.
(3) *Plin.* l. 9, c. 35, edit Harduin t. 1, p. 523.
(4) Apud Harduin in nota ibid. Confer Ælian Hist. Anim. l. 15, c. 8, et Marbodæum lib. de lapid. pret. c. 61.— "Gignit et insignes antiqua Britannia baccas." et *Tacit.* Vit. Agricolæ c. 12, edit. Brotier, t. 4, p. 81.—Item *Mela* de situ orbis l. 3, c. 6, p. 277, edit. Gronov. Lugd. Bat. 1748, et *Solini* Polyhist. c. 56.
(5) *Steevens's Bede* l. 1, c. 1. Lond. 1723. not. p. 8. (6) Phil. Trans. No. 197, 198, pag. 645.
(7) Gratiani Lucii p. 118. (8) Camden Britan. tit. Hibern. Spenser View of Irel. Dubl. 1633, p. 51. *Martin* West. Isles, p. 104.

each gacha Toisicch, 7 bo gacha deisi Biatach, 7 bo gacha trir Saertach, 7 bo gacha cethair diomhaoin. Fiche bo imm on righ fein, fail oir irabhattar cuicc uinge, a each, 7 a earr o Mhuircertach mc Neill h. Lachlainn, o ricch er innsin. Cuairt Connachta an dara feacht la Comharba Pattraicc la Giolla mc Liacc mc mc Ruaidhri, co ttuc a oigh rerr. Do rad dan ua Conchob. fail fhichit uincce dor don cur sin do Comharba Pattraicc. Cuairt Sil Cathusaigh la Flaithbhertach ua Brolchain Comharba Col. cille, do bhert each o gach toiseach, Caora c gach ndet. a each imm, 7 a earr, 7 fail oir irrabh attar da uinge on Tigernah o Choin Ul ua Laind—Toirrdhealbhach ua Briain dodhul i luimneach 7 noch an fhuair adhion isin Mumhain, 7 do rad seoid iomet lais 'i' deich fichit uinge d'or 7 lx sed soinemail im chorn Brian Bhoramha.———— " Vicarius S. Patricii, et Congregatio Cleri " S. Patricii, visitant Tironiam, donec dederunt eis plenarium vectigal boum, i. e. Bovem cujusque " domus *Biatach*, et cujusque Municipis, Equum cujusque Ducis, et 20 boves a Rege ipso.

" Visitatio Tironiæ facta a Vicario S. Columbæ Flahertaco o'Brolcan, et dedit ei equum quis- " que Dux, et bovem singuli bini *Biatach*, et bovem singuli terni Municipes, et bovem singuli " quaterni plebis. Viginti Vaccas ad butyrum dedit Rex ipse, et præterea annulum aureum " quinque unciarum, Equum suum, et Arma Militaria, Rex nempe Murcertach filius Neilli " o Lochlin, Rex Hiberniæ eo tempore. Visitatio Connaciæ secunda vice, a Comhorba S. Pa- " tricii Gilda mac Liag, filio filii Roderici, donec dederunt ei plenarium tributum. Dono dedit " O'Conor Annulum xx unciarum auri ea vice Comhorbæ S. Patricii. Visitatio Clientelæ " Cathusaigh, [Clan Casey] a Flahertaco O'Brolcan Comhorba S. Columbæ cui dederunt Equum " a quovis Duce, Pecorem a quovis Pastore Gregis, Proprium equum, et arma et Annulum " aureum duarum unciarum a Principe ipso, Cuulad O'Land. Tirlac O'Brien profectus est " Limericum, cum nequiret locum tutum habere in Momonia, et secum tulit cimelia prætiosa " multa, i. e. decies viginti uncias auri, et sexaginta gemmas lucentes, simul cum cornu Briani " Boromhæ Regis." (1)

MCLVII. *Coimthional seun. ag cleircc. er. 7 ag druing dia riocc. acc Mainist. droichit Atha, do choisreacc temp. na Mann. Seacht ncps decc imonleccaid, 7 im Comhorba Pattricc, dirimh imm do aos gach graidh archena. Ro baoi ann o riogh Muircertach ua Lochlain, Tigernan ua Ruairc, Hua Heochada agus Hua Cerbhaill.—Jar ccoisreacch imm in tempaill la Comhorba Pattraicc, Ro heis ccoit cendh imm o cleirc. 7 ro hionnarbh o riocc. Donch ua Maoileachlainn a righe Midhe, 7 ro righ Diarmaid a brathair ina ionadh. Do rat Murcertach ua Lochlainn seacht fichit bo 7 tri fichit uinge dor do Dhia 7 dona cleircc in idhbert do raith a anma. Do rad doibh bheos baile oc droichet Atha 'i' Fionnabhair na ningen. Do rad din o Cerbhaill tri fichit oile uinge dor doibh 7 do rad ben Tigernain ui Ruaire. in. ui Maoileachlainn an ccomatt. C. na. 7 cail. oir ar altoir Mhairi 7 cdach arg,. n altoir dona naoi naltoir oile battar isin Teampal i sin.* [" Congregatio Synodi Ecclesiasti- " corum Hiberniæ, et plurimorum Regum, ad Monasterium Pontis Vadi, hodie *Drogheda*, ad con- " sacrandam Ecclesiam Monachorum—Septem et decem Episcopi cum Legato, et cum Comhorba " S. Patricii, i. e. Primate Ardmachano Gilda mac Liag, et plurimi cujusque ordinis et gradus

(1) *Annal.* IV *Magistr.* Codex MS. Hibern. in Biblioth. Stowense.

" similiter interfuere. Interfuere etiam Reges Mucertach O'Lochlin, Tigernan O'Ruarc, O'Heo-
" chad, et O'Carroll—Post consecratam Ecclesiam a Comhorba S. Patricii excommunicatus est a
" Clero, et expulsus Donchad O'Melachlin a regno Midiæ, et regnavit Diarmitius frater ejus
" pro eo, Dedit Murcertach O'Lochlin septies viginti boves, et sexaginta uncias auri Deo,
" et Clero, in oblationem pro anima sua. Dedit eis quoque oppidum apud Pontem Vadi, dictum
" *Fionnabar* filiarum. Dedit postea O'Carroll sexaginta alias uncias auri eis, et dedit uxor Tiger-
" nani O'Ruarc, filia O'Melachlinii, eandem summam, et Calicem auri supra altare Virginis,
" et paramenta sacra supra unumquodque e novem Altaribus aliis quæ fuerunt in Ecclesia ista."

Nullam de moneta cusa, vel effigiata, testimonium, ex nostris Annalibus ante Sæculum IX produci posse, et Rerum valorem bobus, ac pæcoribus æstimari solitum fuisse, libenter concedo. At non inde sequitur pecuniam fuisse vel ignotam vel inusitatam. Homerus sæpe indicat Græcos habuisse opera aurea, et argentea, eleganter effigiata, ut arma Achillis, et Glauchi. Narrat tamen possessiones suas, et res vendibiles, non pecunia, sed boum numero æstimasse. Sic Arma Glauchi valebant boves 100, Diomedis arma non pluris quam 9 bobus æstimabantur.—A pari, in nostris Annalibus, Catena argentea Regis *Crimthan* æstimabatur 100 *Cumhal*, i. e. 300 bobus, et tamen, in iisdem Annalibus, opera aurea, et argentea, ubique memorata indicavi.

In rebus Hibernicis, magis quam in aliarum gentium Historiis, mores populi a moribus Magnatum distinguendi sunt. Isti nihil innovabant. S. Bernardus plebeium introducit, qui Malachiæ Ardmachano *novitatem* ædificandi e lapide, potius quam e ligno levigato, acriter exprobrat, dicens " *Scoti sumus non Galli.*" (1) Errant autem, ut supra annotavi, (2) qui inde deducunt nullum alium ædificandi morem, quam e ligno antea extitisse. (3) Oratorium lapideum Ardmachanum memorant hi Annales ad annum 788. De eodem Oratorio, IV *Magistri* ad annum 1125, inquiunt—

Mcxxv. " *Hi qint idenair for aoin di din isindte tuarccbadh abhuinne de din for in daimhliacc mor Airdmacha iarna lain eagar do slinnd. la Ceall. Comharba Pattraicc isin triochat mh. bl. arched o na raibhe slinn comhlan fuair co sin.*"—" [Quinto Idus Januarii, operimentum factum
" et tectum integrum supra Oratorium lapideum magnum Ardmachanum, quod postea tegulis
" ordine contexuit Celsus Comharba i. e. Successor S. Patricii, *anno* 130 *a quo habuit tectum inte-*
" *grum antea.*"] Iidem Annales inquiunt—

Mcxxix. *Caislen Atha luain do dhenamh agus an drocet do thoccbhail la Toirr ua Cconcob. asam hra na bliadhna so ·i· Samhra an tarta. Altoir in Daimliacc moir hi Ccluain mc nois do fos criucch. 7 seoid do breith eiste ·i· Cairacan tempuill Solom. tucc o. Mhaoileaclainn mc Domhnaill. Cadin Donncha mc Floinn agus na tri seoitt tucc Toirr. ua Concobhuir ·i· Bleidhe airccitt 7 copan airgitt 7 ccrois oir thairis 7 corn go nor 7 carn hi Riada righ Aradh 7 caileach airgid co fforneimh oir fair con a tesc o ing. Ruaidhri ui Concob 7 copan airccid Cell. Comarba Pattraicc.* [Castellum Athloniæ ædificatum, et Pons istius oppidi reædificata a Tirdelbaco O'Conor tempore æstivo hujus anni, i. e. æstate magnæ siccitatis.—Altare Oratorii lapidei magni Cluanæ mac nois expilatum, et Cymelia

(1) *S. Bernard.* in Vita S. Malachiæ. (2) Annot. II. p. 135, supra.
(3) *Wareus* de Antiq. Lond. 1654, p. 95. Vide errorem Waræi, et ejus imitatorum, supra Annotatum p. 135.

pretiosa inde direpta, i. e. effigies templi Solymarum, quam dedit Rex o Melachlin filius Domhnalli. Dunchadi filii Flanni, et tria Cimelia pretiosa quæ dedit Tirdelbac O'Conor, i. e. Poculum argenteum, et Pelvis argenteus, habens crucem aureum desuper, et Cornu aureum, et Cornu O'Riada Regis Aradiæ, et Calix argenteus cum ornamentis auri optimi, cum sua capsa, donum filiæ Roderici O'Conor, et Pelvis argenteus Celsi Comhorbæ S. Patricii.

Errant ergo, qui ex verbis S. Bernardi, cum Waræo asserunt, non extitisse alia quam ædificia lignea ante tempora S. Malachiæ, et pariter errant qui pecuniam in Hibernia ante Danorum adventum ignotam fuisse ideo asserunt, quia vulgus non aliter quam bobus, et pecoribus, res suas vendere, et æstimare solebant. Magnates enim studebant cultui, et humaniore agendi ratione, bonarum Artium studiis, Ecclesiarum ornatui, et nitori, et Monachorum tranquillitati favebant. Hinc inter antiquissimos Canones S. Patricii, (1) nonus est " *De collectura pecuniæ.*" Secundus Canonum quos ex Codice Cantabrigiense ediderunt Spelman, et Waræus, respicit eum qui furatus fuerit *pecuniam* De Ecclesia." (2) Veterum numismatum Hibernicorum ectypa edidere Waræus, et Gough. (3) Lanfrancus, in Epistola ad Tirdelbacum Hiberniæ Regem anno 1074, Episcopis Hiberniæ exprobrat—" quod Sacri ordines per *pecuniam* dantur." *Alcuinus* sæculo VIII, scribit ad Colcum Lectorem, [id est *Fer leigind*, Hibernice,] his verbis——" Misi L. siclos fratribus de " eleemosyna Caroli Regis, obsecro ut pro eo oretis, et de mea eleemosyna L siclos, et ad Aus- " trales fratres Baldhunincga [i. e. Baille chuinnegh Monasterium in Ossoria] xxx Siclos de elee- " mosyna Regis, et xxx de eleemosyna mea, et xx Siclos de eleemosyna Patris familiæ Aradiæ, " et xx de eleemosyna mea, et per singulos Anachoritas tres Siclos de puro argento, ut illi omnes " orent pro Domino Rege Carolo." (4)

Ex his, erroris arguitur Pinkertonus, qui in Opere de antiquitatibus numismaticis, (5) dogmatice asserit Numismata prorsus ignota fuisse in Hibernia ante sæculum XII. Si id asseruisset de Scotia recentiore, liceret quidem, cum doctissimi istius Gentis id assererant, (6) et mos æstimandi numero boum, manserit ibi, Regni legibus stabilitus, usque ad sæculum XIII, (7) neque possit ullum quod sciam, vetusti auctoris testimonium afferri, quo pecuniam ante sæculum XII in Scotia recentiore in usu fuisse comprobatur.

Esto igitur Hiberni usque ad sæculum XII, pecorum et boum numero res vendibiles æstimabant. At, auctoritates producunt, quibus *pecuniam* in usu fuisse demonstrant, en disparitas.—Pecuniam in usu fuisse inter Danos Dublinii nemo in dubium revocare videtur, attamen de iisdem istis Danis hæc habent Annales Ultonienses ad annum 1029.

Mxxix. *Amlai mac Sitriuc ri Gall do ergabail do Mathgamain hi Riagain ri Breg co fargaibh da c dec bo* 7 vi xx *Each mbretnach* 7 *cloidi Carlusa* 7 *aiten goedicul, ettir Laignin* 7 *lethcuind* 7 *tri* xx *unga do argat ghil in a ungar geimhlech.* [Amlaff filius Sitrici, rex Alienigenarum, captus a Mathgamano O'Regan rege Bregiæ, et captivate dedentus, donec solvit pro lytro 210 vaccas, et 120

(1) Vide supra p. 149, et Waræi Opuscula p. 41. (2) Ib. p. 47.
(3) Waræi Antiq. p. 130. (4) Vide supra p. 131. (5) Pinkerton on Coins.
(6) Ruddiman Introd. to Anderson's Diplomata, Edinburgh, 1773, p. 117.
(7) Du Cange Glossar. voce *Vacca*.

equos Britannicos, et 60 uncias auri, et Gladium Caroli, et obsides Hibernorum quos in sua potestate habebat, præsertim Lageniæ, et dimidii septentrionalis Hiberniæ, et 60 uncias argenti pro impensis durante captivitate.

Si ergo Dani, qui, fatentibus omnibus, pecuniam habebant cusam, aurum tamen et argentum non numerare, sed librare solebant, quis non videt precipitem esse judicium eorum qui, ex eodem more vigente in Hibernia, pecuniam cusam Hibernis penitus ignotam fuisse deducunt? Quis non videt de indigenis, saltem æquo jure dicendum esse quod de Danis, præsertim cum testimonia allata pro pecuniæ usu in Hibernia, antiquiora sint quam ulla quæ afferuntur pro barbaris istis vastatoribus qui quidquid liberalium Artium habebant, id Hibernis acceptum referre tenentur, ipsis fatentibus se primum in Hibernia, annum circiter 948, fidem Christi didicisse, et primum Ostmannorum Regum qui istam fidem amplexus est, fuisse probabiliter Aulafum Sitrici filium, qui in Prælio Temorense, a Melachlino Rege Hiberniæ victus, uti tradunt hi Annales ad annum 979, filio Reginaldo occiso, et fractis undique viribus, Hyonam secessit, atque ibi, [uti narrant Annales Hibernici Insulæ omnium Sanctorum] mærore confectus occubuit. Utrum vitæ pænituerit, vel potius, rebus adversis, Mundo valedixerit invitus, quærendum non censeo. Dum morimur, ideæ rerum non ea ratione recurrunt qua sese nobis florente valetudine obtulerunt, ac proinde baptismi lavacro regeneratum fuisse, pie potius credendum, quam veterum fide asserendum est. (1) Recentiora esse quædam ex hactenus adductis testimoniis, utpote Danorum adventui posteriora, non inficior, alia autem seculum viii præcedere, nemo cordatus poterit denegare. Ad omne dubium tollendum subnectere liceat quæ seculis V, VI, et VII de *Chrismale* traduntur in Regulis Monasticis *Comgalli*, *Columbæ*, *Columbani*, et aliorum, qui *Chrismale* secum quocumque irent, deferre assueti erant. In *Pœnitentiale* S. Columbani præcipitur ut " qui oblitus fuerit *Chrismal*, pergens procul ad opus aliquod, quinis quinquies per- " cussionibus subjacea." Atqui *Chrismal* vas quoddam fuisse fragile, ex eo patet, quod ibidem " Cui Chrismal ceciderit, et *nihil confringens*, xii percussionibus" castigandus statuatur. (2) Comgallus in agrum laborandi causa profectus, *Chrismale* suum supra vestem suam posuit, quod cum Gentiles Picti eo irruentes viderent, Comgalli Deum esse rati, eum contingere timuerunt. (3) Hinc videtur aut capsulam fuisse Reliquiarum, collo appendi solitam, quam Græci *encolpion* vocabant, uti putat Mabillonius, (4) aut Vasculum oleo benedicto plenum, ad consignandos ægrotos, cujus Fortunatus, scribens seculo VI, meminit, (5) aut quod ego potius, et pro certo existimo, Vas fuisse in quo Christi Corpus asservabatur, uti ex pluribus testimoniis plane demonstrat Du Cangius, prædicta Columbani verba, inter alia non obscura producens. (6) Rem certissimam reddit quod Columbanus in eadem Regula, c. 15, cui titulus " De negligentia *Sacrificiorum*." " Qui negligit Sacri- " ficium, inquit, si immutatum fuerit, et panis amiserit saporem, si *rubro* colore xx diebus pæniteat, " si *hyacinthino*, xv diebus pæniteat. Qui autem merserit sacrificium, continuo bibat aquam, quæ " *in chrismale* fuerit, et Sacrificium comedat." (7) *Cumeanus* in Mensura Pœnitentiarum capite 13,

(1) Plurimi confundunt duos Aulafos, et duos Sitricos.
(2) *Regula Cœnobialis* S. Columbani edita in Collectaneis Sacris c. 8, p. 22.
(3) Vita Comgelli apud *Mabillon* Annal. t. 1, l. 8, n. 7, p. 209, et in Collectaneis Sacr. p. 807, col. 2.
(4) *Annal.* ibid. (5) *Fortunat.* de S. Germano Epo Parisiense n. 47, apud Mabillon ibid. Optat. l. 2, et Anastas. Biblioth. in Vita S. Innocentii.
(6) *Glossar.* t, 1, p. 974, voce *Chrismal.* (7) Regula S. Columbani edit. Collectan. Sacr. p. 24, col. 2.

eadem habet iisdem fere verbis " Qui autem merget Sacrificium, continuo bibat aquam et quod " *in chrismate* fuerit sumet sacrificium, et emendet per x dies culpam solutus. Si ceciderit sacri- " ficium de manibus offerentis terra tenus, &c. omne quodcumque inventum fuerit in loco in quo " ceciderit comburatur, et cinis ut supra abscondatur. Sacerdos deinde anno damnetur." (1)

Ex his colligitur Chrismal fuisse pixidem, in qua Monachi antiqui, iter agentes, circumferebant species consecratas, juxta consuetudinem Ecclesiæ Primitivæ, (2) uti patet ex Irenæi auctoritate apud Eusebium l. 5, Histor. c. 25.

Jam vero vas ad Ministerium tam sacrum non potuit, nisi necessitate cogente, vilis esse materiæ. In Altari intra Columbam auream Eucharistiam reponi solitam fuisse, legitur in Actis S. Basilii, quæ Amphilochii nomine inscripta habentur. In ciborio pretioso repondenam decernunt Concilia vetusta apud Du Cangium, Mabillon. Præfat. ad Sæc. 3 Benedictin. et in Binghami Antiquitatibus Christianis. (3)—Porro cum alia vasa aurea, argentea, et ærea habuerint Hiberni, res ipsa postulare videtur, ut Chrismalia quæ longe sacratissima erant, e pretiosis metallis a fortiori efformata fuisse censeamus. Phialam pretiosam Regis Teffiæ, qui sæculo VI ineunte, S. Brigidiæ coævus fuit, his verbis descripsit sæculo VII *Coelanus*.

Omnicolor fuerat Vas quoddam Regis in aula.
Mirabatur opus, Veterum quod insigne Virorum.
Pocula multa simul, septem compacta metallis.
Auricolor *Vitrum*, sociato fulget electro.
Commixtura latet calicum, sed ductilis illa,
Spargebat nitidis crispantia lumina gemmis.
Verberat atq. oculos speculantis flamma nitoris.
Priscæ facturæ fuerunt nam pocula quædam.
Talibus antiqui Pateris convivia Reges,
Dulcia per populos ornabant *more vetusto*.
Deliciosæ quidem, fragilis sed valde figuræ. (4)

Eadem habet *Ultanus*. " Vas pretiosum, facturæ mirabilis, et materiæ pretiosæ, quod apud " Veteres vocabatur septiformis Calyx. Illud autem vas cecidit de manu rustici et confractum " est." (5) In vetusta vita metrica S. Brigidæ, lingua Hibernica scripta a Brogano Poeta, *Vas argenteum* memoratur, quod non potuit frangere faber, et fregit Brigida—" *In dan arggait na docom-* " *maigh in ceard.*"(6) Eadem habet Cogitosus " Tribus leprosis postulantibus munus, vas largita est " argenteum, et cuidam in ponderibus auri et argenti comperto, dixit ut inter illos hoc ponderaret, " tribus æque æqualibus partibus, cumque excusare se cæpisset, &c. ipsa apprehenso vase argenteo, " allidit contra lapidem, et confregit in tres ut voluit æquales partes," &c. (7) Laurentius Dunelmensis, qui ejusdem Brigidæ vitam, ante Anglorum in Hiberniam adventum, descripsit circa annum 1140, (8) eadem ex Cogitoso enarrat cap. 54. (9)

---

(1) Cumeani de Mensura Pœnit. ex Codice Venerando San-Gallense in Collectan. Sacr. p. 209, col. 2.
(2) *S. Ambrosii* Oratio in funere Satyri. Gregor. l. 3, Dialog. c. 36. Acta Laurentii Epi Dublin apud Surium, Nov. 14. *Bingham* Antiq. of the Christ. Church, l. 8, c. 6, et l. 15, c. 4, § 9.
(3) *Du Cange* Glossar. Vocibus *Pyxis*, et *Chrismal*, *Beda* de Locis Sanctis ex *Adamnano* c. 2, describit Calicem *argenteum*. Canones Saxon. Regis Edgari c. 41, et *Bona* Rer. Liturg. l. 1, c. 25, a p. 461, ad 469. *S. Columbanus* æneo Calice usus est præ humilitate, et *Gallus* ejus exemplum secutus, calicem *argenteum* recusavit. Acta apud *Surium* Octob. 16. Historiam Senis *Serapionis* refert ex Eusebii Hist. Eccl. l. 6, c. 44, Fleury l. 7, n. 4, p. 245, et *Bingham* Antiq. of the Christ. Church, t 1, b. 8. c. 6, Lond. fol. edit. 1726, pag. 304. Conferenda est Historia Satyri quam refert Fleury ex S. Ambrosio l. 17, n. 40. p, 363.
(4) Edit. ex Codicibus Cassinense, Vaticano, Barberinio, et Lucæ Wadingi in Actis c. 27, p. 587.
(5) Edit. ex Codice vetustissimo Ratisbonense in Bavaria ibid, pag. 529, c. 29. (6) Triad. pag. 517, v. 39.
(7) *Cogitosus* in Vita S. Brigidæ c. 28, ibid. p. 522. (8) *Pitseus* de Script. Angl. 214. (9) Triad. p. 580.

Calices sacros vetustissimos Hiberniæ e vitro factos memorant *Jocelinus*, et Auctor vetustior Vitæ Tripartitæ, cujus excerpta edidit Usserius. Ambo conveniunt S. Patricium discipulo suo Ailbeo indicasse " Altare mirandi operis, habens in quatuor Angulis, quatuor *calices vitreos* in specu sub- " terraneo, a quibus autem personis illud Altare factum fuerat, aut cum calicibus ibi repositum, " nobis adhuc extat incognitum." (1)

Quod si objiciatur ex dictis in Annotatione 2, Artem vitro cancellandi fenestras, ante tempora Wilfridi ignotam fuisse, id equidem fatendum est, sed inde non sequitur Artem vasa Vitrea faciendi fuisse ignotam. Romani Vasa Vitrea habebant, sed non fenestras.—Calices vitreos memorat Tertullianus, in quibus inquit, effigiari consuevisse Pastorem, ovem humeris gestantem, cujus rei plurima exempla habentur in *Bosii* Roma subterranea. Attamen nusquam apparet, fenestras vitro cancellatas fuisse tempore Tertulliani. (2) Patenas Ministeriales *vitreas* fuisse, Zephyrini Papæ decretum ostendit, et hunc usum diu perseverasse constat ex S. Hieronymi Epistola 4, ubi tradit Exuperium Episcopum Tolosanum, Corpus Domini Canistro vimineo, et sanguinem portare *in vitro*." (3) Cyprianus Gallus in Vita S. Cæsarii Arelatensis " Annon, inquit, in *vitro* habetur sanguis Christi ?" Demum in Concilio Rhemensi, regnante Carolo Magno, *Calix vitreus* vetitus est ob periculum materiæ fragilis. Cap. ut Calix de Consecr. Dist. 1.——Phialam *vitream* Regis Teffiæ in Hibernia, memorat *Coelanus* Sæculo 7. Librum *vitreum* ordinationis Regum, memorat precedente sæculo *Adamnan*, (4) et Calices Vitreos etiam ante S. Patricii tempora, memorant Jocelinus et Evinus.—Omitto quæ de Sepulchro S. Brigidæ, et Ecclesia Kildarense tradit Cogitosus, utpote superius exposita, (5) quibus tamen adjungere liceat, Artem pingendi sæculoVI excultam, memorari ab Adamnano, qui, " Saxonem quemdam, nomine *Genereum*, S. Columbæ discipulum, virum Religiosum, *Pictorem*, et *opus Pictorium* exercentem" expressis verbis designat. (6) Denique, Codices Evangeliorum, S. Columbæ manu exaratos, et tegumento aureo, vel argenteo, ac gemmis obcoelatos, ad instar prætiosissimarum Reliquiarum, ad sua usque tempora conservatos, et pia veneratione habitos, Magnus O'Donnel, qui Vitam ejus Hibernice scripsit anno 1520, iterum iterumque testatur. (7)

DE ARTIBUS HIBERNORUM LIBERALIBUS.

De scholis vetustis Hibernorum, Johannes Rossius Warwicensis jampridem monuit—" Magistros " docuisse secundam formam studiorum antiquorum, cum Divinis videlicet studiis, humaniorem " etiam literaturam conjungentes." (8) Eadem tradit Trithemius in Chronico Hersaugiense ad annum 890, et in Libro de Illustribus viris Benedictinis l. 1, c. 6, itemque Christopherus Brower in Antiquitatum Fuldensium libro 1, c. 9, 10, 11.—Recentiores sunt isti. Confirmantur autem, et illustrantur a vetusto Codice Hibernense conservato Wigorniæ, qui continet " *Commentaria Dunchat*

---

(1) *Jocelin* in Vit. S. Patr. c. 105, in Triade p. 89, et Tripart. Opus, Triade part. 2, c. 35, p. 134.
(2) *Tertul.* de Pudicitia c. 6, et 10, apud Baron Annal. t. 1, p. 245, edit. Paris, 1630, et *Bingham* loco citato, pag. 305. *Bona* Rer. Liturg. l. 1, c. 25, p. 454—477.
(3) *Hieron* Epist. 4, ad Rusticum, apud *Bingham* ibid. l. 8, c. 6, §21, p. 305.
(4) *Adamnan* l. 3, c. 5, p. 364.
(5) *Annot.* 2, p. 137—139. (6) Adamnan ibid. c. 10, p. 366.
(7) Præsertim l. 2, c. 42, in Triade, 438. (8) *Usser.* Primord. pag. 910.

" *Pontificis Hiberniensis, quod contulit suis Discipulis in Monasterio S. Remigii Douns,* [i. e. Duni " in Ultonia] *super Astrologia Martiani Capellæ Varronis.*" (1) Martianus, Patria Medaurensis, ut ex Cassiodoro constat, Carthagine educatus, scripsit Romæ annum circiter 460, regnante Leone Thrace, stylo Afro, semibarbaro, aspero, et difficile. Poema ejus *De* vii *Artibus* edidit Grotius anno 1599, extatque editum a *Maittaire*, in Corpore Poetarum Veterum, tomo 2, Londini 1713, pag. 1442.

Septem Artes, quarum Regulas succincte exponit, sunt *Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Astronomia*, et *Musica*. Conferantur quæ de eo tradunt *Bailet, Fabricius*, et *Vossius*, qui tamen errat, dum Martianum aliquanto juniorem asserit, quam *Boetii*, et *Cassiani* testimonia sinunt adjudicari. (2) Hoc opus in vetustis Hibernorum Academiis exponi solitum fuisse, demonstrant dignitas qua *Dunchad* insignitus describitur, (3) et testimonium *Lelandi*, qui de Dunchadi Codice a se viso inquit—" Commentarii Dunchat, Pontificis Hibernensis, super libros Martiani Capellæ, *Opus eruditum.*" (4) Extat præterea *Johannis Scoti Erigenæ* de eodem Capella testimonium insigne, in libro de Divisione Naturæ, (5) et *Labbei* in Bibliotheca Codicum MSS. pag. 45, itemque *Mabillonii* in Itinerario Italico edit. Paris, 1702, p. 76, unde constat ejusdem opus de vii *Artibus*, in Gallia explicari solitum sæculo sexto, quod et Gregorius Turonensis confirmat, (6) et *Alcuinus*, vel ejus nomen mentitus, vetustus scriptor Carminis *De* vii *Scientiis* liberalibus, cujus meminit *Lelandus*, (7) aliique memorati Wartono. (8)

Cassiodorus, cujus Opera olim in Hibernia laudata fuisse, Hibernorum quæ remanent fragmenta demonstrant, Consularibus insigniis, sub Theodorico Gothorum Rege, cujus ab Epistolis erat, depositis, anno ætatis 70, Christi 540, et *Vivariense* sibi Monasterio condito, loco prope Schyllacium amænissimo, ubi horti irrigui, et piscosi amnis *Pellenæ* fluenta, per hortorum meatus, in Monasterium ad maris litus positum derivabantur, insignem ibi Bibliothecam instruxit, ac paulo postea Opus composuit " *De Institutione Divinarum literarum,*" in quo *Cassiani* Instituta, a *Columbano* nostro laudata, discipulis, et cujusque ordinis Monachis, sedulo legenda commendat.

In hujus Operis libro 1 agit de studio S. Scripturæ, et *Historiam Tripartitam*, quam ab amico Epiphanio componi curavit, Occidentalibus Ecclesiis commendat, utpote quæ, tria opera, Socratis, Sozomenis, et Theodoreti, in unum redacta, et Latine reddita, complectens, Eusebii x libros, a Rufino traductos, egregie compleret, ac pro genuina Ecclesiæ historia haberetur. Hæc Versio ea est, quam a Patribus Hibernis, cæterisque Occidentalibus, ubique citatam fuisse, centena Hibernorum, et Saxonum, æque ac Gallorum, et Italorum testimonia ostendunt.

---

(1) *Primord.* p. 910. Vide *Biblioth. Hibern. Cotton.* Vespasian A. 11, n. 8.

(2) *Bailet, Jugemens des Scavans*, t. 6, p. 545, vel tomo 3, parte 2, pag. 448, n. 1205. Amsterdam 1725, et *Recueil des Crit. Gramm.* t. 2, parte 1, p. 317, n. 289. Itemque " *Enfans devenus celebres par leurs etudes.*" Paris 1683, p. 234.—*Vossius* De Hist. Lat. l. 3, et *Fabrici*, Bibliotheca Latina, Lond. edit. 1703, p. 180. *Warton* Engl. Poetry t. 2, p. 76, et t. 1, p. 391.

(3) Vide Bibliothecam nostram *Hibernico-Cotton* ubi supra. Vespas. A. 11.

(4) *Leland* Collectanea t. 4, p. 160, edit. Hearne, Lond. 1774.

(5) *Scoti Erigenæ* l. 3, pag. 147, 148. Confer *D'Acherii* Spicileg. t. 2, et *Mabillon* Præf. ad Sæc. IV Bened.

(6) *Greg. Turon.* Hist. edit. Paris, 1522, et Maurin. 1699, l. 10.

(7) *Leland* Collect. tom. 4, pag. 7. (8) *Warton* Engl. Poetry, t. 2, p. 75, *Gerberti* De Mus. t. 1, p. 121, et 198.

In secundo libro, agit de Disciplinis Liberalibus, *Grammatica*, *Rhetorica*, *Logica*, *Mathematica*, quæ alias Artes includunt *Arithmeticam*, *Geometriam*, *Musicam*, et *Astronomiam*.—Capellæ Disciplinam fusius explicat, ex S. Augustini Opere deperdito " *De Musica*," (1) et ex aliis, et hæ sunt Artes, quarum studiis, doctrinæ fama, et Doctoris Laurea olim in Hibernia consequebantur.—Scripsit præterea Cassiodorus, anno 563, librum egregium de *Othographia S. Scripturæ*, cujus Regulas excerpsit ex xii vetustis Scriptoribus, quorum ultimus fuit ille ipse *Priscianus*, quem *Dungallo* Hibernensi familiarem fuisse, infra ex Muratorio patebit. Plurimi ei tribuunt Opus de Computo Paschali scriptum anno 562. Floruit ergo quo tempore florebant in Hibernia *Finnianus* Cloonardensis, *Sinellus* S. Columbani Magister, sub quo *Artes liberales* didicit, (2) *Comgal*, *Columba*, aliique Hibernorum Magistri, quos in Annotatione Prima breviter numeravi, obiitque anno 565, paulo postquam Columbanus, a Schola Sinelli, ad *S. Comgallum* Benchorensem, liberalibus disciplinis, et Monasticis studiis erudiendus transivit. Disciplinam Augustini, Martiani, et Cassiodori, explicant post Cassiodorum *Beda*, in Opere de Arte Rhythmica et Metrica, et Auctor incertus, ni fallor Hibernensis, qui librum scripsit De *Arte Musica*, editum in tomo I Operum Bedæ, Basileæ 1563, pag. 372; et Coloniæ Agrippinæ 1612.

His positis, explicantur jam quæ in nostris Scriptoribus *de septem Artibus* frequenter occurrunt. In *Triveti* Chronico, prisca Normannorum lingua conscripto, *Dynothus*, qui Sæculo vii in Wallia floruit, *Clericus* appellatur, *bene eruditus in* vii *Artibus Liberalibus*. (3) *Aldhelmus*, primus Anglorum qui Latine carmina scripsit, in Epistola ad Eahfridum revertentem ex Hibernia,—" non solum " Artes *Grammaticas*, atque *Geometricas*, bis ternasque omissas *Physicæ* Artis machinas, quinimo *Al-* " *legoricæ* potiora, ac *Tropologicæ* disputationis bipartita bis oracula" in Hiberniæ scholis, juventutem Anglo Saxonicam solitam edoceri testatur.(4) De *Gilda Albanico*, qui Scholam Ardmachanam Sæculo VI regebat, (5) Caradocus Llancarvanensis inquit " Scholares audierunt ab eo vii *Disciplinarum scientiam*."—*Tathæus* Hibernensis, rogante Rege Caradoco, anno 469, ut liber habet Landavensis apud Usserium, " vii *Disciplinas Liberales*, confluentibus undique discipulis explicavit," in Ventano Gymnasio Monnemuthense, (6) quod et vetustus auctor apud Florentium Warwicensem, in Vita ejusdem Tathæi, iisdem verbis confirmat. *Cadocus*, Abbas Llancarvanensis, Tathæi discipulus, Gildam Albanium ex Hibernia venientem anno 500 excepit, et in eodem Gymnasio Scholarum studiis præposuit, ubi librum Evangeliorum sua manu descriptum Gildas reliquit, qui " adhuc, inquit Caradocus, remanet in Ecclesia S. Cadoci, auro, et argento undique coopertus.

---

(1) Hoc opus memorat ipse Augustinus in Retractationum l. 2, *Possidius* in Indiculo Oper. S. Augustini, et *Gerbert* de Musica Sacra t. 1, p. 198, 199. Confer *Cassiodori* Opera edit. Maurin Rothomagi 1679, 2 vol. folio.

(2) *Jonas* in Vita Columbani, c. 2, Collectanea Sacra p. 218.

(3) *Spelman* Concil. t. 1, Lond edit. 1737, p. 27.

(4) Vide supra *Annot.* 1, pag. 127, 128, et *Usser.* Sylloge p. 39. Extat in Monasterio S. Gallense Codex sæc. ix, in quo, superscriptis notis Musicis, varia *Aldhelmi* carmina, et *Sedulii* Scoti Carmen Paschale continentur, cujus specimen exhibuit Gerbert in Hist. Musicæ t. 1, p. 202. *Usserius*, in Epistola ad Vossium, Dissertationi de Symbolis præmissa, *Codicem Hymnorum* vetustissimum Hibernicum laudat, partim Latino partim Hibernico sermone scriptum. In Antiphonario *Benchorense*, edito a Muratorio, plures Hymni leguntur, iique antiquissimi citati a Gerberto.

(5) Vide supra *Annot.* 1, pag. 126, et *Caradoc* apud Usser. Primord. p. 442.

(6) Liber *Landavensis* apud Usser. Primord. p. 91, 92, 1117.

" Tenent Wallenses Indigenæ illud volumen pretiosissimum in conjurationibus suis, nec audent " apperire ad videndum, nec confirmant pacem et amicitiam inter Inimicos, nisi illud fuerit imprimis " appositum." (1) Successit ei in Schola Llancarvanense *Brendanus* Findlogæ filius, de quo supra notavi " *Artes Liberales* in Schola Rossense in Hibernia prælegisse." (2) Extat vetusta *Machuti* Vita, edita a Lelando ex libro Bili Levitæ, (3) in qua *Brendanus* appellatur " Brindanus præceptor Machuti in nobilissimo Nantcarvan Monasterio." Eadem narrat in Hist. Eccl. *Fleury*, l. 34, n. 14, p. 507. " S. Malo, ou Maclou, nommé aussi *Machut*, fut elevé par le S. Abbe *Brendan*, fameux par sa science, et sa vertu." Concordant Mabillonii Acta, t. 1, p. 223.

Auctor Vitæ *S. Cathroe* anni 1040, quam, ex membranis Monasterii S. Huberti in Ardenna, *N. Fasonius*, istius Monasterii Abbas, descripsit, de Schola Ardmachana inquit—" Cadroe adolescens, " Hiberniæ Metropolim apud Ardmacham, (4) in pristino Disciplinarum Musæo se inclusit, non " veritus post Dogmata Divina, mundanas litteras quærere, ut his lucidius elimatus, quæ olim " melius posset examinata proferre. Instruitur itaque, et coævos, contubernalesque suos longe " precedens, Gymnasium sapientiæ, ipsa ductrice, angulatim percurrebat. Quid ultra?— " Quod Poeta cecinit, et Orator dixit, quidquid Philosophus excogitavit expertus, nihil ipsum " fugit. Quidquid numero, mensura, pondere, tactu, et auditu, a quoquam vestigatum est, ebibit, " et ultimum Astrorum occultos tractus, et cursus, radio doctius Ægino, designavit." (5)

Bulæus, in Historia Academiæ Parisiensis, inquit J. Scotum *Erigenam*, Artem Musicam tradidisse Parisiis, idque demonstrat ex veteri Chronico, " In *Dialectica*, *Musica*, et *Arithmetica* " legente Johanne Monaco, viro acutissimi ingenii." (6)—*Wood*, in Historia Academiæ Oxoniensis, de eodem inquit, " ab Alfredo Rege in *Logica*, *Musica*, et *Arithmetica* constitutum fuisse Oxoniensium Præceptorem." Eum autem confundit cum alio Johanne, ut alibi patebit. Anastatius Bibliothecarius, in Epistola ad Carolum Calvum Francorum Regem, scripta anno 875, " Mirandum est, inquit, quomodo vir ille barbarus, qui, in *finibus mundi* positus, quanto ab homi- " nibus conversatione, tanto credi potuit alterius linguæ dictione longinquus, talia intellectu " capere, in aliamque linguam transferre valuerit, *Johannem innuo Scotigenam.*" (7)

De Johanne *Erigena*, prorsus diverso a Johanne *Duns Scoto*, consulenda est Dupinii Bibliotheca, et Natalis Alexandri Historia, Itemque Nicolai I Epistola ad Carolum Calvum, Hincmari Rhemensis liber I de Prædestinatione, et præsertim, et præ omnibus, consulenda est Dissertatio de Johanne Scoto, ad calcem prioris voluminis eximii Operis celeberrimi Arnaldi, cui titulus " *Pepetuité de la Foi.*" Quod si nullum in medium affere possem auctorem Hibernum, præter hunc Erigenam, solus quidem, ad ea, quæ hactenus de Hibernorum disciplinis dicta sunt, confirmanda, sufficeret, *Hibernensem* enim fuisse, suo loco patebit.

---

(1) *Caradoc* in Vita Gildæ c. 15, 16, *Balæus*, *Harpsfeld*, *Pitseus*, *Tinmuthensis* in Vita Cadoci, et *Usser*. Index Chronol. pag. 1122, et Primord. pag. 859. Eodem tempore, *Petrocus* Cumber, hæreditario regno relicto, in Hibernia *Liberalibus disciplinis* eruditus est. ibid. et *Tinmuth.* in Vita Petroci, *Balæi* Scriptores cent. 1, c. 60.

(2) Vide supra *Annot.* 1, pag. 132. (3) *Leland* Collect. t. 2, p. 480.

(4) Vide *Annal. Ulton.* ann. 782, pag. 111, et *Annot.* 1, supra p. 126, et IV *Magistror.* ann. 1162.

(5) Vita Vetusta *Cathroi* in Actis Bened. Sæc. 5, p. 480, et Sæc. 6, p. 28, item apud *Henschenium*, et *Calmet* Hist. de Lorraine l. 19, n. 67, p. 1011. (6) Hist. Acad. Paris, t. 1, p. 102, 3, 4, 106, 184, 211, 224 et 611.

(7) *Sylloge* Epist. 24, p. 65, hanc Epistolam Usserius perperam refert ad annum 865. Vide Natal. Alexand. Hist. fol. edit. Paris 1699. tom. 6, p. 360.

Ex his omnibus constat, *Grammaticam*, *Arithmeticam*, *Poeticam*, *Astronomiam*, *Geometriam*, sive *Mechanicam*, *Dialecticam*, *Musicæ* Artis regulas, in Hibernorum Scholis solitas edoceri. Hinc recte docet Fleury, Columbanum in his Artibus, in Patria eruditum fuisse. "Colomban, né en "Irlande vers l'an 560, apprit dés sa jeunesse, les *Arts liberaux*, la *Grammaire*, la *Rhétorique*, la "*Géométrie*."—Hist. Eccl. l. 35, n. 9. Eadem tradit *Jonas*, Columbani discipulus, et alii, quos, absque nimia prolixitate, nequeo enumerare.

Dolent Hiberni, Majorum suorum merita in Anglo-Saxones, a *Beda*, *Aldhelmo*, et aliis laudata, non eadem benevolentia a recentioribus Anglis memorari, qua merita in Belgas, Gallos, Alemannos, Helvetios, ab istarum Gentium Doctis recensentur. *Gerbertus*, Alemannus, plane fatetur "ex Hybernia, cum instituto Monastico, fidei etiam *potissimum lumen inclaruisse in Ger-* "*mania*, et asservari adhuc Codicem Evangeliorum *S. Kiliani*, ac Sociorum, Herbipoli, de quo "vetus traditio est, usum eo fuisse dum sacra perageret. In cujus rei memoriam, *singulis annis*, "in ejus festivitate, dum Divina celebrantur, in *Altari majori summæ Ædis reponitur*." (1)

Quod si eadem cura adservatus fuisset Codex Hibernicus *De Locis Sanctis*, quem Adamnanus, Legatus a Rege Hiberniæ missus, Regi Aldfrido præsentavit, mansisset usque hodie Artium Hiberniæ Antiquæ splendidissimum Monumentum, neque tantopere dolendum esset, tot Codices, quos Hiberni, testante Beda, discipulis Anglo-Saxonis gratis dare solebant, penitus periisse, vel quosdam nobilissimos, adhuc manentes, ut *Rushworthianus*, veris auctoribus Hibernis, non minus ingrate quam injuste, a viris alioquin doctis, abjudicari. (2)

De Virgilio, et Dunchado Astronomis Hibernis, et De Academiis Parisiense, et Ticinense, Hibernorum opera fundatis Sæculo VIII.

ANNOTATIO TERTIA.

Ea est Rerum humanarum conditio, ut in Regnorum initiis enarrandis, fabulosa pro veris substituantur. In tanta nempe literatorum egestate, et Priscorum barbarie, venia danda est antiquitati, si a severioribus Historiæ regulis paululum discedere cogatur. At, recentiorem Historiam, vel odio, vel assentatione corrumpi, minime ferendum est. Quod si Regna civilibus motibus concutiantur, atque ad Victorum stabiliendam potestatem, quidam Scriptores aciem ingenii acriter intendant, absit tamen, ut, veritate Historica derelicta, Victi ideo inter barbaros numerandi sint, eorumque fama æternum laceranda exhibeatur. Non desunt sane incorruptæ fidei, acris, vividi, et sublimis ingenii scriptores, Angli et Hiberni, omni affectu vacui, qui, Politica rerum facie immutata, res nostras nobili, facunda, et erudita narratione describent, neque defutura spero præclara ingenia, quibus ea erit solicitudo, id studium, ut quæ in dispersis Codicibus, per manus hominum, de rebus Hibernicis,

(1) *Gerbert* De Mus. Sacr. t. 1, p. 500. De *Kiliano* vide quæ dicta sunt supra in his Annalibus p. 97, nota 5, in *Bedæ* Martyr. edit. Cantabrig. p. 445, et in H. *Canisii* Antiq. Lect. t. 4, p. 629.

(2) Vide *Dissert. Prælim.* ubi de Codicibus Antiquis Hibernicis.

neglecta volitant, vel latent in Bibliothecis, ad justas Historiæ leges revocantur.—Ei interim Viro Nobilissimo, qui mihi auctor est, ut res nostras paulo diligentius prosequerer, Majorum studia quæ fuerint, quæ Artes, exili licet et agresti stylo, breviter exhibere contendam.

Imprimis itaque, testimonia hactenus de Hibernorum Artibus allata, exemplo confirmantur illustrissimi Viri, Virgilii Solivagi, Abbatis Achaboensis, quem hi Annales memorant ad annum 788, et IV Magistri ad annum 784, qui anni, juxta amborum methodum, conveniunt cum anno æræ communis 789. Hic Vir, pietate conspicuus, Terræ rotunditatem, *et alios esse homines, nobis e regione oppositos* affirmans, primus Christianorum doctrinam *Antipodum* propugnavit. Aventinus, in libro tertio Annalium Boiorum p. 172, Virgilium, inquit, in Diciplinis Mathematicis, et in Philosophia Profana, *magis quam tunc Christiani mores ferebant*, eruditum, ex illius-modi scitis, contra vulgi opinionem, et D. Augustini, ac aliorum Patrum sententiam, docuisse, " *circumfundi terræ homines undique, et conversis inter se pedibus stare, unde Antipodes Græci nuncupant voce.*" (1) Dixi *primum* fuisse Virgilium, qui hanc sententiam tueretur; alii quidem, a priscis temporibus, Philosophi Græci, qui Astronomiæ dabant operam, non nisi secundum sphæræ sententiam, posse motus astrorum, eclipses, diem, noctemque, et alia innumera explicari, intellexisse censendi sunt. Herodotus autem in Melpomene, eos qui sphæræ opinionem tenerent risu repudiat. Cicero, in Academicarum quæstionem libro quarto, Astronomos sphæram deprædicantes non sine cachinnis derisos fuisse declarat. Christiani scriptores, plerique omnes, vulgarem amplexi opinionem, a sphæræ notione penitus abhorrebant, et Scripturæ sacræ locis non paucis inducti, planam esse terræ superficiem arbitrabantur. Cosmas, qui Cosmographiam Universalem jam deperditam scripsit, et *Topographiam Christianam* editam a Montfauconio, (2) in sphæræ sententiam invehitur, ut a recta ratione abhorrentem, et a fide alienam, et hæc sententia, ad xv usque sæculum, a plerisque Theologorum propugnata, effecit ut Tostatus, paucis ante exploratam Americam annis, sphæræ opinionem, quasi in fide non tutam, et temerariam, rejiciendam esse declaraverit. (3) Minime itaque mirandum, si Virgilius, Antipodum sententiam ex professo propugnans, a Bonifacio Moguntino hæreseos accusatus, et delatus ad Papam Zachariam, sæculo viii in judicio sisti decerneretur, præsertim cum doctrina ejus, perperam interpretata, accepta fuerit quasi *alium* esse *mundum, alios sub terra homines*, ab Adamo mimine ortos, alium Solem et Lunam affirmaret. Hinc, in viii Capitulo ad Bonifacium, Pontificali auctoritate decernens Zacharias, inquit—" Si clarificatum fuerit ita eum [Virgi-
" lium] confiteri, quod alius mundus est, et alii homines sub terra, hunc, accito Concilio, ab
" Ecclesia pelle, Sacerdotali honore privatum." (4)

Ex his minime sequitur, uti putat Morerius, ipsam Antipodum doctrinam a Pontifice damnatam, sed aliam omnino diversam, quam inimici, et invidi, Virgilio injuste adscribere conati sunt. Auctores Operis cui titulus " *Dictionaire Historique, a Caen*, 1789," accurate inquiunt " Virgile
" nè en Irlande, passa par la France en Allemagne. S. Boniface le defera au Pape Zacharie, comme

(1) Vide *D. Erasmi Huldeberg* Sac. R. Imp. Equitis, Opuscula Geographica, Jenae 1710, p. 85, et *Riccioli* Geograph. Venet. 1672.
(2) *Montfaucon* Collectio nova PP. tom. 2, Paris, 1706, pag. 113.
(3) *Muratori* De Moderamine Ingeniorum, Coloniæ 1741.
(4) *Labbe* Concil. t. 6, Paris, 1671, Zachariæ Epist. X, pag. 1521.

" enseignant des erreurs. D'Alembert dit, tres mal a propos, que Zacharie condamnoit le sentiment " de ceux, qui admettoient les Antipodes, car il ne s'agissoit d'Antipodes *dans l'imputation de S.* " *Boniface*, mais des hommes d'un autre monde, qui ne descendoient point d'Adam. Voyez Bibli- " otheque des Peres, dans les Lettres de S. Boniface, et Lettre X du tom. 6, des conciles." Porro accusationes istas falsas fuisse declarat Baronius, non solum quod Virgilius sacerdotio non fuerit exutus, sed e contra, quod ad Salizburgensem Episcopatum evectus, et postea Sanctorum fastis adscriptus habeatur. (1) Zacharias ipse, in Epistola VI, Virgilium, et socium ejus Sidonium, pariter Hibernensem, " *Religiosos viros appellat.*" (2) Mabillonius, notato errore Patris *Le Cointe*, qui, nulla auctoritate suffultus, duos Virgilios distinguit, Saltzburgensem unum, et alterum qui cum Bonifacio simultates exercuit, " Unus itaque Virgilius, inquit, natione Scottus, seu Hibernensis, " qui forte, cum Sidonio, ex Patria in Germaniam accessit ad Bonaficium, cum quo, post quasdam " altercationes, reditum in gratiam, ut inter bonos solet." (3) Sublato e vivis Johanne Episcopo Saltzburgense anno 766, Virgilius, ex Abbate Monasterii S. Petri ejusdem civitatis, creatus est Episcopus, ipsis Kal. Junii istius anni. (4)

Ex Hibernia ortum, ac inde in Bavariam profectum, testantur *Alcuinus* in Epigrammate 231, et vetus Epitaphium ejus editum a Mabillonio, in quo humilis, doctusque sacerdos *Hibernensis* appellatur, in miseros largus, atque omnibus acceptus, et amatus. Ex Hibernia in Franciam profectum, a Pippino Principe, tunc Majore domus, apud Carisiacum honorifice exceptum, ab eoque ad litterarum scientiam, et morum honestatem prædicandam, missum fuisse ad Bonifacium in Bavariam, tradit ex vetustissimis Mabillon. Abbatem fuisse ante Episcopatum consentiunt omnes, quod et Indiculus Arnonis Episcopi ejus successoris, a Mabillonio pariter editus, manifeste demonstrat. (5) Per annos Episcopatus multa egregie patravit; ab eo enim S. Petri Monasterium prædictum, ex integro magnificentius refectum; *Carinthii*, per missos prædicatores, ad fidem conversi, unde Carinthiorum Apostoli titulum adeptus est; amplificata ab eodem cella S. Maximiliani; alia apud Ottingam cella ab eo instituta, sed a Guntherio Comite condita, et dotata; ecclesiam miræ magnitudinis, in qua S. Rudberti reliquiæ reponendæ essent, inchoatam anno 767, et post annos quinque absolutam, S. Rudberti nomine illustravit. (6) Ob hæc, aliaque recte facta, nulli pietate secundus, Maximusque Ecclesiæ Princeps ab Alcuino prædicatur. Decretis Synodi Dingolvingensis subscripsit anno 772, Sclavos, seu *Winidos* proprie dictos, qui ad ortum Bavariæ positi erant, in fide erudit, et baptizatis eorum Ducibus, confirmavit.

Ejus obitum plerique referunt ad annum 780. Ad quinquennium ultra deferendum esse, ex Annalibus pervetustis Ratisbonensibus, notavit Mabillon in Annalibus l. 25, p. 274, et in Analectis t. 4, p. 476. IV *Magistri* ejus obitum memorant ad annum 784, et *Ultonienses* ad annum 786,

---

(1) Confer Virgilii Apologiam, *Memoirs* de Trevoux Janvier 1708, et *Brunneri* Annales Virtut. et Fort. Boiorum cum *Baylii Dictionaire Hist. Crit.* t. 4, p. 2831. (2) *Labbe* Concil. ibid. p. 1505.

(3) *Mabillon* Annal. t. 2, libro 22, pag. 133. *Bayle* ibid.

(4) Errat in anno Mabillonius Annal. t. 2, p. 178, ponens 756 pro 766. Mendosus est Catalogus Episcopor. Saltzburgensium a S. Rudberto, Index apud *Hundium*, quem emendat Poeta veterrimus annorum 900, qui *Virgilii* meminit, in Analectis, t. 4, p. 525.

(5) *Mabillon* Analecta t. 4, p. 525.

(6) *Annal.* Vet. Ratisb. apud *Mabillon* Annal. t. 2, p. 225, 230, 274 atque in Analectis, t. 4, p. 475.

ambo nempe ad annum æræ communis 789, a quibus minime discedendum existimavi. Obiit V Kal. Dec. eique Arnonem Abbatem Elonensem successisse, patet ex Metrico Indice Episcoporum Saltzburgensium antiquissimo, edito a Mabillonio. (1)

Qui plura cupiunt de ejus controversia cum Bonifacio, videant Vitam ejus vetustam editam a *Canisio*, et Acta Benedictinorum Tom. 4, et conferant Aventinum, et Velserum, Scriptores Historiæ Bajoariæ, cum Natale Alexandro, et cum Vita vetusta Bonifacii apud Surium t. 3, die 5 Junii, itemque cum libro 3 Historiæ Moguntinæ eruditissimi Serrarii. Ex quibus omnibus manifesti erroris convincitur Historicus Gallus *Fauchet*, qui Virgilium, jussu Pontificis Zachariæ, ab Odilone Duce Bajoariæ, e sede Episcopali ejectum fuisse somniavit. Sepultus est in Basilica S. Petri a seipso extructa, hoc donatus Epitaphio, edito in tomo 4 Analectorum.

Hic Pater, et Pastor, humilis doctusque sacerdos,
Corpore Virgilius pausat, quem Hibernica tellus,
Disponente Deo, partes direxit in istas,
Quique regebat ovans præsentis culmina sedis,
Ferme quater denos caris cum fratribus annos,
A quibus ille et amatus erat, pie quos et amavit.
Interim et erexit, pulchro molimine, multa
Templa, loco quædam nunc quæ cernuntur in isto.
Insuper et miseris largus, simul omnibus aptus,
Pro quo quisque legis versus, orare memento.

Glossarium scripsisse fertur, citatum a Goldasto, in notis ad Vitam S. Columbani. Inter Socios quos secum ex Hibernia familiarissimos habuit, memoratur *Dobda* Episcopus, Hibernice Dubtach, qui in ejus Monasteriis, Episcopi officia, eo Abbate, persolvebat.

Paulo post Virgilium, et socios, floruit in Gallia alter Astronomus Hibernensis *Dungal*, cujus Opus de Imaginibus in Bibliotheca Patrum, et *Epistola ad Carolum Magnum*, de Solis deliquiis anni 810, in *D'Acheriani* Spicilegii tomo x vulgata habetur. Hujus Epistolæ occasio fuit, quod, cum duplex accidisset solis defectus, (2) Rex Carolus Hiberniæ *Philosophos*, ita ab Errico Antisiodorense appellatos, de re tam insolita consulendos censuerit, et inter alios, *Dungalum*, in Parisiense S. Dionysii Monasterio insignem reclusum, quid super hac re sentiendum interrogavit. (3) Eruditam esse *Dungali* responsionem, sed parum accuratam, Ismaelis Buliardi Epistola ad *D'Acherium*, in Præfatione tomi x Spicilegii relata, demonstrat. Illud autem de certo, ex ista Epistola, et ex dictis de Virgilio conficitur, [quod unum proposui] studia ista, sæculo VIII ab Hibernis magnopere exculta, inter *Septem Artes Liberales*, ab iisdem edoceri solitas, esse recensenda.—Viventis Dungali elogium, a quodam istius ævi Poeta descriptum, ex codice vetusto Bibliothecæ Ottobonianæ, edidit Mabillon, unde scholam rexisse constat annum circiter 820. (4)

Extant quædam Epistolæ ejusdem ad Alcuinum editæ, (5) in quibus se in Gallia Alienigenam, et Peregrinum appellat, quod et nomen Hibernicum *Dungal*, in nostris Annalibus eodem ævo sæpius memoratum, manifeste confirmat. " Hibernensem fuisse Dungallum istum, qui laudatur " a Bellarmino, Dupinio, Caveo, aliisque Historiæ Literariæ Auctoribus, qui fuit Monachus in Pa- " risiense S. Dionysii Cœnobio, ediditque, annum circiter 827, Librum Responsionum adversus

(1) *Analecta* t. 4, pag. 525, ex Codice Ratisponense S. Emmerammi a nongentis Annis exarato—Item Annal. t. 2, l. 20, p. 51. Acta Benedictin. T. 4, p. 310.

(2) *Art de Ver. les Dates*, t. 1, Chronolog. des Eclipses an. 810.

(3) *Mabillon* Annal. t. 2, l. 27, n. 89, p. 398, l. 30, n. 3, p. 509, *Bibliotheca Patrum* Paris t. 2, p. 900. *Fleury* Hist. Eccl. l. 47, n. 21, et Mabillon Præf. ad Sæc. iv, Benedictin. n. 39. (4) *Mabillon*. Annal. 2, p. 726, v. 19.

(5) *Alcuini* Opera edita per Andream du Chesne fol. Paris, 1617. Optima est recentior editio Ratisbonensis 1777.

" Claudii Taurinensis sententias de cultu Imaginum," non semel fatetur *Muratorius*, qui præterea inquit—" Hominem eruditum fuisse, sacrisque etiam literis ornatum, at simul et in Grammaticali foro, ac Prisciani deliciis enutritum, ut legenti constabit." (1)—Tractatus ejus de Imaginibus editus est seorsim 8vo. anno 1608. Extat etiam Acrostichon ejus ad Hildoaldum Episcopum Cameracensem, in Codice Remigiano apud Mabillonium, et quædam alia Poetica memorantur a Bellarmino, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, et a Possevino, in Codicum MSS. Apparatu sacro.

DE ACADEMIARUM PARISIENSIS ET TICINENSIS ORIGINE HIBERNICO SÆCULO VIII.

Ex hactenus dictis, non levis orta est suspicio Dungalum prædictum, Discipulum fuisse Hibernorum, qui, hortante Carolo Magno, Academiis Parisiensi et Ticinensi originem dedere. Scripsit enim Parisiis in Monasterio S. Dionysii, et Scholam rexit, ut supra notavi, fuitque ævo isto, Schola celebris Parisiis, ea ipsa S. Dionysii, memorata a Fleury. (2) Scripsit postea et Scholam rexit *Ticini*, et *Lotharius*, in Capitularibus editis ex pervetusto Codice Mutinense a *Muratorio*, Capitulari VI *De Doctrina*, decrevit, " ut in Papia, conveniant ad *Dungalum* de Mediolano, de Brixia, de Laude, de Bergamo, de Novarra, de Vercellis, de Cuma." (3) Atqui hunc eundem fuisse *Dungalum* Hibernensem, Carolo Magno familiarem, quem supra memoravi, *Muratorius* ipse fatetur. Et quidem, Hiberniæ doctos, fuisse, Longobardis, eo ævo, familiares, manifeste constat ex *Arca lapidea* quæ etiamnum extat *Bobiis*, in qua *S. Columbani* reliquiæ continentur, et ex Arca alia lapidea ei proxima, continente reliquias *S. Cummeani* Episcopi Hibernensis, cum Epitaphio vetusto, Longobardicis literis, quod Tumbam istam, *jussu Luitprandi* Regis fabricatam fuisse testatur.

Succensent Fleuryo Scriptores nostri, quod non parvam injuriam Hibernis irrogat, dum in societatem laudis, solis Hibernis ob conditam Academiam Parisiensem debitæ, quasi gloriæ Hibernorum invidus, Alcuinum et alios, nulla nixus auctoritate, aggregare non erubescit. At nulla talis injuria a præstantissimo isto scriptore inferri videtur, cujus hæc sunt verba.—" Outre le Roi Charles, " Alcuin instruisit encore *dans le Palais*. Cette ecole *du Palais* fut gouvernée, apres Alcuin, par un " Ecossois, ou plutot Irlandois nomme *Clement*."—Itaque non agit Vir doctus de Academia Parisiense, sed de *Schola Palatina*, cujus Alcuinus fuit institutor, et Hiberni, post Alcuinum, Rectores, de qua ipse Fleury ibidem inquit—" Il est a croire qu' elle etoit fixé a *Aix la Chapelle*, sejour ordinaire des Rois." Et quidem, Alcuinum Scholam rexisse Parisiis, nusquam terrarum invenitur. Passim indicat in Operibus suis, se Scholam rexisse *Palatii Regii*, ut in Epistola 93, et *Turonis*, ut in Epistola 11, sed nullibi Parisiensem. *Natalis Alexander*, in Rebus Patriis Gallicis peritissimus, et Critico acumine celeberrimus, " Parisiis, inquit, publicam scholam moderatum fuisse Alcuinum, et Academiæ Parisiensis jecisse fundamenta, *fabula est*, ejus [et omnium] silentio conficta." (4)—Porro Alcuinus ipse, de *Clemente* Hiberno qui Scholam rexit Palatinam, agit in

---

(1) *Muratori* Rer. Ital. Script. T. 1, parte 2, Mediolani 1725, p. 152, 3.

(2) *Fleury* Hist. t. x, l. 45, n. 18, p. 29, et *Privilegium Dionysianum, ære incisum, a Chlodoveo* concessum anno 653, editum a Mabillonio, *De Re Diplom.* l. 5. Extat etiam in *Marculfi* l. 1, c. 2.

(3) *Leges Longobard.* edit. Muratorii, in Rer. Ital. T. 1, part. 2, pag. 151, et 2.

(4) *Natalis Alexander* Hist. t. v, Sæc. viii, p. 684, Fol. Paris, 1699. *Andreas du Chesne* Alcuinum nunquam Parisiis docuisse, inconcusse demonstrat in Præfat. ad Opera Alcuini No. 14.

Epistola 9, et in Epigrammate 199, uti etiam Mabillonius in Præfatione ad Sæculum IV Benedictinum, et Launoius in Tractatu de Scholis. Ipse Alcuinus Hiberniam non semel maximis laudibus prosequitur. Sic de *Willibrordo*, qui Batavos, et Frisios ad fidem convertit, inquit—" In " *Hibernia Scholasticam eruditionem viguisse* audivit, quorumdam SS. virorum fama narrante, " quorum conversatione incitatus, et præcipue *B. P. Egberti*, nec non *Wicberti* venerabilis, " quorum uterque, ob cælestis Patriæ amorem, Patria relicta, *Hiberniam* secessit.....Horum " B. Adolescens æmulari cupiens religionem, conniventia sui Abbatis, in *Hiberniam* veloci cursu " contendit...Ibique duodecim annos, inter *eximios simul piæ Religionis, et sacræ lectionis Magistros*, " erudiebatur." Hæc scribit in libro primo de Vita Willibrordi, prosaice.—Deinde in libro secundo eadem repetit, metrice.—" Doctaque nutrivit studiis sed Hibernia sacris,"—et cap. 33,

" Ut dudum cecini, fæcunda Britannia mater,
" *Patria Scottorum clara Magistra fuit.*"

Itaque, ut Academiæ Parisiensis Origo ad verum fontem referatur, a recentioribus oculos paululum avertamus oportet, et quid antiquissimi, et probatissimi dixerint videamus.—C. Robertus, in Opere cui titulus Gallia Sacra, antiquissimorum testimoniis demonstrat, *Claudium Clementem Hibernum*, Academiæ Parisiensis fundamenta jecisse seculo VIII, annum circiter 780. " Hibernia " inquit, jure ab Alcuino *docta* appellatur, Ericus enim Antisiodorensis, ad Carolum Calvum scri- " bens, ait, quid Hiberniam memorem, contempto Pelagi discrimine, pene totam, cum grege Phi- " losophorum, ad nostra litora migrantem, quorum quisque peritior est, ultro sibi indicit exilium, " ut Salomoni sapientissimo [Carolo] famuletur ad votum ?" Deinde, antiquissimi *Notkeri* testimonium affert, de Parisiensis, et Ticinensis Academiarum origine, ex Opere *De Vita Caroli Magni*, inscripto ad Carolum Crassum anno 884. (1)

Notkeri verba, prout a *Du Chesnio*, et *Usserio* edita, hæc sunt—" Carolus cum in Occiduis mundi " partibus solus regnare cæpisset, et studia literarum ubique prope-modum essent in oblivione, " contigit *duos Scotos de Hibernia*, cum mercatoribus Britannis, ad litus Galliæ devenire, viros, " et in sæcularibus, et in Sacris Scripturis incomparabiliter eruditos. Quibus ille perceptis, ingenti " gaudio repletus, primum quidem apud se utrumque parvo tempore tenuit. Postea vero, cum " ad expeditiones Bellicas urgeretur, unum eorum nomine *Clementem* in Gallia residere præcepit, " cui et pueros nobilissimos, mediocres, et infimos satis multos commendavit, et eis prout necessa- " rium habuerant, victualia ministrari præcepit, habitaculis opportunis ad habitandum deputatis. " Alterum vero *Albinum*, in Italiam direxit, cui et Monasterium S. Augustini juxta Ticinensem " Urbem delegavit, ut illuc ad eum, qui voluissent, ad discendum congregari potuissent. Audita " autem Albinus [*Alcuinus*] de natione Anglorum, quam gratanter sapientes Viros, religiosissi- " mus Regum Carolus susciperet, conscensa nave venit ad eum." (2)

Argumentum hoc plurima eruditione pertractavit anno 1704, vir eruditus Antonius Gattus, in Ticinense Lycæo publicus juris interpres, edito libro cui titulus " *Historia Gymnasii Ticinensis*," ex

(1) *Rer. Francicar.* Scriptores editi ab *Andrea Du Chesne.*

(2) *Usser.* Sylloge, Præfat. " Ex Hibernia traductos fuisse Doctores istos, luculenter confirmat qui Vitam Caroli Magni, 70 circiter post mortem ipsius annis scripsit, Notkerus Balbulus Sangallensis."

quo constat, prædictos Hibernos in Galliam pervenisse, paulo antequam *Alcuinus* eo proficisceretur anno 780, et Albinum, Clementis socium, longe diversum fuisse ab *Alcuino* Anglo, de quo Mabillonius inquit, post suum accessum in Gallias, duobus tantum in locis scholas habuisse, in Palatio Regio, et in Monasterio S. Martini. (1)—Aula Principis tunc non uno loco fixa, sed vaga, et inambulans fuit, et toto tempore, a quo Alcuinus primo in Galliam advenit, usque ad annum 796, quo in Monasterium S. Martini translatus est, Carolus non vel semel apud Parisios constitisse videtur, sed variis in locis, unde fieri nequaquam potuit, ut Academiam Parisiensem *Alcuinus* instituerit. (2) Errat itaque quicumque cum *Bulæo* id asserit, nec satis sibi constat Vir ille, alioquin doctissimus, qui, in Historia Academiæ Parisiensis, *Aventinum* producit dicentem " Quod Carolus Magnus ex Hibernia duos Scotos, *Clementem*, et *Albinum*, accivit, ut tum erant tempora, eruditissimos," pag. 96, et tamen istum Albinum cum Alcuino confundit! Iterum Lupoldum Bambegensem citat, scribentem " Gallos æquari posse Romanis, et Atheniensibus, per operam Clementis *Hiberni* illius, qui *docendi initium Parisiis fecit*," (3) et tamen, eundem Clementem, in eadem Historia, uno loco Anglum, alio Scotum declarat!

Neque est confundendus Claudius Clemens cum Clemente Antisiodorense, vel cum Claudio Taurinense istius ævi, sed is est, ad quem Ratgarius Modestum, et Candidum, Grammaticæ studendi causa, dimisit, ut narrat antiquus Abbatum Fuldensium Catalogus, editus a Christophero Brower.(4) *Collectanea* ejus *Grammatica* memorantur a Goldasto, (5) *Vita Caroli Magni* a Wolfgango Lazio. (6) In vetusto Chronico Arelatense, citato a Vincentio anno 1240, et postea a Johanne Rosso Warwicense, dicitur " unus *duorum Hibernensium*, nomine *Clemens*, quem Rex Carolus in Gallia *Parisiæ* residere fecit." Socium ejus *Albinum*, Ticinis collocatum, ab Alcuino Anglo clare separat Notkerus, neque alium existimat Usserius Johannem illum Albinum, cui Rhetorica Præcepta inscripta fuere, quæ Albino Flacco, sive Alcuino, vulgo tribuuntur. Quod si extarent Epistolæ *Sedulii* Hibernensis, quas intra postremos 240 annos extitisse, Trithemius indicavit, plura de hoc Argumento afferri possent, quæ, temporum invidia, periere. Ex his tamen abunde liquet, non cum aliis quam Hiberniæ Regibus, fœdus illud initum fuisse, quod cum *Regibus Scotorum* Carolus Magnus pepigisse narratur, de quibus *Eginhardus*, testis oculatus, in Vita Caroli inquit—" *Scotorum* " Reges sic habuit ad suam voluntatem, per suam munificientiam inclinatos, ut eum nunquam aliter " quam Dominum, seque subditos, et servos ejus pronuntiarent. *Extant Epistolæ ab iis ad eum* " *missæ*, quibus hujusmodi affectus eorum erga illum indicatur."—Quos autem *Scotos* Eginhardus innuit, ipse satis explicat ad annum 812. " Classis Nordmannorum *Hiberniam Scotorum Insulam* " aggressa, commissoque cum *Scotis* prælio, parte non modica Nordmannorum interfecta, turpiter " fugiendo domum reversa est." Eadem habet Egolismensis ejusdem ævi Monachus, pariter

---

(1) *Mabillonii* Annal. t. 2, l. 27, n. 15, p. 361. (2) *Alcuini* Opera a *Du Chesne* Paris 1617.

(3) *Lupold. Bamberg.* de Munificentia Princip. German. c. 2, in Biblioth. PP. edit. Coloniæ 1618, cum quo consentiunt *Huldericus Mucius* in Chron. German. *Johan. Rossus Warwicensis* in libro de Regibus, *Vincent Bellovacensis* in Speculo Historiæ scripto ante ann. 1240, ex Chron. Arelatense scripto ante ann. 1150. Vide *Usserii* Sylloge Præfat. p. 6, et *Lyncæi* Epist. ad Bulæum, Dublinii 1775.

(4) *Antiquit. Fuldenses*, Leodii fol. 1670, l. 1, c. 14, p. 60—et *Rabani* Poemata p. 118.

(5) *Goldasti Parænet. Veteres* p. 24, et 96, et Sylloge Usserii Præf. p. 6.

(6) *Lazii* Commentaria de Rep. Rom. ibid.

in *Vita Caroli.* Annalium Fuldensium collector Antiquus brevius inquit—" Classis Danorum " *Hiberniam* aggressa, a *Scotis* prælio superatur." *Hermannus Contractus* ad eundem annum— " Classis Danorum *Hiberniam* invadens, a *Scotis* victa est." Itemque *Rhegino* in Chronico " Classis Normannorum *Hiberniam* Insulam aggressa, commisoque *cum Scotis* prælio, multi ex " illis interfecti, cæteri fuga lapsi sunt."

De Illustrioribus Hibernis qui Caroli Magni ævum in Galliis præcessere.

ANNOTATIO ULTIMA ET CHRONOLOGICA.

Restat ad fidem in his Annotationibus servandam, ut quæ de recta temporum ratione, longis ambagibus explorata detexi, ea jam absque circuitu exponam, juvabit enim si rationes Chronologicæ, ab alienigenis ad domestica accurate deductæ, ita cum Annalibus nostris conveniant, ut post tot sæcula, ambo demum sociatæ, mutuis se viribus, mutuis armis invicem tueantur.—Primus itaque, vel saltem inter primos Hibernos, de quibus certo constat Gallias, ad Francos informandos, adiisse, fuit *Fridolinus* cum sociis. Acta ejus, in Vetusto Codice Monasterii Helerensis religiose servata, legit sæculo X *Baltherus*, lectaque ad Notkerum S. Gallensem inscripsit. Ex his patet, et omnes quidem conveniunt, ex Hibernia Pictaviam profectum, S. Hilarii Monasterium ibi instaurasse, inde Austrasiam, ubi Monasterium condidit ad Mosellam *Helera* appellatum, postea varias ubique Ecclesias, in honorem S. Hilarii, ædificasse, in *Vosago*, *Argentorati*, *Curiæ in Raetia*, in Insula Rheni *Secania*, cujus Abbatissa inter Imperii Principes, æque ac S. Galli Abbas, locum habuit, et *Claronis*, [Glaritz] ubi, usque hodie, memoria *S. Fridolini* pia veneratione celebratur. Ejus obitum refert Waræus ad annum 514, alii ad 538, Baltherus ad tempora Chlodovei I, qui regnavit, non ab anno 484 ad 514, ut tradunt Colganus, et Waræus, sed ab anno 481 ad 511. (1) At, temporum rationes confundit Baltherus, qui *memoriter* tantum ex Codice Helerense se scripsisse fatetur.

Gogus, Major Domus Sigeberti Regis, qui Metis ad Mosellam regnavit ab anno 561 ad 575, Fridolinum salutat " S. Abbatem, qui *nunc* super Mosellæ litoribus, præclara Templi cernitur construxisse jam culmina." (2)——Errant præterea Colganus, et Bollandi continuatores, qui Baltherum Notkero Balbulo Opus suum nuncupasse arbitrati sunt, quatuor enim extiterunt alii Notkeri, ab anno 912 quo Balbulus obiit, ad sæculi XII medium, quo Notker junior librum scripsit " *De Casibus Monasterii S. Galli*," et postea quintus, qui, eodem sæculo exeunte, Senioris, i. e. Balbuli Vitam imperite lucubravit. Atqui Baltherus bis indicat, se scripsisse postquam Hungari Secaniam Insulam vastaverunt, quod Stumpfius anno 938 accidisse demonstrat. (3)

Hæc notavi ut scriptores nostri, qui nonnunquam in chronologicis deficiunt, temporum characteres, et veterum testimonia paulo attentius perpendant, neque enim parva Antiquitatibus nostris infertur injuria, dum pro genuina asseritur Chronologia ficta, et absurda, quæ veritatem ipsam

(1) *Art de V. les Dates*, t. 1, p. 531, *Pagi*, et *Mabillon.*

(2) *Gogi* Epist. ad Petrum Epm Metensem apud Duchesne Rer. Francicar. t. 1, p. 864.

(3) *Stumpfii* Chron. Helvet. Notkerum Balbulum Vitam Fridolini scripsisse tradunt Auctores *Historiæ Literariæ*, et *Moreri*, voce Notger.

inter somnia amandandam esse persuadet. Qui plura cupiunt de Fridolino conferant *P. Damiani* Sermonem de Translatione S. Hilarii, scriptam sæculo XI, cum notis *Bollandi*, cum Annalibus Aquitannicis *Bouchetti*, et cum *Molani* additamentis ad Usuardum, neque pro minimo teneant *Coccium*, qui, in Vita Dagoberti, c. 6, narrat Helvetios Civitatis et Regionis *Glaritz*, ad Apostoli sui *Fridolini* memoriam, grato animo conservandam, effigiem ejus Labaris, aliisque Vexillis, Sphragismis, Moneta cusa, et Anniversaria festivitate celebrare. Scilicet quod Leges sine moribus nusquam proficiunt, quod Vera libertas cum impietate nequit consistere, et quod Helvetii, Benefactorum me mores, illic veram esse Libertatem intelligunt, non ubi unius arbitrio Respublica geritur, sed ubi, cujusque ordinis concurrente voto, Rex, quocumque titulo insignitur, et Lex, Nobiles, et Populus, mutuis viribus, et uno animo, ad ea quæ recta sunt, et honesta, æternum conservanda conspirant.

Fridolinum in Gallias proxime secutus est *COLUMBANUS*, qui "*in Hibernia, inter Primordia fidei* natus, usque ad virilem ætatem in *Liberalibus Literarum doctrinis*, et Grammaticorum studiis, in *Rhetorica, Geometria*, et *Divinarum Scripturarum* serie, in Patria defixit." Relicto natale solo *Lagenia*, ad Virum Venerabilem nomine *Senile* perrexit, (1) et intra adolescentiæ ætatem, *Psalmorum librum* elimato sermone exposuit, multaque alia quæ *ad cantum* digna, vel ad docendum utilia erant, composuit. (2)—Hæc sunt quæ de Columbani initiis tradit discipulus ejus Jonas Hibernensis, *S. Galli* collega, (3) ex quibus intelligimus natum esse ineunte sæculo sexto, paulo ante obitum S. Brigidæ Kildarensis, e cujus familia oriundum fuisse tradit Vita vetusta S. Magni, et Catalogus SS. Diæcesis Constantiensis, et *Goldastus* in Rer. Aleman. Scriptoribus, (4) aliique quos longum esset enumerare. Ætatem ejus satis declarant quod obierit anno 615, quod in Epistola ad Fedolium inquit, se scribere *tristi senecta*, cum *ad Olympiadis ter senæ* venerat annos, et quod Ado narrat *in senectute bona* obiisse.——*Ter senæ Olympiades* annos efficiunt 90, ac proinde, cum hæc perspicua sint, nequit Columbani nativitas tardius quam ad Brigidæ tempora referri. Ex his corrigendi sunt omnes qui, obscurioribus Codicum Jonæ numeris, temporum rationem misere perturbantes, ipsius Solis meridiani lucem offuscant.—Dolendum est Columbani *Commentarium* in Psalmos inter deperdita numerari, etsi Trithemius suo adhuc tempore, in S. Galli Bibliotheca, extitisse declarat. Deflendi sunt etiam duo *e tribus tomis*, quos scripsit ad Gregorium I Pontificem, "*De quæstione Paschæ*," et Libellus ejus de eadem quæstione ad *Arigium* scriptus, ut ipse in Epistola ad Patres Synodi Gallicanæ testatur. Periit etiam Volumen Epistolarum ejus ad Theodoricum Regem, cujus meminit Possevinus, itemque aliud insigne Opus contra Arianos, Mediolani scriptum, uti narrat Jonas. Reliqua ejus opera quæ extant edidere Sirinus, Goldastus, Canisius, Leyserus, Messingham, et Patrum editores.—Narratis ejus initiis sub Præceptore *Sinello*, Jonas postea inquit Monasterium "*Benchor* petiise, in quo Præsul *B. Comgellus* cluebat, ibique peractis *multorum circulis annorum*, xx "ætatis annum agens, V. P. *Comgello* peregrinandi desiderium confessus est, qui aliquanto moratus, "tristem sibi, aliis utilem licentiam concedens, cum xii sociis, per Britanniam in Gallias, ad fidem

(1) Lege *Sinellum* ut in Annalibus Hibernicis. *Jonam*, in his antiquissimum, ad *verbum* supra descripsi.
(2) *Jonas* in Vita Columbani c. 1, et 2, in Collectan. Sacr. p. 217, 218.
(3) *Jona* ipso testante in Præfatione, et c. 10, p. 224, et 343.
(4) *Goldasti* notæ ad Vitam Vetustam *S. Galli*, nepotis S. Columbani, et Collectanea Sacra p. 343.

" prædicandam dimisit."—In Jonæ numeris xx, mendum irrepsisse manifestum est, neque enim conveniunt cum *multorum circulis annorum* in Monasterio Benchor, nec cum pueritiæ, et adolescentiæ annis sub *Sinello*, nec cum vetusto Lectionario Luxoviense apud Sirinum, in quo Jonæ Opus annos exhibet xxx, pro xx in Codicibus editis. Præterea, quo anno in Galliam advenit Columbanus, Jonas incertum relinquit, et Sigeberti et Childeberti annos, et Burgundiæ et Austrasiæ regna, peregrinus in Gallia, confundit.—Itaque, ut incerta certis tollantur, pro axiomate ponendum est, Columbanum ante annum 590 in Galliam advenisse, Brunechildis enim instinctu, e Luxoviense suo Monasterio expulsus fuit, " *anno* xx *post incolatum eremi illius, et triennio ante obitum Regum Theodoberti et Theodorici.*" (1) Consentiunt in hoc cum Jona omnes, et temporum ratio infra notanda concordat. Atqui Reges isti Fatis cessere anno 613. (2) Ergo Columbanus Vosagi eremum colere incæpit anno 590, cumque Anagratense Monasterium ante Luxoviense condiderit, in Gallias saltem ante annum istum pervenisse censendus est. Postea, pluribus non solum servis, et ingenuis, sed etiam *Nobilibus Francorum filiis* ad eum confluentibus, tertium Monasterium *Fontanense* construxit, et Regula pro omnibus scripta, et Psalmodiæ ordine *Benchorense* instituto, *Pœnitentiale* composuit, quod in vetusto Codice *Augustano*, et in vetustiore *Augiense*, et in veterrimo *S. Gallense*, " *Regula Cœnobialis Patrum de Hibernia*" appellatur. Fatetur Mabillonius ex Hibernia in Galliam accessisse, antequam S. Benedicti Regula in Britanniam majorem, nedum in Hiberniam penetravisset. (3) Columbanus ipse inquit, " Galliæ Episcopos in Synodo congregatos fuisse, ad judicium in eum ferendum de Pascha, *anno duodecimo post ejus adventum in eremum.*"(4) Atqui hoc Concilium habitum fuisse annum circiter 600, Scriptores Galli declarant. Corrigendus est ergo error in eadem Epistola, ubi inquit se Anatolii, et Orientalium computum præferre Cyclo Victorii, qui post tempora Martini, et Hieronymi, et Papæ Damasi, *post* CIII *annos*, sub Hilario scripsit.—Victorius Cyclum composuit, hortante Hilario Archidiacono, postea Pontifice ab anno 461 ad 467, atqui si anno 467 anni tantum 103 addantur, habebimus tantum annum 570, quo tempore Columbanus necdum in Galliam advenit; sed si cum Mabillonio legantur 133 pro 103, altera ejusdem Epistolæ nota, qua inquit se tum in eremo *virisse* xii *annis*, cum hac restitutione conveniet, et nota utraque cum anno 600 prope concordabit. Quod si Gregorii responsa ad tres Columbani Epistolas extarent, ut ex Vita pervetusta S. Salabergæ, ejusdem Columbani discipulæ, extitisse constat, (5) plura de hac re afferenda essent, quæ invida ætas, et Hiberniæ calamitates abstulerunt.

Hæc, S. Columbani adventum in Galliam, S. Augustini in Angliam missionem præcessisse, satis superque demonstrant.—E Vosago expulsus a Theodorico anno 610, per Germaniam in Italiam profectus est, et *Bobiense* Monasterium, a Ticino urbe 40 millibus dissitum, Agilulfo Rege locum concedente prope Trebiam Hannibalis celebrem ærumnis, condidit anno 612. (6) *Itinerarium* ejus scripsit

---

(1) *Jonas* ibidem, non *numeris*, sed totidem verbis, c. 19, p. 233, et c. 21, p. 235.
(2) *Art de V. les Dates*, t. 1, p. 543. *Paul. Diac.* c. 42, in *Muratorii* Rer. Ital. t. 1, p. 468.
(3) Annal. t. 1, l. 8, n. 17, p. 214.
(4) *Columbani* Epist. 2, in editis. Collectan. Sacr. p. 115.
(5) Vita Antiqua *Salabergæ*, scripta ab auctore æquali, apud Vales. l. 24 Rer. Franc. a Mabillonio dictus auctor cœvus, Annal. t. 1, l. 12, n. 18, p. 350.
(6) *Litteræ Agilulfi* Regis edit. *Ughelli* Ital. Sacr. t. 7, col. 1320 et 1322. Annal. Bened. t. 1, l. 10, n. 55, p. 296, ann. 612, *Muratorii* Rer. Ital. t. 1, p. 455, et 470.

discipulus Eustasius, Opus deperditum, et deflendum, e quo Jonas plura desumpsit.—Obiit anno ætatis 95, idque Bobiis, ubi, curante Rege Liutprando, sepultus fuit. Reliquiæ in Arca lapidea asservantur, super Altare præcipuum Cryptæ subterraneæ, cui, ad sinistram aræ, Arca item lapidea adhæret, continens Reliquias venerabilis Epi Hiberni *Cummiani*, cum Epitaphio, quod tumbam istam Liutprandi jussu fabricatam fuisse testatur. (1) Quidam recentiores Hiberni, Mausoleum viri vana scientia inflati, et nulla eruditione conspicui, visendi desiderio anhelant. Proh pudor! Vetusti Patris Columbani non solum sepulchrum humile, sed et Acta, et nomen, Doctis ubique venerandum, Hiberniæ gloriosissimum ignorant!——Privilegium Luxoviensibus a Johanne IV, rogante Chlodoveo I, concessum, ex Monasterii Dervensis chartario, ante annos 600 scripto, edidit Mabillonius in Annalium l. 13, n. 12, et integrius in Appendice 689. Vulgatissimum est in antiquis Codicibus, etiam apud *Marculfum*, (2) sed an istud sit primum Privilegium Luxoviensibus concessum, vel tantum antiquioris confirmatio, non audeo definire. Illud certum est, concessum fuisse ante annum 641, quo Johannes decessit, quo tempore S. Columbani Regula cum Benedictina conjuncta erat, anno nempe 14 postquam ejusdem Regula in Synodo *Matisconense* approbata fuit, uti narrat Jonas in Vita Eustasii, et Labbe in tomo V Conciliorum edit. Paris 1671, p. 1687.——Privilegium *Bobiense* antiquius, ab Honorio 2 concessum anno 628, extat editum ab *Ughello* in Italiæ Sacræ tomo IV, sed mendose datum 3 *Id. Jan.* ubi pro *Jan.* legendum est *Jun.* Heraclii enim annus VIII, et Indictio I eidem Diplomati affixa, cum æræ communis anno 628 manifeste conveniunt. De notis Chronologicis conferendi sunt Muratorii scriptores cum Ughellii Italia Sacra, itemque Gerberti Monachi Bobiensis, postea Pontificis *Sylvestri* 2, Epistolæ, cum Anonymi Bobiensis *Vita Columbani* scripta ante medium sæculum X, apud Mabillonium Annal. l. 13, n. 3. (3)

Inter Discipulos Columbani Hibernos, celeberrimus fuit *Gallus*, Helvetiorum post Fridolinum Apostolus, et totius gentis Patronus, cujus Acta, a Walafrido Strabone, et Notkero conscripta, passim edita reperiuntur. (4) Is, non solum in claustro pro Monachis, sed etiam extra Monasterii sæpta, pro sæcularibus ex Germania confluentibus, Scholam instituit, in qua Artium Liberalium et S. Scripturæ arcana tam felici eventu pandebantur, ut Monasterium paulatim in oppidum, et postea, Pipini, Caroli Martelli, et Nobilium munificentia, congestis opibus, in Civitatem Imperialem surrexisse gloriaretur. (5) S. Galli Sermonem, sæculis politioribus dignum, edidit *Canisius*, quod unicum ex ejus operibus temporum invidiam declinavit, nam Epistola ei adscripta ab Usserio in Sylloge, Gallo Claramontano Episcopo adscribenda videtur. (6) Obiit die 17 Kal. Nov. uti

---

(1) Epitaphium hoc edidit *Muratorius* Rer. Ital. t. 1, p. 511.

(2) *Marculfus* formulas edidit anno 651. Mabillon Annal. l. 14, n. 14, p. 419, editio optima est *Baluzii*.

(3) Non agitur hic de primo, sed de secundo Privilegio Bobiense. De *primo*, edito ab *Ughello* in Italia Sacra t. 7, col. 1322, agunt *Muratorius*, Rer. Ital. t. 1, p. 455, 470, *Paul. Diac.* De Gest. Longobard. c. 93, ibid. et *Mabillon.* Annal. t. 1, l. 10, n. 55, p. 296. *Secundum* edidit *Ughellus* t. 4, col. 1384, de quo *Jonas* in Vita Bertulphi, Annal. Bened. t. 1, l. 12, n. 7, p. 344. *Agilulfum* obiisse anno 616, demonstrat in *Critica Sacra* Pagius, ex *Diplomate* Adaloaldi filii ejus apud *Ughellum* t. 4, et *Muratorius* ib. p. 469.

(4) Apud *Surium* t. 5, ad 16 Obtobr. et Acta Benedictin. t. 2. *Canisii* Lect. Antiq.

(5) *Scheutzer* Itinera Alpina Lugduni Batav. 2 vol. 4to. 1723.

(6) *Cave* Hist. Lit. t. 3, p. 563. Confer Canisii Lect. Antiq. edit. 1, t. 5, p. 896, cum edit. Basnagii t. 1, p. 785, 792, et Biblioth. PP. Lugduni t. 11, p. 1046, &c.

tradunt Walafridus, et Wandalbertus. (1) Usuardus, et Ado, qui ejus memoriam ad x Kal. Martii referunt, non de die obitus, sed elevationis, ex Mabillonio interpretandi sunt—De *anno* taceo, cum nihil lucis ex nostris Annalibus afferre possim, unde Codicum numeri, erronei, et incerti, ad pristinam integritatem restituantur—*Usserius*, ex Theodori Campidonensis Vita S. Galli, ejus obitum refert ad annum 625, sed aliunde constat vitam produxisse ad annum fere centesimum ætatis, et plurima sub nomine *Theodori* circumferuntur, quæ plerosque hactenus sub larvata persona deceperunt. Vita vetusta Kiliani, edita a Canisio, de anno silet, de Viro ipso inquit—" Scotia, " quæ et Hibernia dicitur, Insula est maris Oceani, fœcunda quidem glebis, sed SS clarior Viris, " ex quibus, *Columbano* gaudet Italia, *Gallo* ditatur Alemannia, *Kiliano* Teutonica nobilitatur " Francia." Attamen non pauca me movent, ut S.Galli obitum referam ad annum 646. (2) Cætera doctioribus dirimenda relinquens.

Omnes Columbani discipulos, exteros, et Hibernos, et Monasteria singula ab iis in Gallia et Germania condita, longum esset enumerare. Liceat præcipua quædam perstringere, unde reliquorum tempora dignoscantur.—*Jonam* Italis vindicare conatur Mabillonius ex Jona ipso. At, in Præfatione ad Vitam Magistri sui Columbani, modeste se excusans, quod Vitam tanti Patris scribere auderet, nos, inquit, non ad hoc vestigia tendimus, ut nos putemus Doctorum gressibus coæquari. " Illi rore eloquentiæ madentes, virides campos flore pinxerunt; nobis vix arida tellus arbusta " gignere novit. Illi dites Balsami lachrimam ex Engaddi, floresque Aromatum ex Arabia; *nobis* " *ex Hibernia* vix butyrum pinguescit. Illi piper, nardumque sumunt ex India; nobis temerarium " videtur Galliæ succino gloriari. Illi poma palmarum magnopere peregrina dirigunt; nobis, juxta " Poetam, sunt molles castaneæ, et mitia poma."—Consentiunt Veterum testimonia, Codex enim perantiquus Monasterii Fossatensis S. Mauri, de Vita Faræ, inquit " Jonas, ut ipse prodit, *ex Hibernia*, Vitam B. Columbani, qui fuit ex memorata Insula, scripsit." (3)—Hoc testimonium magni facio, quod, cum Fara discipula fuerit Columbani, et cum frater ejus *Faro*, Episcopus Meldensis, Peregrinis Hibernis, in Galliam adventantibus, Hospitium condiderit, vix fieri poterat, quin *Hildegarius* ejus successor, qui Vitam ejus scripsit sæculo IX, et auctor antiquior Vitæ Sororis, plurima habuerint Primorum Hiberniæ Patrum scripta, quæ postea periere. Errori Mabillonii occasionem dedit, quod Jonas, in Vita Attalæ, locum maternæ habitationis *Sigusiam* memoret. At Parentes ejus, amore perigrinationis, quo Hiberni ducebantur, in iis finibus sibi mansionis locum eligere potuerunt, nec desunt exempla plurima mulierum Hibernensium, eo ævo ad regiones exteras migrantium, quorum nonnulla videri poterunt in Sirini Collectaneis p. 265.

Meretur quidem Jonas ut de Patria ejus disputant Itali cum Hibernis, scripsit enim eleganter, non semel Virgilium, Livium, Salustium, aliosque sæculi aurei scriptores memorans, æque ac Hieronymos, et Augustinos. Sed istis contendentibus futurum erit negotium, non solum cum prædictis, sed cum Surio, Sabellico, Arnoldo Wion, Yepezio, diligentissimo Molano, Waræo, et aliis, qui, uno ore, Jonam Hiberniæ adscribunt. Scripsit præterea Vitas Discipulorum Columbani, *Attalæ*, *Eustasii*, et *Bertulphi*, editas inter Opera Bedæ, cui perperam tribuuntur, et Vitam *Farœ*, itidem apud Bedam

(1) Apud Mabillon Annal. Ben. l. 13, n. 32.
(2) Confer *Bedæ* Martyrol. Cantabrigiæ p. 433, cum Actis Benedictinis, et *Goldast.* t. 3, p. 48.
(3) Collectan. Sacr. p. 264.

tomo 3, uti testantur Baronius in notis ad Martyrologium Rom. April 3, Yepez in Chron. Bened. ad an. 617, et Codex Fossatensis Vitæ alteræ ejusdem Faræ, quem supra memoravi.

Inter celebriores S. Columbani discipulos Hibernos eminebat *Dicuil*, seu Deicola, qui Lutrense Monasterium *S. Martini* condidit in Burgundia, hodie *Lure*, quam donationem Chlotharius, Regia auctoritate, confirmavit. Ejus Vitam, in Actis Benedictinis editam, scripsit sæculo X Anonymus Monachus *Lutrensis*. Obiit xv Kal. Feb. anno 625. In Necrologio S. Gallense, ad diem prædictum, fit commemoratio *Deicoli fratris S. Galli*. Sepulchrum ejus qui invisit Mabillonius, inquit Ecclesiam vetustatem preferre, in qua duo ingentis molis tumuli visuntur, unus S. Deicoli primi Abbatis, alter B. Columbini ejus discipuli, et successoris, procera amborum Corpora indicantes, quod de *S. Deicolo* tradit Vitæ scriptor prædictus. (1) Distinguendus est *Dicuil* hic ab altero qui, nono exeunte sæculo, scripsit Opus Geographicum *De Mensura Orbis*, ut alibi indicavi.

Sequitur *Sigisbertus*, Desertinensis Monasterii in Rætia Curiense conditor, quem *Scotto Hibernum, et S. Columbani in Bancorensi asceterio primum, tum in Gallicana peregrinatione, et expulsione socium*, tradit, ex vetustis Membranis Desertinensibus, Mabillonius in Annal. l. xi, n. xx, t. 1, p. 310, l. xvi n. 8, p. 504.—Aliorum Sociorum nomina videri poterunt, Columbani litteris pro Bobiensi Monasterio, subscripta, apud Ughellum. (2)—*Potentinus* in Neustria, in Constantiæ civitatis suburbio, Monasterium condidit, uti tradit Jonas, (3) et Mabillonius in Annalibus ad annum 610.—Paulo post hos, *Fiacrius*, et *Chillienus* ex Hibernia venientes, a Farone Meldense in suburbanum Hospitium recepti, Francis Fidem prædicaverunt anno 628. Hos laudat *Hildegarius* Episcopus Meldensis, qui Vitam Faronis scripsit sæculo ix, et *Fulcoius*, Poeta Meldensis apud Mabillonium, qui subjungit Fiacrium, " inter celebriores Galliæ nobiles Scottos, Oratorium Broilense condidisse, S. Fiacrii " jamdudum appellatum, quo, vix ullus alius in Gallia locus celebrior, aut amplius frequentatus a " peregrinis." (4) Multas ubique Galliarum Ecclesias, et plura Oratoria in Fiacrii honorem condita, et alium fuisse S. Abbatem *Fiacra*, qui Comgallo Bencorensi Viaticum administravit, vetustissima monumenta declarant, et Scriptores Galli fatentur. (5) Vitam ejus vetustam edidit ex Codice Trajectensi Mosander in Surianæ Collectionis T. vii ad 30 Augusti. Alia inserta est in Breviario Burdigallense citato ab Usserio. (6) Tertium exemplar edidit Tinmuthensis, et quartum Mabillonius. Plura de eo tradit Du Plessis, in Opere " *Histoire de l'Eglise de Meaux*," et Bollandi continuatores t. 6.—*Fiacrium Faronis* Meldensis, qui ex Hibernia venientem excepit, meminit Beda, (7) et *Fiacrii Hibernensis* memoriam per omnes Gallias, præ eximia virtute et hospitalitate, usque ad sua tempora celeberrimam, testatur Fleury. (8) Obiit anno 670.

Chillienum, seu Kilianum, Fiacrii socium pariter Hibernensem, qui Atrebatis eodem tempore fidem prædicavit, laudant Annales Francorum *Cointii* t. 3, p. 625, et Benedictini t. 1, l. 12, n. 6, p. 344, itemque Acta Benedictina t. 2, p. 619.

Eodem tempore *Furseus*, " nobilissimo in Hibernia Scottorum genere ortus," relicto natali solo, a Sigeberto, Orientalium Saxonum Rege, susceptus, et multis Nobilibus Anglis ad fidem adductis,

---

(1) Acta Bened. t. 1, et Histoire Literaire de la France t. 6, p. 410.
(2) *Ughelli* Italia Sacra, t. 7, col. 1321. (3) *Jonas* c. 20, Collectan. p. 234. (4) *Annal.* l. 12, n. 6, p. 344.
(5) *Collectanea Sacra* p. 312, et Annal. Bened. l. 8.
(6) *Primord.* p. 944, et Index Chronol. p. 1165. (7) *Bed.* l. 4, c. 1, p. 142.
(8) Hist. Eccl. 39, n. 30.

Monasterium condidit Cnobbersburg, hodie *Burgh Castle*, in agro Suffolciense; ubi Rex ipse, hortante Furseo, sese Divino cultui mancipavit. Postea, istius Monasterii cura fratri Foilano relicta, alium condidit, quo pariter fratri Ultano relicto, in Galliam trajecit, atque a Chlodoveo II, et Erchinoaldo Patricio, exceptus, Latiniacum ædificavit. Ibi constructæ Basilicæ tres, et Scholæ erectæ, effecerunt ut in oppidum haud ignobile *Lagny*, flumine Matrona irriguum, Monasterium istud eveheretur. Confluentibus deinde pluribus discipulis, aliud Monasterium ædificavit, locum concedente Erchinoaldo, in Monte Cygnorum, Perronæ ad Suminam, ubi reliquiæ ejus conditæ requiescunt.—Obiit 17 Kal. Febr. anno 648. Ejus sepulcrum S. Eligius, Episcopus Noviomensis, propriis manibus exornavit anno 652. (1)—Vitam scripsit, ut alibi notavi, auctor coævus, a Beda citatus, et alius anonymus perantiquus libris 2. (2) Postea ex utroque *Arnulfus*, Abbas Latiniacensis, labente sæculo xi, cujus Operis Codicem vetustum, in Bibliotheca Christinæ, Reginæ Sueciæ, olim extitisse declarat Mabillonius in Annalibus, l. 14.

Annales Mettenses, scripti sæculo nono, narrant, quosdam Theodorici milites, post partam a Pippino de Theodorico Victoriam anno 687, *Perronam Scotorum Monasterium, in quo B. Fursæus requiescit* confugisse, quibus Pippinus Vitam cum rebus condonavit. (3)—Baronius, ad annum 644, "Hoc tempore, inquit, in Britannia, apud Orientales Anglos, Christiana fides propagatur per Furseum *Hibernum*," et ad annum 645,—"Author horum omnium, ut *ex Hibernia* magnæ virtutis homines transferrentur in Gallias, vel alias ejus regiones, fuit *Vincentius*, Comes Hannoniæ, qui uxorem habuit consanguineam Regis *Dagoberti* Beatissimam. Missus a Francorum Rege in *Hiberniam*, inde reduxit *Foillanum*, *Furseum*, *Ultanum*, *Eloquium*, *Ettonem*, et *Adalgisum*, quos omnes egregia sanctitas decoravit."—Errat autem Vir doctus, ea referens ad annos 644, et 645, quæ paulo altius repetenda sunt; nec minori lapsu fallitur Colganus in Actis SS. pag. 574, n. 1, ubi Fursei in Galliam adventum refert ad annum 647.

In anno obituali Fursei mira est Scriptorum varietas. Satius quidem esset, meo judicio, ab omni opinione prorsus abstinere, quam, id asserendo quod nulla auctoritate fulcitur, plurimos inducere in errorem; neque eorum approbanda est sententia, qui, cum veritas Chronologica non clare appareat, nec nisi difficulter invenitur, paucorum annorum discrimen parvi pendentes, veritatem in medio statuendam arbitrantur. Quasi vero aliqua possit, Verum inter et Falsum, affinitas exoriri, ita ut in unum corpus coalescant! Fursei obitum bis enarrant Ultonienses, ad annum 647, et 660. Religiose quidem, cum Auctor, vere laudandus, id sibi proposuerit, ut ab antiquissimis exemplaribus minime discederet, præsertim cum vel ex una veritate semel perspecta, aliquid luminis rebus antiquis afferatur, et ex una falsitate semel concessa, plurimi errores pubescant.

Extat, edita in Actis Benedictinis, Vita vetustissima *S. Gertrudis*, scripta a teste oculato, qui narrat, *Ultanum* Abbatem Perronensem, S. Fursei fratrem, a S. Gertrude de die obitus quesitum,

---

(1) Errat in anno *Mabillonius* Annal. l. 14, n. 1, ann. 650. Confer Vitam *Eligii* scriptam ab *Audoeno* ante ann. 683.
(2) Vide notam ad ann. 660, supra pag. 54, et Vitam antiquam Fursei, editam in Rer. Francicar t. 1, ab *Andrea Du Chesne* Parisiis 1636, p. 657, item *Bedæ* Martyrol. Cantabrigiæ 1722, p. 414, not. 13, et Usser. Primord. p. 1037. Vitam antiquissimam *Fursei* citat *Beda* l. 3, c. 19, p. 122, et *Smith* in nota 42, ibid.
(3) *Hadriani Valesii* Rer. Francicar. l. 22, et *Mabillon* Annal. l. 14, n. 2.

respondisse " hodie xvi Kal. April. est dies. Crastino die, inter Missarum solemnia est migratura, a B. Patricio, et Angelis suscipienda." Postea, idem oculatus auctor rem revera ita accidisse refert, ut Ultanus prædixerat, et Gertrudem *die Dominica* obiisse, xv *Kal. April.* (1) Jam vero dies Dominica revera incidit in xv Kal. April. anno 658, id enim ex calculis manifestum est, et cum Ultanus tunc Abbas fuerit Perronensis, sequitur Furseum, cui defuncto successit, ante id tempus obiisse. Et quidem in Vita vetustissima *Amati*, Senonum Antistitis, edita in Actis Benedictinis, æque ac in prædicta Vita Gertrudis, Ultanus et Foilanus in Galliam, post Fratris obitum, venisse dicuntur, quod cum Ultoniensibus concordat, et Valesius, in Rer. Francicarum l. 22, inquit " Ultanum, *post* " *fratris obitum*, in Cænobio Perronense præfuisse, quod, quia Scottum Abbatem, et multos ejusdem " nationis Monachos habuit, *Scottorum Monasterium* vulgo appellabatur." Fursei ex Hibernia in Angliam adventum, refert *Usserius* ad annum 637, idque ex *Beda* l. 3, c. 19. Ejusdem in Galliam navigationem refert ad annum 640, ex *Andreæ Du Chesne* Rerum Franc. Scriptoribus, Paris 1636, p. 657.—Deinde inquit, Foillanum Episcopali ordinatione, Romæ, a Martino Pontifice accepta, post fratris Fursei excessum, in Galliam Sigeberti Regis temporibus pervenisse, ubi, Gertrudis dono, *Fossense* Monasterium fundavit, uti patet ex *Sigeberti* Chronico ad ann. 648. Conferendi sunt Usserii Primordia p. 967, et p. 1037, cum Indice ejus Chronologico p. 1161, et cum rationibus hactenus expositis, quarum diligenti collatione, veritas Chronologica manifeste patebit. Vitam vetustam Fursei a Beda citatam l. 3, c. 19, edidit Bollandus ad diem 16 Januarii. Extat etiam alia Vita vetusta MS. in Musæo Britannico, ut notavi in Bibliotheca Hibernico-Cottoniana, Tiberius E. 1, unde constat, post Foillani obitum, Ultanum *Fossensi* pariter, et *S. Quintini* Monasteriis æque ac *Perronensi* præfuisse usque ad annum circiter 686. (2) Foillanus Martyrio coronatus est, et in *Fossene* sepultus anno 654.

Fursei discipulis, *Ultano*, *Foilano*, *Dicuillo*, et *Gobbano*, qui, simul cum *Sigeberto* Rege, memorantur a Beda, adjungendi sunt *Emilianus* Abbas Latiniacensis II, *Eloquius* III, *Mombolus* IV, *Adalgisus*, cujus Vitam scripsit *Hariulfus* Centulensis, qui *Chronicon Centulense*, ante annos 700, exaravit. (3) *Ettonus* Monasterii S. Michaelis in Sylva Tharascia conditor, *Etto* Eps, Monasterii Fiscianensis in Hannonia conditor, *Bertuin* Eps, Monasterii Maloniensis in Leodii ditione conditor, *Fredegandus* Monasterii S. Petri ad fl. Sambram Patronus, *S. Helanus* Solemniacensis Patronus in Gallia, et Jesegemiensis in Belgio, et diversus ab eo qui Vitam *Foillani* carmine et prosa scripsit sæculo XI, quam Possevinus inquit asservari MS. in cænobio *S. Foillani extra Rutenas*, in tractu Tolosano, et Molanus in Annotationibus ad Usuardum 31 Octobris, inquit haberi ad *S. Foillani Monasterium extra Rhodium*, cujus author se *Hillinum* vocari prodit, his versibus.

" His Ita Litterulis Libet Insinuare Notatis—Veraci Specie, quo nomine censear ipse,—si primos apices ex partibus octo retractes." Postea indicat se Monachum fuisse Fossensem S. Foillani,

---

(1) Vita Gertrudis vetustissima, auctore coævo, in Actis Bened. Confer *Annal. Ulton.* p. 54, not. 1, *Bedæ* Martyrol. Cantabrig. p. 414, not. 13, et Annal. Bened. l. 14, n. 59, t. 1, p. 446, et l. 13, n. 44, p. 399, l. 14, n. 16, p. 420.

(2) *Adalberti* comitis Vetus Instrumentum in *Mabillonii* Annal. l. 14, p. 411, unde constat Ultanum *S. Quintini* Monastério, *ab ipso exordio* præfuisse. Eo Abbate, S. Amatus in Perronense Monasterium relegatus est a *Theodorico*, Chlodovei junioris filio, ut scribit auctor æqualis Vitæ Amati ibid. l. 14, n. 2, p. 411.

(3) Confer *Balderici* Chronicon Cameracense l. 2, c. 22, cum Annal. Bened. l. 14, n. 4.

ad ripam Sambræ fluvii, in Diæcesi Leodiensi, circa annum 1100, quo floruit Sigebertus Gemblacensis cui opus inscriptum est.—Fursei discipuli et socii Hiberni, 50 numero, memorantur in prædicta Vita Gertrudis, edita ex Codice Nivellense a Mabillonio. Perstitere in Perronense Monachi Hiberni usque ad annum 881, quo Nortmanni Perronam, Scottorum Monasterium, succenderunt. (1)

Eodem sæculo floruit *Caidocus*, Morinorum Apostolus, de quo Alcuinus, in *Vita S. Richarii* primi Abbatis Centulensis, inquit " Temporibus Dagoberti Regis, contigit duos Sacerdotes, " sanctitate florentes, et virtutum meritis fulgentes, quorum prior *Caidocus* vocabatur, de Hiberniæ " partibus in Pontivas pervenisse regiones, quos *Richarius*, [adhuc Paganus,] cum omni benigni- " tate eos deducens in domum suam, Deo providente, ut ipse salvaretur obtinuit. Nec lucerna " gratiæ Dei accensa diutius abscondi potuit, sed patefactum lumen sanctitatis, et prædicationis, " *longe lateque* ad salutem multorum fulsit. Ex prædicatione famulorum Dei, et adspiratione " gratiæ Divinæ compunctus, confessionem suorum fecit peccatorum," &c. Plura de *Caidoco* Hiberno, diverso a Cadoco Llan-Carvanense, edidit *Malbrancus* in libro 2 de Morinis c. 55, et *Hugo Menard* in docta Appendice ad Martyrologium Benedictinum pag. 136.

Hariulfus Monachus qui, ante annos 700, *Centulense Chronicon* scripsit, *Frichorium*, et *Caidocum* Hibernos, *S. Richarii*, in Vita Monastica, primos institutores, B. Columbani discipulis annumerat. (2)—Mabillonius inquit, ad emolliendam linguæ barbaræ Hibernicæ nomenclationem, *Frichorium* postea dictum fuisse *Hadrianum*, et Caidoci, et Frichorii verbis, et exemplis, Richarium inductum fuisse, ut *Centulæ* Monasterium, eorum gratia, ædificasset, annum circiter 627, ubi ambo reliquum vitæ exegerunt, et post mortem sepulti sunt. Ab iis in rebus monasticis informatum Richarium, finitimis populis prædicavisse tradit *Alcuinus*, in libello quem de ejus vita ex veteribus schedis composuit, et Carolo Magno dicavit, hortante Angilberto Abbate Centulense, sub cujus regimine, tantæ dignitatis, tantique splendoris, Centulense Monasterium evasit, ut, fatente Mabillonio, Galliæ Monasteria, fere omnia, obscuraverit.—Sepulcrum S. Caidoci, vetustate exesum, instauravit idem Angilbertus, et hoc Epitaphium apposuit.

Mole sub hac tegitur Caidocus jure Sacerdos,
Scotia quem genuit, Gallica terra tegit.
Hic Domini Christi gaudens præcepta secutus,
Contempsit Patrias, mente beatus, opes.
Hinc sibi concrevit centeni copia fructus,
Et meruit ætherei præmia larga soli,
Hinc Angilbertus, fretus pietate Magistri,
Et tumulo carmen condidit, et tumulum.

Vixit Caidocus post annum 622, ut constat ex Alcuino, Dagobertus enim I, cujus tempore floruit, regnavit solus ab anno 622 ad 638. Colganus, in Actis, p. 162, et Scriptores nostri pene omnes, erronee scribunt Dagobertum I regnasse ab anno 631 ad 645. Erroribus inumeris occasionem præbuit, annos Meroveadum cum annis Christi conciliandi methodus, cujus recta ratio non solum scriptoribus antiquis Hibernis ignota fuit, sed etiam Gallis qui mædiis ætatibus floruere. Plura in certa quæ sequuntur certa illustrabunt.

(1) *Annal. Francor. edit. Hadr. Valesii*, l. 22, et Annal. Benedictin. l. 14, n. 2, 4, et 16.
(2 *Chronicon Centulense* in Annal. Bened. t. 1, l. 11, n. 17, p. 308, et n. 60, p. 336.

Clotharius II, filio Dagoberto I Austrasiæ Rege instituto anno 622, obiit anno 628, regni 45, a quo anno *Dagobertus* I solus regnavit usque ad 638. Petavius quidem obitum ejus refert ad 19 Januarii anni 644, et plerique Rerum Francicarum Scriptores, annos regni 16 a Patris obitu desumunt, sed accuratissimus *Hadr. Valesius*, ab anno 622 numerandos esse demonstrat, quam sententiam sequitur Le Cointe, et Mabillonius in Præfatione ad Sæculum II, et in Disquisitione singulari ad Calcem tomi 3 Analectorum, invicte propugnavit.

Condidit *Dagobertus* I Monasterium Dionysianum, Galliæ celeberrimum, anno 628, Basilicam marmoreis fulsit columnis, auro, argento, gemmis, musivo pavimento, vestibus auro textis, aliisque ornamentis, B. Eligii opificio decoravit; absida puro argento tecta; crux magna ex auro et gemmis, ab eodem Eligio mira arte fabricata; ornamentum eximium *Crista* appellatum, nunc Umbella, (1) aureo altari impositum; aliaque plura, quæ satis clare evincunt, Hibernos, qui his temporibus Gallias turmatim frequentabant, istas Artes nullatenus potuisse ignorare, ac proinde præcipitem esse sententiam eorum, qui *Cogitosi* Opus rejiciunt, quia Opera aurea, et argentea, gemmis ornata, et pictas tabulas in Ecclesia Kildarense sæculo VII extitisse testatur. (2) Obiit Dagobertus anno 638, in Dionysiana Basilica sepultus, ubi ossa usque ad Ludovici XVII Regicidium condita jacuere. *Sigebertum* III filium, adhuc puerum, Austrasiæ Regno præfecerat ante obitum, anno 632. *Chlodoveo* II, minori natu, Neustriæ et Burgundiæ regna, sub Nanthildis matris, et *Ægæ* Majoris domus tutela, reliquit. *Ægæ* successit in isto officio *Erchenoaldus*, dum *Grimoaldus* in Austrasia, Sigeberti Regno, simili officio fungeretur. Obiens Sigebertus III, ineunte 18 a morte Patris anno 654, filium suum unicum *Dagobertum*, parvulum, postea Dagobertum II, (3) Grimoaldo Majori domus commendavit, ut ejus opera in Austrasiæ regnum eveheretur, sed Grimoaldus, beneficiorum immemor, proprium filium Childebertum intrusit, et parvulum tondens, per Didonem, Pictavorum Episcopum, in *Hiberniam* deportari curavit, ut ibi Monastica professione institueretur.

His temporibus *Livinus* Episcopus, "Regio sanguine apud Scoto-Hibernos ortus," cum Foilano, Helia, et Kiliano, ex solitudine accedens, Brachatenses in fidei doctrina, et morum honestate informavit. (4) Extat Epistola ejus Metrica, et non inelegans, ad Florbertum Abbatem Gandensem, edita in Sylloge, quam Usserius erronee refert ad annum 633, cum Bavo, cujus obitum, et Epitaphium ista Epistola exhibet, non obierit ante annum 650. (5) Scripsit et alia Poemata, ut ipse in eadem Epistola testatur.

Sic ego, qui quondam, studio florente, videbar
Esse Poeta, modo curro pedester equo.
Et qui Castalio dicebar fonte madentem,
Dictaeo versu posse movere Lyram.

---

(1) *Du Cange* voce *Crista* ex Audoeni Vita Eligii, scripta ante ann. 669. (2) Vide supra pag. 137.

(3) Mabillonius eum appellat *Dagobertum* II, in Indice generali tomi 1 Annalium p. 725, et recte, Dagobertum III in l. 16, n. 57, p. 529, sed perperam, cum Dagobertus III fuerit Childeberti III filius, qui annos 5 regnavit, obiitque anno 715. Petav. Rat. Tempor. p. 310. *Art de Ver les dates*, t. 1.

(4) Annal. Bened. l. 14, n. 7, t. 1, p. 413. *ex Lluini* ipsius Epistola, collata cum *Vita* scripta a *Bonifacio*, et cum Anonymi De Gestis Regum Francor. apud *Du Chesne*.

(5) Vita Antiqua *Bavonis* laudata sæculo IX ab *Adone*, Annal. Bened. l. 12, n. 19, t. 1, p. 351, et *Amandi* Vita scripta a *Beaudemundo* Elnonense, qui Amandi testamentum scripsit anno 675. *Annal. Bened.* l. 16, n. 56, t. 1, p. 528.

Corrigendi sunt omnes qui Livini obitum referunt ad annum 633, quos sequitur Colganus in Triade p. 112, n. 69, et in Actis p. 300, n. 22. Martyrii enim palma coronatus est anno 656, sex annis post obitum *Agili* Abbatis Resbacensis, Discipuli S. Columbani, qui, hospitalitate insignis, *multos ex Hibernia*, Columbani amore, in Galliam adventantes, excipere solebat, et obiit anno 650. (1) Baronius, ad annum Christi 650, inquit *S. Foillanum* fuisse *S. Livini*, Gandensium Episcopi, in ministerio Evangelii collegam, quod et notavit *Desmaius*, qui Vitam Fursei scripsit *Gallice*, editam Latine a Colgano.

Hæc evenere, quo tempore Aidanus, qui primus Lindisfarnensem condidit Ecclesiam, in Hibernorum Monasterio Mailrosense, anno Episcopatus 17, Christi 651, pridie Kal. Sept. obiisse narratur. (2) Cumque primordia fidei, et Literarum, inter Nordanhymbros, Aidano procul dubio referenda sint, sequitur Hibernos, hactenus in Gallia memoratos, Hibernorum in Nordanhymbria Discipulis Anglo-Saxonis, Ceaddæ, Cuthberto, et Wilfrido antecessisse. Et quidem id aliunde manifestum est, *Bega* enim prima Anglo-Saxonum quæ institutum Monasticum, consecrante Aidano, suscepit, Hildam, Eatam, Ceaddam, et omnes alios Nordanhymbros præcessit, ut in Dissertatione Præliminari inconcusse demonstravi.

His temporibus, cum fama Hibernorum ubique in Gallia vigeret, et ad splendorem ejus amplificandam, tot sidera clarissima, ex Hiberniæ finibus orta, illuxere, *Dagobertus* II, *Sigiberti* III Regis Austrasiæ filius, Grimoaldi factione attonsus, in Hiberniam relegatus est anno 654. Ibi, benigne exceptus, cum pluribus annis commoraret, demum, mortuo Chlothario, revocatus a suis, rediit in Galliam, anno 18 ab ipsius relegatione, et Christi 673, uti narrat Eddius, testis oculatus, in Vita Wilfridi.—"In *Hiberniam* appulit, et post aliquot annos, cum amici, et propinqui "eum viventem, et perfecta ætate florentem esse, *a navigantibus* comperissent, nuntios miserunt "ad Wilfridum, petentes ut eum de Scotia, *seu Hibernia*, ad se invitaret, Regio solio imponen-"dum. Id vero perfecit Wilfridus, qui eum *ex Hibernia* venientem suscepit, et idoneo comitatu "ad suam Regionem remisit." Restitutum fuisse anno 673, fidem faciunt tabulæ a Jodoco Coccio relatæ apud Mabillonium, Annal. l. 16, n. 57, p. 529, et Eddii Vita Wilfridi.

Non immerito tradunt Hiberni Dagobertum ideo in Hiberniam, potius quam in aliam regionem relegatum fuisse, quod pater Sigebertus, fuerit *Furseo*, aliisque Hibernis, in Galliam fidei prædicandi causa adventantibus, familiaris, uti et prædecessores, qui a Columbani temporibus regnavere.

Gesta sunt hæc, quo tempore *Maildulfus* Hibernus, in Castello Bladovensi, hodie *Malmesbury*, tugurium primo sibi constituit, scholaresque adunavit, qui brevi in magnam turbam coaluere, quorum consortio adjunctus *Aldhelmus*, primis literarum elementis ab eo Magistro informatus est.—*Sub arctoo axe*, a teneris infantiæ cunabulis, enutritum se dicit, in Epistola ad *Cellanum* Monachum Hibernum, qui in Perronensi S. Fursei monasterio degebat. Hinc, Maildunensis Monasterii, in Anglia Occidentali, initia, a Maildulfo petita, ad Dagoberti II tempora in Hibernia referenda sunt. *Cellani* Epistolam ad Aldhelmum, absque notis Chronologicis, memoratam invenio a Malmesburiense, hoc titulo inscriptam "*Aldhelmo Archimandritæ Saxonum, Cellanus in Hibernensi Insula*

(1) *Annal. Bened.* l. 12, n. 43, l. 14, n. 5, t. 1, p. 412, n. 59. p. 446. *Vita S. Agili* ab Anonymo fere æquali ibid. l. 12, n. 43, l. 14, n. 5, et Vita *Filiberti* ejus successoris ibid. l. 14, n. 35, l. 16, n. 43.

(2) *Bed.* l. 2, c. 3, l. 3, c. 14, et c. 17, l. 4, c. 27, Vita Cuthberti n. 23, et *Monasticon. Angl.* t. 1, p. 38.

" *natus, in extremo Francorum limitis latens angulo, exsul ad locum ubi Domnus Furseus in Sancto* " *et integro pausat corpore.*" (1)

Abenduniensis B. Mariæ Monasterii, hodie *Abingdon*, in Comitatu Barcheriæ, origo, ad eadem tempora referenda est.—Nomen deduxit ab *Abbano*, Eremita Hiberno, (2) cujus Vitam vetustam, ante annos 900 scriptam, edidit ex MS Codice Membraneo Kilkenniensi Colganus, ad xv Martii. Ejusdem meminerunt Martyrologium vetustum *Tamlactense Aengusii*, et libellus Litaniarum scriptus sæculo IX, cujus fragmenta extant citata passim in Actis SS. et in MS. Codice Bodleiano *Psalter na rann*, exarato a quingentis annis. Laud F. 95.

Hunc Hibernorum Catalogum, qui, Gallias sæculo VII et VIII illustrantes, *Virgilium*, *Dungalum*, *Clementem*, et *Albinum* præcesserunt, illustrat *Kilianus* Wirzburgensis, totius Franconiæ Apostolus, de quo *Notkerus* inquit " In pago Austriæ, id est novæ Franciæ castro, imo civitate, ut Teu- " tonico nomine prodit *Wirzburg*, juxta Moin fluvium sita, passio *S. Chiliani*, primi ejusdem Ci- " vitatis Episcopi, et duorum discipulorum ejus, Colonati Præsbyteri, et Totnani Diaconi, qui ab " *Hibernia*, *Scotorum Insula*, venientes, et a Pontifice sedis Apostolicæ authoritate accepta, nomen " Christi in eodem loco, et circuitu prædicaverunt." (3) Postea, eorum Martyrio narrato, adjungit corpora, ac *libros*, et vestimenta, in eodem sepulcro condita, ita, post plurimos annos, illæsa reperta fuisse, quasi in scrinio, super terram posito, fuissent inclusa. Ante Notkerum Bonifacius Moguntinus, Papam Zachariam in Synodo Romana alloquens, postulavit, ut in honorem *S. Chiliani* Martyris, Civitas Herbipolensis in sedem Episcopalem erigeretur, ut testatur vetus auctor *Egelwardus*, in Actis S. Burchardi l. 1, c. 7, qui præterea subjungit, Bonifacium, impetrato intento, Concionem habuisse ad populum Herbipolensem de meritis *Scotigenæ* Kiliani, et Sociorum, qui *primi* fuere in istis partibus *Fidei Christianæ fundatores*, idque fusius, et pluribus verbis indicat in c. 9, et in libro 2, c, 2, et 3, et demum translationis SS. Chiliani, et Sociorum historiam texit l. 2, c. 6, et 7, unde constat, condita fuisse eorum corpora in Sarcophago pretioso, in Monasterio S. Burchardi, anno 752, uti patet etiam ex veteri Epitaphio, quod, licet rudiore istius ævi minerva conscriptum, veritatem tamen historicam ipsa simplicitate confirmat. Conferenda sunt Acta S. Burchardi, apud Surium ad 14 Octobris, cum *Bibliotheca Hibernico-Cottoniana*, Nero C. V. (4) Obiit *Kilianus*, cum sociis *Colonato*, et *Totnano*, interfectus anno 689, uti patet ex collatione Vitæ antiquæ Kiliani editæ a *Canisio*, cum notis doctissimi *Serrarii* ad Vitam ejusdem, cum *Mariani* Chronico integerrimo in Musæo Britannico, et cum Florentio, vel potius Wigorniensi Monacho, qui, regnante Stephano, Florentii Collectanea, cum Mariani Chronico commiscuit, et continuavit.

Iisdem his temporibus, *Sidonius* Monachus, " natione Scottus, seu Hibernensis," (5) in Galliam veniens, a Filibérto, Gemeticensis Monasterii conditore, exceptus, et ad redimendos

---

(1) *Bed.* l. 5, c. 18, *Malmesb.* Reg. l. 1, c. 2, p. 13, Francofurti 1601. *Monast Angl.* t. 1, p. 50, *Chron. Maildulph.* in Leland. Collect. *Tanner* Bibliotheca, voce *Aldhelmus*, Opus in pluribus erroneum, ac cautissime legendum.

(2) *Monast. Angl.* t. 1, p. 97. *Mabillon* Annal. l. 16, n. 70, p. 536.

(3) Eadem habent *Rabanus* ad 8 Julii, *Marianus Scotus* ad ann. 676, et *Thadæus Scotus* in Chron. Ratisponense.

(4) MS. in Stowense. Confer *Vitam antiquam* Kiliani, in t. 4, Lect. Antiq. Canisii p. 619, *Notkeri* Martyrol. VIII Id. Jul. *Mariani* Chron. ad ann. 687, et 689, Basileæ 1559, Serrarii notas ad Vitam Kiliani a se editam, ex *Mariani* editione Principe Frankofurti, cura J. B Haroldi. *Sigebertum*, et *Ordericum Vitalem* in l. 4, p. 544, Annal. Bened. t. 17, n. 68.

(5) *Vita antiqua Filiberti* apud Mabillon Annal. l. 16, n. 43, p. 522.

captivos in Britanniam missus, rediit Gemeticum. Ibi, officio *Cellerarii* paulisper functo, locum construendo Monasterio apud *Caletos*, in agro Rotomagensi, a *Theodorico Rege* obtinuit, et Scholam instituit, in qua *Leutfredus*, postea Abbas Madriacensis, " ad Sidonium accedens Abbatem, qui, *ex* " *Hibernia ortus*, locum istum mirifice illustravit, Monasticas ab eo vestes accepit, et in Regulari " disciplina, *sub eo Magistro*, multum profecit, donec, consilio *Ansberti* Rotomagensis Episcopi, " qui ad illud Monasterium de rebus Divinis [cum Sidonio] collocuturus accedebat, in natale solum " pluribus profuturus reversus est.." (1) Obiit Sidonius 18 Kal. Octob. annum circiter 674. Ejus Monasterium erectum est in Cellam, Fontanellæ modo subjectam, sed Vicus ipse, beneficiorum memor, nomen Patroni adhuc Gallico idiomate retinet, et dies natalis dicitur le jour de *S. Saens.*

Coævus fuit *Disibodus*, pariter Hibernus, qui *ex Hibernia in Germaniam, cum sociis accedens*, (2) transmisso Glanno fluvio, Oratoria, et tuguria, pro Discipulis undique confluentibus, in monte prope Moguntiacum condidit, ubi, post multos labores, obiit 8 Id. Jul. anno ætatis 81, Christi 674. Conferenda sunt quæ de hoc venerabili viro scribunt Marianus in Chronico, aut forte *Dodechinus*, Monasterii S. Disibodi Abbas, qui Mariani Chronicon continuavit. Acta Disibodi, ex Codice vetusto descripta, ampliavit sæculo XII S. Hildegardis, ex cujus opusculo omnia scitu digna excerpsit Mabillonius.—Rabanus in Martyrologio inquit, *Natale S. Disibothi Confessoris*, VI *Id. Sept. in suburbanis Magontiacensis* Ecclesiæ celebrari. Marianus inquit " *Episcopatu abdicato, ex Hibernia egressum*, Gallias venisse."—Itaque quem Rabanus *Confessorem*, Marianus *Episcopum* appellat, unde duos Disibodos extitisse videretur, nisi aliunde constaret, Episcopi titulum, pluribus Hibernis, in exteras gentes migrantibus, tributum fuisse, ob prædicationem Evangelii, quæ inter functiones Episcopales plerumque ab antiquis celebratur. Sic *S. Furseus* Latiniacensis, Gregorius Trajectensis, Richarius Abbas Centulensis, cujus vitam scripsit *Alcuinus*, et Carolo Magno dicavit, aliique plurimi, præsertim prædicatores Hiberni, Episcopi appellantur, qui tamen nunquam Episcopali dignitate præditi fuere. Sepultus est *Disibodus* in Oratorio quod sibi paravit, sed postea, a S. Bonifacio Moguntino, Corpus in Monasterium, ad occidentalem ejusdem montis plagam, translatum fuit, ubi flumina Naha, et Glannus, confluentes, prope Spanheimium, in sinistram Rheni ripam influunt apud *Bingium*, in Diœcesi Moguntina.

Huic Catalogo finem imponere monet proposita brevitas, coacta prolixitas. Sed prius monendi sunt scriptores nostri, Chronologiæ sanæ studiosi, in Italiæ civitate Lucca *instauratum* fuisse, non vero conditum, anno 700, SS. Vincentii et Fridiani Hibernorum Monasterium, idque a Faulo, Majore domus Flavii Cuniperti, Longobardorum Regis, cujus Diploma edidit Mabillonius in Appendice tomi I Annalium, datum Ticini in Palatio, nona die Mensis Nov. anno felicissimi Regni Cuniperti IX, per Indictionem XV, ubi pro XV forte legenda est XIII, quæ melius anno Regni IX respondit, Hujus Monasterii Hibernici meminit in suo testamento Walprandus Episcopus, Principante Astulo Rege, de cujus regno quæ certissima sunt edidit Muratorius.

---

(1) *Vita Antiqua Ansberti*, scripta a coævo *Aigrado*, apud *Mabillon.* ibid. l. 16, n. 43, p. 522, l. 18, n. 19, p. 597, et n. 32, p. 602, *Willelmus Gemeticensis* l. 7, c. 22.

(2) *Annal. Bened.* l. 16, n. 44, p. 523. *Mariani* Chron. ad ann. 674. Mons *Disibodi* hodie appellatur *Disenberg* in Palatinatu inferiori. *Surius* ad 8 Julii.

In hoc Catalogo, illustriores tantum attingens, quosdam etiam celebres omisi, ut *Rudbertum* Salisburgensem, cujus Vitam edidit *Canisius* tomo VI p. 1106, *Romualdum* Mechliniensem, cujus Vitam, a Theodorico Abbate sæculo XII scriptam, edidit Surius ad 1 Julii, aliosque, de quorum Actis, post Danorum adventum exaratis, non pauca suspectæ fidei, interpolatæ falsitatis opinionem excitaverunt.—Vitas Sanctorum passim adduxi, sed authenticas, antiquas, ante Danorum in Hiberniam adventum scriptas, editas a doctissimis Bollandinis, a D'Acherio, Basnagio, Mabillonio, &c. quorum exemplaria ab 800, 900, et nonnunquam *a mille et amplius annis exarata*, vel etiamnum extant, vel saltem usque ad nostra tempora extitere (1)

Hæc sunt quæ de Rebus Hibernicis, ante Danorum incendia gestis, breviter dicenda proposui, ut Annalium nostrorum fides eo magis illucescat, atque ut inconcussa quædam veluti axiomata statuantur, dilucide, et accurate collecta, quæ non nisi in multis magnisque voluminibus sine ordine dispersa, indigesta, erronea, et tot falsitatibus intermixta sunt, ut Lectorum animos plerumque avertant, ac pro absurdissimis fabulis contemnenda habeantur. Difficilem sane Provinciam susceepisse me fateor, quippe quæ res tanto temporum decursu transactas respiciat, et tantis scriptorum anachronismis offuscatas. At, solamini est, non defuturos qui, his laboribus adjuti, in hoc studiorum curriculo proficient, et alia, ac meliora indicabunt. Desunt sane plurima antiquorum Opera quibus quæ remanent fragmenta illustrarentur, sed quæ hactenus adduxi, ad alia investiganda conducunt, neque minima laus est, tam plane demonstrasse, quam longe a veritate historica aberraverint, qui vel odio, vel assentatione, et partium studiis abrepti, stolide scripserunt *Vitæ humanioris initia in Hibernia, a barbaris Danorum incursionibus esse desumenda.* (2) Diligentiam, et bonam fidem pro solis ornamentis consectatus, minime duxi Historiam pene deperditam, et alioqui insignem, adscitiis coloribus esse exornandam, cum ea quæ, post tot calamitates, supersunt, licet mutila, luceant tamen per se.—Nemo quidem negabit Hibernos, simul ac Christiana fide illustrati fuerant, depositis armis quibus Britanniam Romanam desolare solebant, deposita feritate qua a Romanis scriptoribus ubique notantur, eodem animi fervore, quo antea bella inferebant, jam Religionis, et Vitæ humanioris, Monasticæ, ac civilis, et literarum beneficia barbaris nationibus contulisse. Scilicet quod sive boni sint, sive mali, ea est gentis istius indoles, ea veluti natura, ut impetu quodam, ac fervidi ingenii impulsu, ad intentum ferantur, nec ab incepto nisi inviti desistant.

---

(1) Our Antiquists with all the pride of ignorance, may affect to despise the Lives of Saints, monuments which, *historically* considered, have received the sanction of *Montesquieu*, and *Gibbon*." Pinkert. Scotl. Preface p. xxxvi.

(2) " The inroads of the Danes, which spread barbarism in other parts of Europe, tended rather to improve the Irish. The most simple arts of life, *even tillage and agriculture*, were almost wholly unknown among them. The *only towns* which were to be found in the island, had been planted along the coast by the freebooters of Norway and Denmark." *Hume* Hist. of Engl. vol. 1, c. 9.

ELENCHUS

Rerum Præcipuarum quæ in his Annotationibus continentur.

PAG.

Auctores Sæculi XII originem tenebrarum Hiberniæ a Danorum vastationibus, historica fide suffulti, ipsoque Giraldo assentiente, deducunt. - - - - - - - - 121

Academiæ Hibernicæ unde Hyona Originem traxit, aliæque Hibernicæ ipsis antiquiores recensentur. - 124

Academia Ardmachana non solum pro Hibernis, sed pro Albanensibus, et Anglo-saxonis, ab Hiberniæ Regibus, ante Anglorum adventum, annuis censibus dotata. - - - - - 127

Testimonium *Aldhelmi* locupletissimum de Scholis et disciplinis Hiberniæ Sæculis VII, et VIII. - 128

Catalogus Scribarum Hiberniæ Sæculi VIII, ex Annalibus IV *Magistrorum*, collatis cum *Tigernacho*, et *Ultoniensibus*.—Principes et Episcopi Hiberni Scribarum officio fungebantur. Confer ann. 816, 846 cum pag. 130

Refelluntur qui Opera Lapidea Hibernis, ante Danorum adventum, ignota fuisse somniarunt. - 134

*** Addenda sunt quæ de vetustis Ethnicorum monumentis lapideis, adhuc extantibus, habentur in Dissertatione de Religione Ethnicorum Hiberniæ, MS. in Stowense, de quibus Vir eruditus Thomas Astle inquit " There are great number of pillars and monuments of stone in Ireland, as well rude, as wrought " with various knots, figures, and devices, and some of these latter sort are evidently of Pagan anti- " quity. There are also a great number of inscribed monuments, some of which prove that the Irish " had letters before the arrival of S. Patrick in that kingdom." *Astle* Origin of Writing, London fol. 1803, pag. 119. *King* Munimenta, passim—London fol. 1803.

Ars Ecclesias pictis tabulis ornandi, antiquitus exculta ab Hibernis. - - - - 138

De Hibernorum Veterum navigiis, et navigationibus, ante sæculum VIII. Confer ann. 847 cum pag. - 140

*** Navim in quam Columbanus a Theodorico conscendere jussus est, ut e Nannetensi urbe in Patriam Hiberniam rediret, navim *Scotticam* appellat Jonas, et ex eo Mabillonius. Atqui, id evenit anno 610, Theodoricus enim, expulsis Columbano et Sociis, obiit *post annum tertium*, anno 613, quo Chlotharius II, adepta Francorum Monarchia, ut Columbanus prædixerat, et vaticinium ejus in se completum mirans, Eustasium ad Columbanum cum supplemento publico, et Nobilium comitatu, Bobiis in Italiam misit, ut ei in Galliam redire persuaderet. Sed Vir sanctus, gratias agens, se literis excusavit, et expleto uno anno in Bobiense jam perfecto, obiit XI Kal. Dec. anno 615, ut scribit Jonas, unde corrigenda est Suriana editio, et vetera Martyrologia, in quibus, erronea numerum transpositione, IX *Kal.* pro XI *Kal.* obiisse narratur, ut in sincero Usuardo, et Adone, quibus preferendus est Wandelbertus, qui cum Jona consentit. Corrigendus est et *Mabillonius* qui *Novembrem* scripsit pro Decembre.—Confer *Wandelberti* Martyrolog. metricum T. v. Spicilegii *D'Acheriani*.—Vitam *Columbani* editam in T. iii Operum Bedæ Basileæ 1563, et Coloniæ 1612, a *Jona* scriptam fuisse, ipsa Præfatio demonstrat, et omnes Docti fatentur.—Columbani Scripta laudant auctores Operis eximii.—Histoire Litteraire de la France, " *Il est peu d'ecrivains de son temps, ou l'on trouve plus de beautes.*" Iidem de *Galli*, discipuli ejus, *Sermone* edito a Canisio Lect. Antiqu. T. 10, edit. Basnagii p. 781, inquiunt " *une piece vraiment digne de passer a la posterite.*" Hist. Lit. T. 3, p. 562, Confer Opera S. Galli edita a *Gasparo Barthio* Francofurti 1628—8.

Mannia, et Ebudes Insulæ, Hibernis antiquitus subditæ. - - - - - 148

Testimonium *Dicuili* de Islandia olim explorata ab Hibernis.—Conferenda est pag. 141, 142, &c. cum pag. 148

ELENCHUS.

PAG.

Curruum usus in Hibernia antiqua, ubi de curru *Crimthani* Regis Hiberniæ. - - - 148

Crimthani Regis tempora, et Taciti locus, perperam intellectus, explicantur. - - - 151

De Organorum et Psalmodiæ usu in vetustis Hibernorum Ecclesiis. - - - 153

Antiphonarium Benchorense antiquissimum, nostris Scriptoribus hactenus ignotum. - 156

*** His addenda est nota de vetusto Codice Hibernico, a nongentis et amplius annis exarato, quem Usserius " *Librum Hymnorum*" appellat, in Epistola ad Vossium, Dissertationi de Symbolis præmissa, in qua Codicem istum laudat, " *antiquissimum*, partim Latino, partim Hibernico sermone conscriptum, in quo Hymnus *Te Deum*, contra vulgarem opinionem, adscribitur *Niceteæ*."

De usu Metallorum in Hibernia sæculo VIII, ubi de Vasis Sacris, aureis, et argenteis. - - 160

*** Addenda sunt paginæ 168, et lineæ 26, quæ ex *Giraldo* adduxi pagina 139, de Codice IV Evangeliorum Kildarense, et quæ in Dissertatione Præliminari dicta sunt de aliis Codicibus, quorum tegumenta auro, et argento, contecta fuere.

De septem Artibus Liberalibus Hibernorum. - - - - - - 168

De Virgilio, et Dunchado, Astronomis Hibernis sæculi VIII.

De Academiarum Parisiensis et Ticinensis Origine Hibernica. - - - - - 176

De illustrioribus quibusdam Hibernis qui Caroli Magni ævum in Galliis præcessere. - - 179

Errores de *Fridolini* temporibus castigantur. - - - - - - *ibid.*

*** *Gogus* Major domus Sigeberti I, et *Fridolini* amicus, obiit anno 581, regnante *Childeberto* II Sigeberti I filio, cujus anno IX *Clotharius* II Sucssionum Rex renunciatus est, anno Christi 584.—*Art de Ver. les dates*, t. 1. Errant itaque qui *Fridolini* obitum referunt ad ann. 514.

Columbani tempora expenduntur. Conferenda est additio de Columbano ex pagina præcedente. - 180

*** Ex his sequitur, Fridolinum, Columbani in Galliis præcursorem, ei paucis tantum annis præcessisse ; *Childeberto* enim II successere filii *Theodobertus*, et *Theodoricus*, ille Austrasiis, hic Burgundiis, anno 696 ; Columbanus autem advenit in Galliam, annum circiter 585, quo tempore *Childebertus* II Austrasiis, *Gunthramnus* Burgundiis præfuit.—*Gunthramno* superstitem fuisse *Childebertum*, contra Baronii sententiam, docti jam conveniunt. " *Regnum ejus Childebertus assumpsit*," inquit *Fredegarius* in Chronico, et *Greg. Turon.* l. 4, de Miraculis S. Martini c. 37. Conferenda est *Henschenii et Papebrochii* Præliminaris Exegesis de Genealogia Regum Dagobertinorum, ad tomum III mensis Martii, ubi obitum *Gunthramni* ad ann. 593 referendum esse demonstrant. Notanda est error quæ supra irrepsit pag. 181, ubi, pro " curante Agilulfo," legitur " curante Liutprando."—Obiit *Autharius* rex Longobardum anno 590, quo Gregorius Magnus ad Pontificatum evectus est. Successit *Agilulphus*, cujus adhuc extat *Diploma* pro *Bobiense*, in t. 5, Bullarii Cassinensis, et apud *Ughellum* in Italia Sacra " *Datum Mediolani in Palatio sub die* IX *Kal. Aug. Regni nostri felicissimi* VIII *per Indictione* V." Obiit *Agilulphus* anno regni 25, Christi 615. De notis Chronicis Confer *Muratorii* Rer. Ital. t. 1, p. 452, 455, et 469. Liutprandus postea sepulcrum ornavit, ut patet ex dictis de sepulcro *Cumcani* supra pag. 182.

ANNALES ULTONIENSES,

AB ANNO D. DCCCI, AD ANNUM D. MCXXXI,

Ex Codice Bodleiano:

SIVE

ANNALIUM ULTONIENSIUM,

PARS SECUNDA,

QUÆ

CÆTERORUM ANNALIUM HIBERNENSIUM CHRONOLOGIAM AD PRISTINAM RESTITUIT INTEGRITATEM,

NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTA.

ANNALES ULTONIENSES.

An. Dccc i. *MUIREDHACH mac Domhnaill ri Midhe* mor. *Sloghadh la h Aedfor Mide, con ro rann Mide it. da mc Donncha* [Exercitus ductus ab *Aido* contra *Midiam*, donec divisit Midiam inter duos filios *Donnchadi*] *·i· Concobar, 7 Ailell. Ailill mc Cormaic* Ab. *Slaine*, sapiens, 7 Judex optimus obiit. (1) *Fergal mc Anmcadha* rex *Osraighi* mor. *Mac Oigi Apuircrosan Ab. Benchair, Muredhach mc Olcobhair* Ab. *Cl. ferta Brendain, Cocsrach* nepos *Froich Ab. Lughmaidh*, Clemens *Tiredaglais* omnes defuncti. *Artri mc Ailella* rex *Mugdhorne* magna [magni] moritur. *Euginis* filia *Donncha* Regina regis *Temorie* moritur. *Togal locha Riach la Murghis. Hi Coluimbea cille agentib.* comb. est. [Vastatio lacus Rigiæ a prædonibus maritimis. Hyona combusta est a gentilibus.] (2)

An. Dccc ii. Quies *Flain mc Narghaile*, qui in temptacione doloris xiii annis incubuit.—*Airfhinnan Ab. Tamlachtai Maelruain* pausavit in pace.—*Dunch. mc. Conghaile* rex *Locha Cal.* a fratribus suis jugul. est. *Artgal mac Cathusaigh* rex insolea *Culen Rigi*, de genere *Eugain*, jug. est. Bell. *Rubhai Conaill* inter duos filios *Donncha*, ubi *Ailill* cecidit, 7 *Concobar* victor fuit. *Oengus mac Mugroin* rex nepotum *Failghi* jugulatus est dolose a sociis *Finsnechte* filii *Ceallaich*, consilio Regis sui. Belliolum inter *Sogen*, 7 *Aicme Moenmaighi* [Nobiles et Sectas regionis Moenmagii] in quo multi interfecti sunt.

An. Dccc iii. *Domhnall mac Aeda muinderg ·i· ri an tuaiscert* [Domhnall filius Aedi rufi, i. e. rex Aquilonis] moritur. *Fiachrai mc Tuathail*, rex ne potum *Teig, mor.* Mors *Caradbrain* Ab. *Biror.* (3) *Cormac mac Conaill*

(1) Hic Judex inter Brehones Hibernos numerandus est, cujus Opera, ni fallor, omnia periere.

(2) Hæc prima Hyonæ vastatio, a Chronologis accumte notanda est, infra p. 195, n. 2, et p. 199, n. 1.

(3) Hæc de Caradbrano, et Cormaco desunt in Cod. Bodl. extant in *Clarend.* 49.

equonimus *Luscan* mor. Vastacio Laginentium ap. filium [a filio] *Neill*, duabus vicibus in uno mense. *Faelan mac Ceallaich* princeps *Cille daro*, 7 *Cernach mac Duncha* rex *Mughdorne* perierunt. Congressio Senatorum nepotum *Neill*, cui dux erat *Condmac Ab. Ardmachae* in *Dun Chaer*. Bel. inter nepotes *Cremthain* invicem, ubi ceciderunt *Echu mac Cathail*, 7 *Donn. mc Echdach*, 7 *Dubhrois*, 7 alii multi, 7 *Domhnal Clochair* victor fuit.— *Sloghadh n Aedho Oirnidhi do cum Laigin, con rug giall Finsnechta ri Laigin do Aedh, 7 isann sin rosaer clerich er la Aedh ar fecht, 7 ar Sluagh, do breith Fathaidh na canoine.* [Exercitus Aidi Ornidii in Lageniam, don ec tradidit obsides Finsnechta Rex Lageniæ Aido, et tunc liberavit Aidus Clerum Hiberniæ a servitio militari, et immunitatem concessit ne ultra, in posterum, ad bellandum conscriberentur, secundum mentem Canonum interpretis *Fothadii*.] (1) Tonitruum validum cum vento, et igne, in nocte feriam precedente Patricii, dissipante plurimos hominum, i. e. mille et X viros *itir* [in regione] *Cercobaiscinn*, 7 mare divisit insolam *Fitae* [longam] in tres partes, 7 illud mare cum arena terram *Fitae* abscondit. i. e. *med da boo deac do tir*. [i. e. mensuram duodecim boum regionis.] *Tabhairt Ceanannsa cenchat do Choluim chille cedlach*. [Dedicatio Ecclesiæ *Kells*, in Metropolim, S. Columbæ in custodiam.]

Muredhach mc Aimirgin Ab. *Lethglinne*, *Dubhduin mc Hirgusa* moriuntur. *Cuana Ab. Mainstrech Buiti* [Abbas Monasterii Butensis,] *Moenach mc Colgen Ab. Luscan*, Lector bonus, lacrimabiliter vitam finivit. *Fine* Abbatissa *Cille daro* obiit. *Dubhdabhairenn h. Dubain* princeps *Cluana Iraird* patribus suis additus est. *Cernach mac Ferguso* rex *Locha Gabor* mor. *Slogh maedha co Dun Cuaer, co.ro.rann Laigniu it. da Muredach, i. Muredach mac Ruadrach, 7 Murethach mc Brain.* [Exercitus Aedi usque ad *Dun*, i. e. Arcem *Cuaer*, donec divisit Lageniam inter duos Muredachos, i. e. Muredhac filium Roderici, et Muredhac filium Branii.] Jugulatio *Cormc mc Muirgusa Ab. Baislice*, et vastacio *Ciaraidhe* postea, *la Murgis*, [a Prædonibus marittimis.] *Murcertach mac Doungaile* rex *Breibhne* mor. *Cell Ach*. cum oratorio novo ardescit.

---

(1) Vide quæ de hoc Canonum Interprete dicta sunt in *Annotatione* I, supra pag. 132; et IV *Magistror*. Annales Codex MS. Stowensis ad ann. 799.

An. Dccc b. Pestilencia magna in Hibernia. *Gormgal mc Dindagaid Ab. Ardmachae, 7 Cluana avis* obiit. *Congal mc Moenaigh Ab. Slaine,* sapiens in virginitate dormivit. *Finsnechta mc Ceall.* regnum suum accepit.—Lex Patricii *la* [stabilita, vel redintegrata per] *Aed Mac Neill.* (1) *Mess moer* [Messis abundans.] *Loitech* doctor *Benchair* quievit. Familia *Jae* occisa est a gentibus. *i·* lx octo. (2) *Connmach* judex nepotum *Briuin* moritur. *Flaitnia mac Cinaeda* rex nepotum *Foilgi* jug. est *irraith ingain.* [apud *Rath* seu Munimentum sanctum *Ingain, Rathangan.*] *Tirdaglas* ardet.

An. Dccc bi. *Condmach mac Duibdalethi* Ab. *Ardmachae* subita morte periit. Occisio *Artghaile mc Cathasaigh* regis nepotum *Cruinn na nairter* [Cruinniorum orientalium.] Jugulatio *Conaill mc Taidg o Conall mc Aedain icuimtire*

---

(1) Vide quæ de *Regulis* Monasticis dicta sunt ad annos 742, 747, 766, 771, 777, 779. De *Lege Patricii*, confer *Jocelin* in vitâ S. Patricii c. 165, 167, et 174. Non satis liquet utrum per *legem Patricii*, in his Annalibus intelligenda sit ubique *Regula Monastica*, an non potius Jurisdictio quædam Metropolitana visitandi, et exigendi stipendia a Provinciis subjectis, quam exercuisse Antistites Ardmachanos, patet ex Annotatione I ad Sæculum VIII p. 139, et non semel ex sequentibus patebit. Auctor Vitæ Vetustæ S. Kierani octo *præcipuos* Regularum Conditores Hibernienses numerat, SS. Patricium, Brigidam, Brendanum, Columbam, Comgallum, Molassum seu Lasreanum, et Adamnanum. Triad. p. 214.—*Haeftenius* agit de Reg. S. Patricii in Disquis. Monast. t. 1, c. 15. Eadem, Hibernice scripta, extitit Londini anno 1647, inter codices Fingini Carthæi. Triad. p. 214. *Alcuinus* inquit—

" *Patricius, Quieranus*, Scotorum gloriæ gentis
" Atque *Columbanus, Comgallus, Adamnanus*,
" Præclari Patres, vitæ, morumque Magistri." *Alcuin de Vita Willibrordi.*

Usserius penes se habuit " IV Regulas, *Columbæ, Comgelli, Carthagi*, et *Albei*, Hibernico sermone antiquissimo, et nostris temporibus pene ignorabili exaratas." Primord. p. 919.—Adjungendæ sunt *Comani* Regula memorata supra ad ann. 771; *Darii*, de qua vide ann. 811, 812, 813.—*Columbani*, de qua supra ad ann. 747, 756, 766, 777; et pag. 180, itemque *Montfaucon* Diar. Ital. Paris 1702, pag. 85, et *Moluæ* seu *Lugidii*, cujus Regulam *Dagaeus* [a Beda memoratus l. 2, c. 4, p. 82,] ad Gregorium I approbandam detulit, et approbatam reportavit. Vide Cl. V. *J. Smith* in nota ad Bed. ibid. et Usser. Primord. p. 920. Confer tom. 1 Concil Galliæ, p. 504, cum Usserio p. 1050, *Haeften* Disquis. Tract. vii, c. 8, et *Sirmondi* notas ad l. vii Sidonii Apollinaris. Hibernorum austeritatem paucis indicat *Beda* l. 3, c. 3, 23, et 25, p. 131, 133, et l. 4, c. 25, *Rathramnus* apud Usser. p. 731, et *Strinus* in notis ad Ionam.

(2) Vide quæ de Danorum primo adventu dicta sunt ad ann. 747, 793, et 794.—IV *Magistri* ad ann. 801, æræ communis 806, inquiunt—" *Hi Coluim Chille do ionnradh la hallmuirachoibh, ocus sochraidhe mor do laoch. 7 do cleircibh do marbh leo i· ochtar ar thribh fichthibh*" [Hyona, Monasterium S. Columbæ, vastata a Prædonibus maritimis, et plurimi Laici et Ecclesiatici occisi ab iis, i. e. lxviii.]

[a Conallo filio Aidi in Cantiria.] (1) Constructio nove civitatis *Columbe Cille hiceninnus* [in Kells.] *Elarius* Ancorita, 7 Scriba *Locha Creea* [monasterii lacus Creea] dormivit. Luna in sanguinem versa est. (2) *Murcha mac Flainn ri hi Fidgente.* [Rex Fidgenteorum.] Gentiles combusserunt insolam *Muredaich*, 7 invadunt *Roscommain.* Bel. inter familiam *Corcaide*, 7 familiam *Cluana ferta Brendain*, inter quas scedes [cædes] innumerabiles hominum Ecclesiasticorum, 7 sublimium de familia *Corcaighi* ceciderunt.

An. Dccc viii. Obitus *Caluaich* scribe *Ab. Ardmachae.* *Thomas* Episcopus Scriba *Ab. Linne Duachail* quievit. *Faelgus* princeps *Cille Ach.* dormivit. *Slogh Murgissa mc Tomoltaich co Conachtaib, la Concobuir mc n Donncha co rigi thir in Oenaigh.* [Exercitus Murgisii filii Tomaltachi in Connaciam, cum Conco baro filio Donchadi, usque ad regnum Tiroen,] 7 fugerunt repente post tres noctes, 7 migravit *Aed mac Neill* in obviam eorum, 7 combussit terminos *Midi*, eorumque fuga capris, 7 hinulis similata est. Jugulatio *Cinaeda* filii *Concobhair*, in campo *Cobo, o Cruithnibh.* [a Pictis.] *Finsnechta mac Cell*, rex *Laigin, hi cill daro, deficu* [Rex Lageniæ, in Kildaria, de ficu?] mortuus est.

An. Dccc viiii. Dormitatio *Taichligh Ab. Ardmachae.* Bell. inter *uceinnsel.* [Hy Cinselach] invicem, ubi cecidit *Ceallach, tosach, mac Dongaile, ri Ratha Etain.* [Celestius, Dux, filius Dungalli, Rex Arcis *Etain.*] Occisio *Duncon* Principis *Telcha Leiss, hi fail Scrine padraicc itigh Ab. Telcha Liss.* [Occisio *Dunconii* Principis Telchæ, regionis Leiss, in conspectu Scrinii reliquiarum S. Patricii, in domo Abbatis Telchæ Leissii.] *Baetan Cluana Tuaiscirt*, 7 *Cun Quiaraen Secnabb* [Æduus] *Cluana* dormierunt. Ignis celestis percussit virum in Oratorio *Nodan.* *Finbil* Abatissa *Clonbronaig* moritur. *Indred n ul. la h Aed mc Neill, disarugh scrine patraic for Duncoin* [Devastatio Ultoniæ ab Aido filio Neill in vindictam violati Scrinii Patricii, contra Dunconium.] *Maelfothartaigh mac Flainn* Ab. *Finnubrach Abea*, 7 *Cille Moine*, obiit. *Bel. la hultu 7 ir da mac Fiachnae.* [Prælium gestum

(1) Ergo extitit adhuc regnum Hibernorum in Cantiria. Vide not. ad ann. 735, supra pag. 85, et ad ann. 740, pag. 89. itemque ad ann. 777, p. 108.

(2) Annus hic est æræ communis 807, quo Eclipsis totalis Lunæ incidit in diem 26 Febr. *Art de Ver. les Dates*, t. 1, p. 67. Mirum quam inconcusse, horum Annalium auctoritas, accurata Eclipsarum enumeratione confirmatur!

ab Ultoniensibus inter duos filios Fiachna.] *Cairill* victor fuit, *Echaid* evasit.

An. Dccc ix. *Cathina Ab. Doimliacc, 7 Tigernach* fundator *Daire, Meille* Ab. *Cille Achaid, 7 Maelfotartaigh mac Aedgaile* princeps in *dairecuil,* [Darculensis,] *Dociaroc* Scriba, *Cathal mac Fiachrach* rex *Ratho Airthir* [Arcis Orientalis] 7 virorum *Cul, 7 Eachaid mac Fiachnae* rex *Uloth, 7 Maelduin mac Donngaile* equonimus *Arddmachae, 7 Anlon mac Concobair* rex *Aidhne, Macorbb* filius *Neutir, 7 Ceall. h. Concodaigh* moriuntur. *Guaire Ab. Glinne da locha* dormivit. *Taedhgg, 7 Flathnia* duo filii *Muirgusso* jug. sunt, *o Luignibh* [a Lugniensibus.] Vastatio *Luighne la Murgis* [Lugniæ per Murgisium.]

An. Dccc x. *Nuadha Ab. Ardmachae* mor. *Euconnachta* cum lege Patricii, 7 cum armario ejus. *Derbaid aige dia Satairn oinig Tailten, con arechtec na carpat la aed mc Neill. i muintir Tamlachta do drorbai iar sarugh termain Tamlachtai Maelruain du U. Neill.* [Perturbatio celebrationis Nundinarum Taltinensium, die Sabbati, et violenta retentio equorum currus Regis Aidi filii Neil, i. e. Monachi Monasterii Tamlactensis jura sua vindicaverunt, post violatam terram immunem Monasterii Tamlactensis S. Maelruani per O'Neillos.] Postea familie *Tamlachtae* multa munera reddita sunt. *Admoer ingin Aida Laigen* [Admoeria filia Aidi Lageniæ] in senectute bona mortua est. *Dinman arad Muminensis Ancorita* [Momoniensis Ana-choreta] vitam feliciter finivit. *Tuathgal Ab. Sruithe Cluana* [Abbas sapiens Cluanensis] moritur. Strages Gentilium *ap. Ultu.* [Strages Danorum per Ultonienses.] *Blutin* nepos *Muirdibuir Ab. Dermaighi.* [Abbas Dearmaghensis.]

An. Dccc xi. *Flan mac Ceallach* Ab. *Finnglaise,* Scriba, 7 Ancorita, 7 Eps. subita morte periit. Item *Echaid* Eps. 7 Ancorita, 7 Princeps *Tamlachta* quievit. *Coscrach mc Niallghusa* rex *Garbrois, 7 Cernach mc Flaithnia* rex *Mugdornea mbreg* mortui sunt. *Nuadha locha huamae* [Nuada Regionis lacus Huamæ] Eps, 7 Ancorita, Ab. *Ardmachae* dor.—*Flann mac Conghalaigh, rex Cianachte* moritur. *Oengusa mc Dunlainge* rex generis *Artgail, Flathbertach mac Coirpre* Princeps *Cille moire enir, Aedh Roen ri* [rex] *Corcobaiscinn* mortui sunt. *Ar gente la firu Humaill.* [Strages Gentilium facta ab Hy Maliis.] *Ar Conmacne la gentib.* [Strages Conmacnensium a Gentilibus.] *Ar Calraighi Luirgg la hu Briuin* [Strages Calragensium regionis

Lurg, facta ab O'Briuinis.] *Ar Corcomroidhe Midhe la hua mac Cuais.*— [Strages Corcomroensium Midiæ a posteris Mac Cuasii.] *Ar gente la Mumain ·i· la Cobthach mc Maeleduin ri Locha Lein* [Strages Gentilium facta a Momionensibus, i. e. a Cobthaco filio Maeleduin rege *Lacus Lein*, hodie *Killarney*.] (1) *Inred in Deiscerd la Muirgus mc Tomaltaich, ·i· ri Conacht.* [Vastatio australis Hiberniæ a Murgisio filio Tomaltachi rege Connaciæ.] Lex *Darii for Conachtu.* [Regula Monastica Darii stabilita supra Connaciam.]

An. Dccc xii. *Conall mac Dainlig* princeps *Treoit* moritur. *Feradach mac Scannail* Scriba, 7 Sacerdos, Ab. *Achaboo* feliciter vitam finivit. *Cellach mc Ecdhach* Princeps *Cille tomae* moritur. *Ar Umaill la Gentib*, [Strages Hy Maliorum a Gentilibus,] ubi ceciderunt *Coscrach mac Flainndabert*, 7 *Dunadhach* rex *Humaill. Loghaire mac Congamna* rex generis *Coirpri* moritur. *Congaltach mac Eitguine Secnub* [Æduituus] *Cluana ferta* moritur. Karolus rex Francor, immo tocius Imperator Europe in pace dor. (2) Lex *Darii la hu Neill.* [Regula Darii stabilita per O'Neillos.]

An. Dccc xiii. *Fedilimid Ab. Cille-moinni 7 moer breg o photruic*, [Felim Abbas Kilmoinensis, et Bregiæ œconomus post Patricium,] Anecorita precipuus, Scriba que optimus, feliciter vitam finivit. (3) *Tuathal* filius *Dudbuhtae* precipuus Scriba 7 Doctor *Cluana mac Cunois* dormivit. *Eitirscel mc Ceall. Epis Glinna da locha*, 7 *Cinaed mac Ceallaigh* Epis. 7 Ab. *Trelic moer* [Monasterii, seu oppidi Magni Tralee] obierunt. *Maelduin* Eps *Aircinnech Ecdroma* [Præpositus vel precipuus rerum temporalium administrator Monasterii *Ecdromaensis*] jug. est. *Suibne mac Moenaig* equonimus *Slaine*, 7 *Gormgal*

---

(1) *Eginhart*, Scriptor cœvus, in Vita Caroli Magni, inquit "Classis Nordmannorum Hiberniam "Scottorum Insulam aggressa, commisso prælio cum Scotis, parte non modica Nordmannorum in- "terfecta, turpiter fugiendo domum reversa est." De Gest. Caroli. Annal. Eginhart. 812.— Eadem fere habet *Egolismensis* ille Monachus qui Caroli Magni Vitam descripsit, quæ *Ermenoldus*, vel quicumque Annalium Fuldensium colleotor fuit, brevius sic explicat.—"Classis Danorum Hiberniam aggressa a Scotis prælio superatur."—Vide quæ de Danorum vastationibus dicta sunt ad annos 793, 794, 797, 801, 806, et in Annotatione I ad Seculum VIII, p. 121, itemque supra p. 184, et infra ad ann. 824, 825.

(2) Convenit *Chron. Saxon.* ann. 812, p. 96. Obiit autem *Carolus* 5 Kal. Feb. ann. 814.

(3) *Moer* Anglice Steward. Sic in Annal. Ulton. ann. 921, et 923, *Ard-moer* high-steward, et IV *Magistri* ad ann. 1117 *Mairigh dercc* œconomus Eleemoysnarum.

mac Neill filius *Fergaile* mortui sunt. *Slogh la Muirgus 7 Forceallach for uu Maine deisseicc*, [Exercitus ductus a Murgisio, et Forceallachio contra Hy Manios australes,] ubi plurimi interfecti sunt innocentes. *Forcellach Fobhair Ab. Cluana mac Cunois, 7 Orthane* Ab. *Cille Fobricc, Ronan* nepos *Lochdheirc* Epis. omnes dorm. Bell. inter *Laginenses* invicem, ubi nepotes *Cennsel* prostrati sunt, 7 filii *Briuin* victoriam acceperunt. *Ceall.* Ab. *Jae*, finita constructione templi *Cen indsa*, [Kells] reliquit Principatum, 7 *Diarmicius* alumpnus, [Alumnus] *Daigri*, pro eo ordinatus est. (1) *Broen mac Ruadrach* satrapa *Lagenarum* moritur. Lex *Quiarani for Cruachna* [supra Cruachaniam Connaciæ Regiam] elevata est *la Muirgus* [a Murgisio.] *Saet mor 7 trom galair.* [fulgurum Coruscationes magnæ, morbi graves.] *Niall mac Aeda* rex nepotum *Cormaicc* repentina morte moritur. *Blathmac mc Ailgusa* Ab. *Tiredaglais, 7 Blathmac, dalta Colggen*, [alumnus Colgani] Ab. insole Vacae albe obierunt. (2)

An. Dcc xiii. Mors *Murgusa rig Connacht. Celeiesu* Ab. *Cille moinne* jug. *Coscraich mac Finsnechti, Conall mac Neill* rex *disceird breg* [australis Bregiæ] moriuntur. *Colman mc Neill* jug. est a genere *Conaill. Slogh la Aed iarom for Cenel Conaill i torchair Rogaillnac mac Flaithgusa* [Exercitus ductus ab Aido postea contra Tirconallios, ubi occisus est Rogalnac filius Flathgusii.] *Macloenaig* ancorita *Lugmaidh* [Louthensis,] *Ceallach mac Congaile* Ab. *Jae do feraib Breibne, 7 do sil Cathail*, [Abbas Hyonæ de incolis Brefniæ, et de familia Cathail,] *Focarta ic Cernaich leth ri Deiscirt Breg* [rex dimidii Australis Bregiæ,] moriuntur. Direptio organorum Ecclesiæ Clooncrene, et jugulatio hominis intra Ecclesiam ab incolis Brehai. (3)

---

(1) Hic est ille Diarmitius, Abbas Hiiensis, de quo IV *Magistri* ad annum 816, æræ communis 821, inquiunt "Diarmitius, Abbas Hiiensis, cum Scrinio S. Columbæ, ex Hibernia rediit Albaniam."— Unde sequitur falsum esse, Corpora SS. Patricii, Brigidæ, et Columbæ, in eodem tumulo condita fuisse, Duni in Ultonia, ante annum 821. Vide infra ann. 824, 828, 830.

(2) Vide quæ de *Colcha*, Alcuini Magistro, dicta sunt supra pag. 131.

(3) "Direptio Organorum, &c." *Cod. Clarend.* 49. Sinceritati horum Annalium minime officit. Organa in Ecclesiasticis officiis ad *Psalmodiam*, ab atiquissimis temporibus, in Ecclesia Orientali usur parisolita, nec nuperum esse inventum in Ecclesia Occidentali, jam antea, in Annotatione 2 ad Sæculum VIII, satis dilucide demonstravi, ex S. *Augustino* in Psal. 56, ex *Isidoro* l. 2 Orig. c. 20, Amalario l. 3, c. 3 de Eccl. Offic. et ex Monachi S. Gallensis l. 1, c. 10 de Gestis Caroli Magni, supra pag. 153, &c.

An. Dccc xv. *Dungal mac Cuanach* rex *Rois, Tuathal mac Domhnaill* rex *Airtir liphi* [regionis ad orientem fluminis Lifi,] *Irgalach mac Maelchumhai* rex *Corcosagain, Conan mac Ruadhrach* rex Britonum, *Cathal mc Artrach* rex *Muigdorne* omnes defuncti st. *Dubdalethi mac Tomoltaigh* dux *Namne, Joseph* scriba *Rosscommain* mortui st. Combustio *Cluan mac nois* ex majori parte. Mors *Suibhne mac Cuanaic* Ab. *Cl. mc nois. Ceallach mac Murgissa*, Ab. *Dromma caro*, jug. est *o Gertidiu mc Tuathail* [a Gertidio filio Totilæ.] Ventus magnus in Kal. Novemb. Bel. *Dromadhmain for* [contra] *Hu Fiachrach Muirsce, ren* [per] *Diarmait mac Tomoltaigh. 7 loscadh, 7 orggain Foibrein, icrich Graicraigi,* [et combustio et vastatio Fobreinii, in regione Graigragii,] ubi plurimi occisi sunt ignobiles. Mors *Cathail mc Ailello* regis nepotnm *Fiachrach.* Oratorium *Fobair* combustum est.

An. Dccc xvi. Mors *Dathail* Epis. Scribe, 7 Ancorite *Huidubleni.* Mors *Concruithne* Scribe, (1) Principis *Laine ela. Tipraiti* Ab. *Cluana ferta Brendain, Cumuscach mac Cernaigh* equonimus *Ardmachae* dormierunt. Belliolum *it. firu deiscirt Breg 7 Ciannachta, itorcradar ili di Ciannachta* [inter viros australis Bregiæ, et Ciannachtenses, in quo occisi sunt plurimi Ciannachtensium, Bel. *an Cathail mc Dunlainge, 7 re muinnter tighi Mundu, for muinnter Fernan.* [Prælium Cathalli filii Dunlangii, et cum familia domus Mundui, contra familiam, seu subditos, Monasterii Fernensis] ubi cccc interfecti sunt. *Maeltuile* Ab. *Benchair* exultat. *Maelduin mac Cinnfael* Princeps *Rathoboth* [Raphoe] de familia *Columbe cille* jug. est. *Muinntir Coluim. Cil. do dul itemhair doescmine Aedu.* [Monaci S. Columbæ proficiscuntur Temoriam, ad maledicendum, seu excommunicandum Regem Aidum.] (2) *Maelduin* rex *Ross. Donngal mac Suathail ri Airdea* [rex Ardeorum.] *Cilleni Ab. Fernan, Fergus Ratha Luraigh* Ab. *Finnglaissi, Siadal* Ab. et Epis. *Roiscomain,* omnes dormierunt.

An. Dccc xvii. *Muredach ic Brain leitri Laigin mor. Aig anaiccenta, 7 Snechta mar robatar onotlaic stelle cohinct. Imtech boinnhe cosaib tirmaib. 7 alainele na bann fonoim cumac indlochae. Ete, 7 fianlaighi iarloch echoch, oisallti do t. o funn. Solaich daurtighe iarmae octae iar lochaib Eirne a tirib conacht hitir hua Craumtain.* [Muredac filius Braini Rex dimidii

(1) Vide quæ de Scribarum officio dicta sunt supra pag. 130.

(2) Confer notas ad ann. 564 supra pag. 24, et ann. 554 supra pag. 21.

Lageniæ moritur. Gelu mirandum, et nix magna permanserunt a Natali quasi usque ad Quinquagesimam. Transitus paludum pedibus siccis, et plurima flumina eodem modo [gelata] ac lacus. Animalia domestica et ferina supra lacum Each. Cervi capti absque venatu. Plurima materia ad construendas domos transvecta trans lacum Eirne, e regionibus Connaciæ, in regionem posterorum Crimthani,] (1) aliaque incognita per gelu 7 grandines in hoc anno facta st. *Ceallach mac Scannlain* Ab. *Cille Foibrigh, Cernach mac Congalaich rex Cnobhai* mor. *Cuana Ab. Lugmaidh coscrin Mochtai, do dul a tire Mumhain for longais. Artri air. Airdmachae coscrin Patraicc do dul a Conachta. Aed mac Neill cosluaghaib co Dun Cuaer, corarann Laighniu 7 ir da huea Brain. Air. Cille moire enir do sarugh, 7 Dubinnrecht a Secnap do guin ar ainchaibh la Laighniu. Orggain coccae du Cell. mc Fogher-taic for Concobh. mc Muiretaich, i. mc Righ Laigin.* [Cuana, Abbas Lowthensis, cum Scrinio Mochtæ, ivit in regionem Momoniæ in nave. (2) Artri Præpositus Ardmachæ cum Scrinio Patricii ivit in Connaciam. Aed filius Neilli, cum suis exercitibus, ivit ad Arcem Cuaer, donec divisit Lageniam inter duos O'Branios [O'Birns.] Præpositus Ecclesiæ Kilmore enir per vim captus, et Dubinrecht, ejusdem Ecclesiæ Æditŭus, vulneratus simul a Lageniensibus. Devastatio belli illata a Celacho filio Fogertagi in Concobarum filium Muretachi, i. e. filium regis Lageniæ.]

Bellum gestum est in regione *Delbnae lo dot.* [Delvniæ .....] *i. Cath for ath* [i. e. prælium supra vadum,] ubi nepotes *Main*, cum rege eorum, *i. Cathal mac Murchado*, 7 alii multi nobiles prostrati sunt. Reges nepotum

(1) Regio Crimthannorum est regio australis Veteris *Orgialliæ*, nunc ad Baroniam Slanensem spectans. Vide Glossar. Topogr. Voce *Crimthan*.

(2) Jocelinus inquit—S. Patricium ad Orientalem plagam loci qui *Lugh* dicitur, locum Domino, *ipsius Patricii nomine adhuc insignitum*, erexisse, et *S. Mocteo* contulisse.—Edit. Princeps Antwerpiæ 1514.—In editione Parisiana anni 1624, *Ludham* legimus, pro voce Hibernica *Lugh*. *Moctheus* is est *proselytus Britto, homo Sanctus, S. Patricii discipulus*, quem in 2 Præfatione memorat *Adamnan*, Lect. Antiq. Canisii t. v, p. 563. et in *Triade* pag. 336. Ad Occidentalem Louthianæ Ecclesiæ partem *S. Motti* Capella adhuc superest, et modice distans *Ard Patrick*, ubi et sacræ ædis rudera conspiciuntur—Confer hos Annales ad annos 534, et 536, cum *Cuminei* libro de Vita Columbæ edito a Mabillonio, et *Cumineï* Conderensis Opus de Elogiis SS. Hiberniæ, scriptum Hibernice a mille annis, apud Colganum in Actis p. 734, cum Annalibus IV *Magistror.* ad ann. 534. Scripsit *Moctheus* Chronicon, ut patet ex his Annalibus ad ann. 571, et ex *Cuana* Episcopo Lugmagense ibi citato, qui obiit anno 823, ut scribunt IV *Magistri*, vel 824, ut infra pag. 205.

Briuin, i Diarmait mac Tomaltaig, 7 *Maelcothaigh* filius *Foghertaic* victores erant. *Rechtabra* nepos *Andola Ab. Damhinnsi* moritur. *Cluana mac nois* iterum, xii. Kal. Nov. arsit tercia ex parte sui.

An. Dccc xviii. Vastacio *Laigin la Aed mc Neill itir Cualan* usque *Glenn* duor stagnorum. [Vastatio Lageniæ per Aedum filium Neilli, in regione *Cualan* usque Glendaloch.] Mors *Aedha mc. Neill* juxta vadum duorum Mirabilium [*Athfertda*] in campo *Conaille*. Belliolum inter genus *Eugain* 7 genus *Conaill*, in quo cecidit *Maelbresail mac Murchado rig* [rex] generis *Conaill*. *Murchad mac Maeleduin* victor fuit. Belliolum inter *Ultu* [Ultonienses] invicem, in quo cecidit *Cairill* filius *Fiachne*, 7 *Muredach mc Eachach* victor fuit. *Cathal mac Dunlainge* rex nepotum *Ceunsel*, 7 *Secnap*, *Fernan* [Ædituus Fernensis] moriuntur. *Crunnmael mac Ailello* Princeps *Doimliacc*, 7 *Muredhach* filius *Crunnmael Ab. Disirt Teornoc* defuncti sunt. *Cengalach mac Fergusa* rex *Cul* [Rex regionis Cul] moritur.

Cengciges Airdmachae cenaigi, centuebail Scrine, 7 *cumuscann, i torchair mc Echdach mc Fiachnae. Fothad Fothnae mor.* [Pentecoste Ardmachæ absque conventione populorum, absque expositione Scrinii, et prælium ibi, in quo occisus est Echdach filius Fiachni. Fothad Monasterii Othnæ moritur.] (1)

An. Dccc xix. *Dalach mac Congussa* Princeps *Doimliacc* moritur. *Slogh la Murch. do Druimindech con oib Neill in tuasceirt. Concobur conoib Neill in disceirt andes* 7 *co Laignib.* [Exercitus cum Murchada usque ad Drimindech, cum O'Neillis septentrionalibus, Concobar cum O'Neillis australibus, et cum Lageniensibus,] donec Dominus eos separavit per suam potenciam. *Constantin mac Fergusa* rex *Fortren* [Pictorum Britanniæ] moritur. (2) *Maeltuile Ab. Benchair* quievit. *Feidlimid mac Cremtain* accepit regnum *Caissil.*

An. Dccc xx. *Crunmael mc Odrain Ab. Cluana Iraird* obiit. *Coinulf* rex Saxonum moritur. (3) *Orggan e tir o gentib, praed mor dimnaibh do brid*

---

(1) Hic est *Fothadius* Canonum Interpres Ardmachanus de quo supra p. 132. S. Gallensis Monachus *Hepidannus* in Chronico ad ann. 818 inquit—"*Sedulius Scotus clarus habetur.*"

(2) De Constantino vide not. ad ann. 788, 789, et p. 115, not. 2. De ejus Prædecessoribus vide annos 681, 692, 696, 712, 725, 727, 728, 733, 735, 740, 749, 760, 762, 767, 774, 777.

(3) *Chron. Saxon* ann. 819, p. 70. "Hoc anno *Cenwulfus* Merciorum Rex decessit, et *Ceolwulfus* capessit Regnum" sed verius *Cenwulfo* successit *Kenelmus*, cui eodem anno Ceolwulfus. *Gibson* ibid. not. 3.

ais [Devastatio Regni a gentilibus. Præda magna mulierum raptarum exinde.] *Ceannfaelad mac Rumain* Scriba, 7 Eps Ancorita, Ab. *Atho Truin* [Abbas Monasterii vadi Trimensis] dormivit. *Slogh la Concobur mac n Donncha co hardach sleibe Fuait.* [Exercitus cum Concobaro filio Donchadi usque ad *Ardach*, i. e. loca eminentiora montis Fuath.] Vastacio *na nairtir Conrice Emain machae.* [Vastatio Orientalium partium usque ad vicinitatem Eamaniæ.]

An. Dccc xx i. *Mac Riagoil*, nepos *Magleni*, Scriba, 7 Eps, *Ab. Biror* [Abbas Birræ] periit. (1) *Aigh an aicenta ru reseset innamuire, 7 innalocha, 7 inna aibni, conructha graige, 7 eti, 7 fedman iarmaib. Slogh la Murcha mc Maelduin co feraib ind fochli conrici Airdmbrecain. Elud iarom do feraib Breg cuice ·i· Diarmait mc Neill cosil Aedha Slaine conrugiallsat ec druim Fergusso do Murchad. Indred fer mbreg la Concob. mc n Donncha condessidh ecc gualait. Indred deiscerd Breg leis aiterrach in Kal. Nov. contorcair sluag dimor leis de feraib deiscert, 7 conrugiallsat hui cernaig arecin.* [Gelu mirabile gelavit mare et lacus, et flumina, ita ut conducerentur armenta equorum, et greges, et vectigalia ultra citraque. Exercitus cum Murchado filio Maelduni, simul cum viribus Fochliæ, usque ad Ardbraccan.— Deficiunt clam ad eum viri Bregiæ, i. e. Diarmait filius Neilli, cum gente Aedi Slanii, et tradiderunt obsides ei apud Drim Fergus. Præda incolarum Bregiæ, capta a Concobaro filio Donchadi, donec pervenit usque Gualad.— Vastatio australis Bregiæ ab eodem denuo in Kal. Nov. et deletus est ab eo numerus valde magnus virorum Australis Bregiæ, 7 obsides dare coacti sunt Hy Cernagii insuper.] Mors *Forbasaich* Ab. *Ach bo Cainnig. Cummuscach mac Tuatail* rex *Airde ciannachta* jug. est *la* [per] *Murchad.* Bellum *Tarbgi* inter *Connachta* invicem. Nepotes *Briuin* prostrati sunt, plurimi nobiles interfecti sunt, erga Duces *·i· Dunch. mac Moinaigh, 7 Gormgal mc Duncha.* Nepotes *Maine* victores erant, 7 *Diarmait mac Tomaltaig.* Strages virorum *Breibne erga* Regem suum *·i· Maelduin mac Ecthgaile, la cenel Feidilmito,* [facta a Clientela Felim.] *Roiniud for firu Airdeciannachta re* [Prælium atrox contra Ardciannachtenses gestum a] *Cumuscach mc*

(1) Vide quæ de hoc *Mac Regol*, et de Codice IV Evangeliorum Rushworthiano, dicta sunt in Dissertatione Preliminari, ubi de *Codicibus Hibernicis*. Conveniunt Annales IV *Magistrorum*, MS. in Stowense ad ann. 820. De hoc Antiquo Scriptore silent Usserius, Waræus, Colganus et omnes.

Conghal, ubi ceciderunt *Eudus mac Tigernaig*, 7 alii multi. *Eucu* nepos *Tuatail*, Ancorita, 7 Eps. Ab. *Lugmaid* dormivit. *Roiniud re[illegible] Garbain* 7 *Cuircniu*, 7 *Fellu for Delbnai*. [Prælium atrox gestum a Garbaniis, et Cuircniis, 7 Falliis contra Delvinos.]

An. Dcc. xx. iii. *Dermait mc Donncha Ab. Roissech* obiit. *Dubdacrich mc Maeletoile Ab. Cille Ach* dormivit. *Sechnusach locha Cendin* [Sechnusach Abbas Monasterii lacus Cendin] Eps. 7 Ancorita pausavit. *Conaing mac Congail* rex *Tethbae* mor. Lex Patricii *for Mumain la Feidhlimthe mc Crimtain*, 7 *la h Airtrigh mac Concobair*. [Lex Patricii stabilita in Momonia per *Felim mac Crimthan* Regem Momoniæ, et per *O'Artrig mac Concobar* Epm Ardmachanum.] *Ronan Ab. Cl. mc nois* reliquit Principatum suum. *Atri do denum do Murch. mc Maeleduin la Niall mc Aedo*, 7 *la Cenel h Eugain*. [Deponitur a regali potestate Murchad filius Maeleduin per Niall filium Aidi, 7 per Clientelam Eogan.] Gentiles invaserunt *Bennchor mor*. *Galinne na mbretann* [Galvia Britannorum] (1) exhausta est cum tota habitatione sua, 7 cum Oratorio, *o Feidlimidh* [per Felim.] *Tene dinni frosa f. oruth nabbadh in Ardmachae conidroloiscc*. [Ignis cælestis pluit supra habitationem Abbatis in Ardmacha, ita ut combustione periret.]

An. Dcc. xx. iiii. *Niall mac Fergusa* dux nepotum *Forinnain* mor. *Orggain Bennchair acairtu o gentib*, 7 *coscradh a Dertagi*, 7 reliquie *Comgaill do crothadh asascrin*. [Devastatio Benchorii in Ardeorum regione a gentilibus, et direptio Nosocomiorum ipsius, et Reliquiæ *Comgalli* excussæ ex Scrinio suo.] (2) Bellum inter viros *Tethbae* invicem, *i.* Bellum *Finnubhrae*, in quo ceciderunt *Aed mac Foghertaigh*, 7 alii multi. *Roscomain* exusta est magna ex parte. Bel. inter *Connachta* invicem in quo ceciderunt plurimi. Bel. inter *Duncha*, 7 *Cumuscach*, duos Reges *Ciannachtae*, in quo multi inter-

---

(1) Hæc est antiquissima nominis *Gallovigiæ* notitia quæ extat. Errat Pinkertonus dicens ignotum fuisse nomen *Gallovigiæ* usque ad sæculum XI. Scotl. vol. 1. p. 336.—Felim Rex Momoniæ is est, de quo *Higden* in Polychronico inquit "Ab adventu S. Patricii ad *Fedlimidii* Regis tempora xxx Reges per cccc annos in Hibernia regnaverunt. Tempore autem Fedlimidii, Norvegenses, Duce Turgesio, terram hanc occuparunt."

(2) Vox *Deartach* recurrit passim Annal. Ult. 761, 804, 823, 839, 880, &c. IV *Magistri* 800, 822, 1115, &c. *Glossaria* Hibernica confundunt *Deartach* et *Doimliag*, quas voces plane separant Annales Ultonienses ad ann. 839. "*Dertighibh* 7 *Doimliag*." *Deartach* proprie Nosocomium, seu Hospitium ad usum peregrinantium, *Doimliag* Ecclesiam principalem seu, Cathedralem significat.

fecti sunt. *Duncha* victor fuit. *Cumuscach* evasit. *Eoch. mac Bresail ri Dalaraide in tuaiscert* [Dalaradiorum septentrionalium] jug. est a sociis suis. *Spelan mac Sloghadhaigh* rex *Conaille Muirthemni* mor. *Eitgal Sceiligg* [Etgal Abbas Monasterii Insulæ *Sceiligg*] a gentilibus raptus est, 7 cito mortuus est fame 7 siti.

An. Dccc xx ix. *Cuana Lughmaid*, sapiens, 7 Eps. dormit. *Diarmaid nah Eaedha roin* [de familia Aedi Roin] Ancorita, 7 Religionis Doctor totius Hiberniæ obiit. 7 *Cumine Ab. Finnglaissi*, *Aedhan* Ab. *Tamlachtae*, *Flannabur* Princeps *Maigibile* mor. *Colman* filius *Ailello* Ab. *Slane*, 7 aliarum civitatum in Francia, 7 in Hibernia periit. *Fergal mac Cathrannaig* Rex *Looha Riach* [lacus Righ] moritur. *Maelbresail mac Aillello Cobo* Rex *Dalaraide* mor. Magna pestilencia, 7 magna fames panis. *Oengus mac Maleduin* rex *locha* [lacus] *Gabor* moritur.

Slat Duinletglaisi du gentib. Loscut Maigibile con a dertigib o Gentib. Roiniud in Maiginis ren Ultaib for Gentib in quo ceciderunt plurimi. *Roiniud for Osraigi ren gentib.* [Spoliatio Duni a Gentilibus.—Combustio Monasterii Magibile, cum Nosocomiis suis, a gentilibus. Prælium atrox in Maiginnis ab Ultoniensibus in Gentiles, in quo ceciderunt plurimi, Prælium atrox contra Ossorienses a Gentilibus.]

Flan mac Ferceall Ab. Lismoir in pace dor. Lex Patricii *for teora ta Arthrigh mc Concobh. Orggain insi daimle o Gentib.* [Lex Patricii in tribus Regionibus Connaciæ stabilita ab Artrigio filio Concobari. Vastatio Monasterii Insule *Daimle* a Gentilibus.] *Falloinon mac Fogartaich* jug. est a fratre suo, qui nominatur *Ceallach. Martre Blaimhicc mc Flainn o gentib in Hi Col-cil.* [Martyrium Blathmachi filii Flanni a Gentilibus in Hyona.] (1)

An. Dccc xx x. *Diarmait mac Neill* rex *Deiscert Breg* [Australis Bregiæ] moritur. *Niall mc Diarmata* rex *Mide*, *Mac Loingsig* Ab. *Ardmachae* in pace obiit. *Art mac Diarmata* rex *Tethbae* per dolum jug. est. Clemens

(1) Eadem habent IV *Magistri* ad ann. 823. Hic est idem ille Blathmac, cujus vitam, scriptam a *Walafrido Strabone* synchrono, edidit *Mabillonius* in Actis, et de quo, quædam habet in Annalibus l. 26, n. 27. Errat autem in anno, Martyrium Blathmachi referens ad 793, uti et *Menardus* in Martyrol. Benedictino, ad 19 Jan. De Patria Blathmachi Walafridus inquit—"*Blaithmac* genuit quem dives *Hibernia* mundo." De Scrinio S. Columbæ "queis sancta Columbæ Ossa jacent." Postea inquit *Arcam auream* fuisse. Hæc sunt sacra scrinia quæ Diarmitius Abbas postea ex Hibernia transvexit Hyonam, ut infra ad ann. 828, et iterum revexit Hiberniam, ut infra ad ann. 830.

Eps. Ab. *Cluana Iraird* feliciter vitam finivit, *Adomnae mor for ernuile, i robudh plaige m. iellame dimumiea* [Timor magnus per totam Hiberniam i. e. indicium pestilentiæ, dictæ *Jellame di muniea* plaga Momoniæ.]
Maeleduin mac Gormgaile rex nepotum *Meith* in clericatu obiit. *Loscadh Beithre la Feidlimidh slogh muinaco.* [Incendium Bethrii a Felimii exercitu Momoniense.] *Guin* [Vulnus lethale] *Artrach mc Murgusa* regis *Tethbae.* Lex *Dari co Conachta* [Regula monastica *Darii*, vel Monasterii Derrensis, introducta in Connaciam] iterum. *Bathnell* Princeps, 7 Eps *Cluana ferta Brendain* moritur.
An. Dccc xx vi. *Ectgus* Princeps *Tamlachtae* dor. *Sarugh Eugain in Ardmacae, la Cumuscach mc Cathail, 7 la Artrig mc Concobair. Orggan Luscan do gentib, 7 a loscad, 7 innradh Ciannachta corici ochtar nugan, 7 orggan gall in dairthir olchena.* [Captivitas Eugani in Ardmacha per Cumuscach filium Cathalli, et Artrigium filium Concobari. Strages et direptio Monasterii Luscanensis a gentilibus, et conflagratio ejusdem, et vastatio Ciannachtæ usque ad superiorem Eogan, et clades alienigenarum Orientalium similiter.] Bellum *Leithi Cain, re* [per] *Niall mac Aeda, for* [contra] *Hu Cremtain, 7 for* [contra] *Muiredach mc Eachdach, rig n. ulat,* [regem Ulidiæ] in quo ceciderunt *Cumuscach, 7 Congallach,* duo filii *Cathail, 7* alii multi reges *dinaib Airgiallaib.* [de Argialliis.] *Coscrad oinaig Taillten for Galengaib la Concob. mc. n Donncha in q. cec. mlti. Coscrad oinaig Colmain la Muredhach for Laigniu desgabair in q. cec. mlti. Moenac m. Crunmael Secnap Ferros mor. Abnier* Ab. *Cille acidh* dor. *Coscrad Dunaid Laigin do Gentib, u. ceci. Conall mc Concongalt rex na Fortuaith, 7 al.* innumerabiles. *Righdal occ Birraibh it. Feidlimm 7 Concobhair.* [Strages nundiarum Taltinensium contra Galengos facta, a Concobaro filio Donchadi, in qua ceciderunt multi. Strages Nundinarum Colmanensium per Muredac, contra Lagenienses australis Gabarii, in qua ceciderunt multi. Moenac filius Crunmalii, Æditus incolarum Rossiæ moritur. Abner Abbas Killachadensis dormit. Vastatio munimentorum Lageniæ a Gentilibus, ubi ceciderunt Conal filius Concongalti rex Forthuathensis, et alii innumerabiles. Colloquium Regale pacificum apud Birr inter Felim Concobar.]
An. Dccc xx vii. *Huatha mac Diarmata ri* [rex] *Tethbae* interfectus est. *Robhartach mac Cathasaig* Princeps *Cluana moer Arddae, Murcui* Abbas *Drominasclainn,* 7 Clemens Abbas *Linneduchail* dormierunt. *Mucar mar di-*

muccaibh mora in arier narddeaciannachta o gallaib, 7 martre Teinnen ancorat. Guin Cinaeda m. Cumuscaig ri arddeaciannachtae o Gallaib. Cath roined re Lethlabhar mac Loingsig ri Dalaraidhe for Gennti. Cath roined 11 *for Genti, re Coirpre mc Cathail ri h. Ceinnsel. 7 remuinntir tighe Muinndu. Ar Dealbhna hi fello.* [Magna Aprorum strages a Gentilibus in finibus Ard Ciannachtæ, et Martyrium Tinnenii Anachoretæ. Vulnus lethale Kenethi, filii Cumuscagii, Regis Ardcianachtæ, ab Alienigenis. Prælium atrox gestum a Lethlabaro filio Longsigii rege Dalaradiæ contra Gentiles. Prælium atrox secundum contra Gentiles a Carbreo filio Cathalli rege Hy-Cinsealach, et a familia domus Mundubhii. Cædes Delviniorum iniqua.]

An. Dccc xx viii. *Muredhach mac Ruadhraeh ri Laigin* [rex Lageniæ,] *Aed mac Ceallach* Princeps *Cille daro, Maelcoborcon* Abbas *Cilleausaile, Cinaedh mac Mughroin* rex nepotum *Failghi, Cormac mac Muirguso* princeps *Sentruib, Cerball mac Finsnechta ri Delbhna* [Rex Delvinensis,] *Maelumai mac Cethernaigh* equonimus *Finnabrach, Drucan mac Taidg* rex nepotum *Meit,* os. m. sunt. Jugulatio *Conaing mc Ceallaich o Each mc Cernaig* per dolum. *Diarmait Ab. Jae do dul in Albain cominnaib Col. Cil. Reined for Chonnachta re feraib Mide* [Diarmitius Abbas Hiiensis ivit Albaniam cum reliquiis S. Columbæ. Prælium atrox in Connachtenses a viris Midiæ] in quo ceciderunt multi.

An. Dccc xx ix. *Oengus mac Donncha* rex *Tclach mide* moritur. *Cormac mc Suibne* Ab. *Cluana Iraird,* Scriba, 7 Eps, in pace quievit. *Cellach mac Concathraighe* Princeps *Achidh Crimthain* moritur. *Loscadh Foire la Feidlimidh.* [Combustio Forei a Felim.] *Follaman mac Donnchada* jugulatus est a *Muimnensibus. Cuimbea huae mbriuin in deiscert la Feidhlimid.* [Conventio O'Bruiniorum Australium cum Rege Felim.] *Josep u Echtain* Ab. *Roiss-Comain* quievit. *Finechta mac Bodhbcodha* rex generationis filiorum *Ercae, Suibne mac Forannan* Abbas duarum mensium in *Ardmachae* obiit.

An. Dccc xxx. *Diarmait totiachtain in her comminaib Col. cil.* [Diarmitius venit in Hiberniam cum Reliquiis S. Columbæ.] (1) *Murenn* Abbatissa *Cille-daro* dormit. *Airmedach* Princeps *Maighibile* dimersus est. *Cernach mac Duncon,* Scriba, 7 Sapiens, 7 Sacerdos Ardmacae pausavit. *Oenac Tailten do cumsc oc Foradhaib im scrin mc Cuilinn, 7 imminna Patraicc, condid*

(1) Vide not. ad ann. 824, p. 205, et confer ann. 828, cum anno 830.

aptha ilidhe Innredh Conaille do genntib con airgabadh Maelbrighti airi, 7 Cannan an a brathair, 7 con rugta illonga. Cath domadhmain in aighenchaib re Genntib for muinntir n Airdmachae, conargabtha sochaidhe mora dub. Mors *Duncha* fli *C. aing r. Ciannachtae. Sarugh Eugain* Ab. *Mainisdreach Airdmacae hi foigaillnaigg la Concob. mac n Donncha con airgabhta a muinntir, 7 conructha agraigi. Feidlimidh mac Cremhtain co sluagh Mugain 7 Laigin do thuidhecht i fiannubar do innruidh fer mbreg. Innred Liphi la Concobair.* [Nundinæ Taltinenses perturbatæ a custodibus Scrinii *Mac Cuilini*, et Reliquiarum S. Patricii, unde interfecti sunt plurimi. Vastatio Conalliæ a gentilibus, qui captivum fecerunt Maelbrigdam regem, et Cannannam fratrem ejus, quos secum duxerunt ad naves. Prælium victoriosum maritimum gestum a Gentilibus contra Ardmacanos, in quo captivi facti sunt plurimi eorum.(1) Mors Dunchadi filii Conangii Regis Ciannachtæ. Violatio immunitatis seu Asyli Eugani Abbatis Ardmachani, incursione nocturna, a Concobaro filio Donchadi, et abstulit armenta ejus. Felim filius Crimthani, cum exercitu Momoniæ et Lageniæ, venit usque Finnabar, ad deprædandam Bregiam. Prædatio regionis Liphii per Concobarum.]

An. Dctt xxx i. *Cetna orggain Ardmachae o Genntib fo tri in oenmhis. Orggain Mucshnamha, 7 Lughmaidh, 7 oa Meith, 7 Droma in ublae, 7 a lain aile ceall. Orggain Daimliacc, 7 fine Ciannachtae, con a chellaibh huilibh, o gentib. Ergabail Ailella mc Colgen o Genntib. Tuathal mac Feradhaich do breith do Genntib, 7 Scrin Adomnain o domnach Maghan. Orggain Rathu Luraig, 7 Connire o Genntib. Cinaed mec Echdach ri Dalaraide in tuaiscert* jug. e. p. dol. [Prima Vastatio Ardmachæ a Gentilibus, idque ter in una mense. Vastatio Mucshauæ, et Louthiæ, et Methiorum, et *Drominublæ* seu Collis Pomariorum, et plurimarum Ecclesiarum Vastatio Ecclesiæ Daimliacensis, *Duleek*, et tribuum Ciannachtæ cum omnibus Ecclesiis suis a Gentilibus, et Scrinium Adomnani e Domnach-Madhan raptum ab iisdem. Vastatio *Rathæ*, i. e. Collis Sancti Arte facti, Luragli, *Rath-lurg*, et Conderiæ, *Connor* a Gentilibus. Kenethus filius Echdachi Rex Dalaradiæ septentrionalis jugulatus est per dolum] a sociis suis *Cinaed mac Airtre* Rex *Cualan*

(1) Vide quæ de Hibernorum Navigiis dicta sunt supra pag. 140. *Mabillonius*, ex *Jona* coævo, inquit, navim in quam Columbanus jussus est a Rege Theodorico conscendere, ut in Hiberniam rediret, non fuisse Gallicum, sed *Scoticum*, i. e. Hibernicum. *Annal. Bened.* t. 1, p. 293.

7 Diarmait mac Ruadrach rex *Airtir Liphi, 7 Concobur mac Donncha ri er* [rex Hiberniæ] mortui sunt.

An. Dccc xxx ii. *Artri mac Concobhair Ab. Arddmacae, 7 Concobhar mac Donncha* rex *Temro,* uno mense mortui sunt. *Ruaidhri mac Maelfothartaich le 7 ri h. Cremthain* [Rex dimidii Regionis Crimthaniæ] moritur. *Niall Cailli* regnare incipit. *Roinniudh re Niall, 7 re Murchad, for Galls, in Dairecalgaid. Orggain Cluain dolcan o Genntib. Cath roinniud for muinntir Cille daro in a cill, re Cellach mac Brain,* u. jug. st. mlti. i. feria Joh. i. aut. no. Jug. *muinntir Cl. m. nois, 7 loscadh a Termuin conricc dorus a cille, la Fedlimidh rig Caisil; fon oencomai muinntir Dermaighi co dorus a cille.* [Prælium atrox gestum a Niallo et Murchado contra Alienigenas, in Darria interpretationum, (hodie *Derry,*) Devastatio Cloondolcanii a gentilibus.—Prælium atrox contra Kildarenses, intra Ecclesiæ terminos gestum a Celestio filio Branii, ubi jugulati sunt multi, in feria Johannis in autumno. Jugulatio familiæ Cluanæ mac nois, et combustio terræ immunis Monasterii, usque ad portam Ecclesiæ, per Felim Regem Cassiliæ; eodem modo familia Dearmaghensis devastata usque ad portam Ecclesiæ.] Mors *Diarmata* filii *Tomaltaig* Regis *Connacht.* Mors *Cobthaidh mc Maeleduin* Regis *Jarmumhain.* [Regis Occidentalis Momoniæ, hodie *Ormond.*] *Loscadh Liss-moer Mochutu, 7 ar Desmumhain. Loscadh Droma in asclainn o Genntib. Orggain Locha Bricern for Conghalach mac n Echdach 7 amarbh oc longaib iarom.* [Combustio Lissmoriæ civitatis S. Mochutæ, et Vastatio Australis Momoniæ, hodie *Desmond,* Combustio Drominascliniæ a Gentilibus. Vastatio regionum Lacus *Bricerna,* contra Conghalach filium Echdach, qui occisus est postea, ductus captivus ad classem.] *Rechtabrad* Abbas *Cilleachaidh* obiit. *Tipraiti mac Ruamlusa* Princeps *Domhnaig Sechnaill* [hodie Dunseaghlin] moritur.

An. Dccc xxx iii. *Oengus mac Fergusa* rex *Fortrenn* [Rex Pictorum Albaniæ] moritur. (1) *Eugan Mainstrech* Ab. *Ardmachae, 7 Cluan Irairdo, 7 Affraic*

(1) Vide quæ de alio Rege Pictorum *Oengusio* dicta sunt supra in nota ad ann. 760.—De hujus *Oengusii* Prædecessoribus vide annos 681, 692, 760, 777, 779, 788, 789, 807, 819. Falso scribit Fordonus Æthelstanum, Æthelwulphi filium, ab hoc *Oengusio* occisum fuisse. Narrat enim Malmesburiensis ad ann. 837, Æthelwulphum, Egberti filium, ab eo anno regnasse *annis* 20, *mensibus* 5, et incertum esse quo fine filius, et successor ejus, Æthelstanus obierit.—Et quidem Aethel-

Abbatissa *Cille daro* dormierunt. *Ceallach mac Brain ri Laigin* [Rex Lageniæ,] 7 *Cinaed mac Conaing*, Rex *Tethbae* mortui sunt. *Suibne mac Artrach*, rex *Moghdhorne nuile*, [rex totius Mogdorniæ] interfectus est a fratribus suis. *Concobar mac in Aelello* occisus est a fratribus ss. *Congalach mac Oengusa* rex generis *Loeghaire* moritur. *Tuathchar* Epis, 7 Scriba *Cille daro* obiit. *Cath for Gennti ren Dunnchach mac Scannlain righ h. Fidgenn ti du itorcratar ili. Orggain Glinnedalocha o Genntib. Orggain Slane 7 Finnubrac habae o Genntib. Loscadh Cl. mc nois* ex mag. p. te. *Guin Broccain mc Cendercain innaidhniu* [Prælium contra Gentiles per Duncha filium Scannlani, regem Fidgentiorum, in quo occisi sunt plurimi. Vastatio Glindaloch a Gentilibus. Vastatio Slaniæ, et Abbatiæ Finnubrach a Gentilibus. Combustio Cluanæ mac nois ex majori parte. Vulnus lethale Broccani filii Cendercani in stomacho.]

An. Dccc xxx ix. *Slogh la Niall co Laigniu con ro digestar ri foraib ·i· Bran, mac Faelan. Cinaed mac Neill mc Aeda jug.* est *la hultu. Innred Mide la Niall con ro loscad con dici tech Maelchonoc. Cumuscach mac Oengusa Secnap Cl. mc nois* mor. *Orggain Fernann 7 Cluana moer Moedhoc o Genntib. Coemcludh Ab. in Ardmacae ·i· Forinnan o Raithinnmhalais innon Dermota.* [Exercitus ductus a Niallo ad Lagenienses, donec instituerunt in Regem

---

tanum Pictici Regni excidio supervixisse, patet ex *Asserio* de Vita Aluredi, ex *Chron. Saxon* ad ann. 831, ex *Fabio Ethelwerdo, et ex Flor. Wigorn.* eo enim anno, Danos Sandwici superavit. *Boethius*, ex ficto *Veremundo*, inquit Æthelstanum occubuisse postremis temporibus *Achaii Scotorum Regis*, quem *anno* 819, *et Hungi Principatus in Pictos* VI, obiisse asserit, hoc est annis 17, prius quam vel Athelstanus, vel pater ejus in locum Egberti successisset!—*Buchananus* vitium hoc effugere cupiens, in aliud incidit, Æthelstani obitum referens quidem at tempora *Achaii*, sed falso asserens fuisse "Regem Danorum, cui Northumbriam ab Aluredo concessam fuisse Angli declarant." *Buchan* l. 5, pag. 151. Prodigiosa sunt hæc, nativitas enim Aluredi anno 849, posterior est morte *Achaii* annis 30, et *Aethelstani* mors morte *Achaii* annis non minus 70, uti patet ex Asserio, et aliis prædictis ad ann. 878, 889, 891, collatis cum *Malmesburiense* de Gest. Reg. l. 2, c. 4. Ex his patet quam falso scribant Scoti, signum Crucis S. Andreæ in aere apparuisse, quo tempore *Hungus* Æthelstanum prælio superavit, et ad tantæ victoriæ memoriam conservandam, Crucem istam pro insigni, deinceps a Scotis usurpatam fuisse fabulantur. Hanc anilem ineptiam, ex Scotorum et Anglorum, de antiquitate contendentium, controversiis, originem habuisse, manifestum est ex "*Scotorum Apologia*" ad Bonifacium VIII, anno 1301, ex "*Baldreti Bissati Processu contra figmenta Regis Angliæ*," *ex Bonifacii* VIII, *Bulla anni* 1299, et ex *Dempsteri* Apparat. ad Hist. Scot. l. 2, 22. § 4.

super eos *Bran* filium Faelani. Kenethus filius Neilli, filii Aedi, jugulatus est ab Ultoniensibus. Vastatio Midiæ per Niallum, qui combussit usque ad domum Maelchonochi. Cumuscach, filius Oengusii, Æduus Cluanæ mac nois, moritur. Vastatio Fernæ, et Cluanæ more, civitatis S. Moedhochi, per Gentiles. Commutatio Abbatum in Ardmacha, i. e. Forinnan de Rathinmhalas in locum Diarmitii suffectus.] *Echaidh mac Congalt* rex nepotum *Tuirtri*, 7 *Cain Cormac* [Cormacus bonus] Princeps *Cille Dumacglinn*, 7 aliarum civitatum, moritur. *Murcertach mac Gormgaile* moritur. *Fergus mac Bodbhcada*, rex *Cairge Brachaidhe*, jugulatus est a *Muimnensibus*. Mors *Dunadaig*, *mc Scanlain* regis *H. Fidgenti*. *Loscadh* [Combustio] *Cluana mc Cunois*, pro tercia parte sui, II Nonas Martii. *Loscat Mungairit* 7 *alanaile ceall. irmumen o Genntib. Orggain Droma Huing o Gallaib.* [Combustio Monasterii Mungairit, hodie *Mountgarret*, et plurimarum Ecclesiarum Occidentalis Momoniæ per Gentiles. Devastatio Dromæ Huing ab alienigenis.]

An. Dccc xxx ix. *Suibhne mac* Joseph, *Ab. Glinne da locha*, *Soergus* nepos *Cuinneda*, *Ab Dermaighi*, *Forbusach* Eps, 7 Ancorita *Luscan*, omnes defuncti st. *Dunlang mac Cathusaigh* Princeps *Corcaige moire* [Abbas Corcagii magni, hodie Corke] moritur sine communione, in *Caisil* regum. *Gabail in Dairtige i Cill dara, for Forindan Ab n Aerdmachae, co samadh Patraic olchena, la Feidlimidh co cath, 7 in dnu 7 ro gabtha i cact conanchum aloit friu. Dermait do dul co Connachta* c. lege 7 vexillis Patricii. *Cealddara do orggain do Genntib o inbhir Deaae, 7 ro loscad a leit na cille.* [Violenta occupatio Nosocomii peregrinorum Kildariæ, contra Forindanium Abbatem Ardmachanum, cum congregatione Cleri Ardmachani similiter, per Felim, et Prælium inter eos gestum, et plurimi capti, ac vulnerati in prælio, ex utraque parte. Dermitius profectus est Connaciam cum lege et vexillis Patricii. Kildaria vastata a Gentilibus venientibus ex flumine Dea, (hodie the *Boine*,) et combusserunt dimidium Ecclesiæ.] *Coirpre mac Maelduin* rex *Locha Gabhor* jugulatus est *o* [per] *Maelcernai*, 7 *Maelcerna* jugulatus est *o* [per] *Coirpriu* in eadem hora, et mortui sunt ambo in una nocte. Prima preda

(2) " *Caoich obrath mac Scaoile* equonimus Kildarensis, *Bresal mac* Cormaic Princeps *Killmaglinn* et aliar." &c. *Codex Clarend.* 49.

gentilium *o deiscert Breg, i· o Thelcaibh Droman 7 o Dermaigh Briton,* [de Australi Bregia, i. e. de Telcaensibus Dromaniæ, et de Dearmagh Monasterio Britonum,] et captivos plures duxerunt, et mortificaverunt multos, et captivos plurimos abstulerunt. *Mes mor ettir cnoimes 7 daurmes 7 raiadh glasa conransat diruith. Cath Druing ettir Conachta* invicem *du itorchar Ceallach mac Forbasaig p. nn Roisscain 7 Adomnan mac Alddailedh,* [Abundantia magna nucum et glandium, et impedierunt aquarum cursum, ita ut stagnantes non fluerent. Prælium Druing inter Connachtenses invicem, in quo occisi sunt Celestius, filius Forbasagi, Princeps Roscanensis, et Adomnan filius Aldalæ,] et *Conmhach mor* victor fuit. Vastatio crudelissima a Gentilibus, omnium finium Connachtorum. *Ar catha for sin dess Tuaiscert o Genntib.* [Strages prælii cruenti contra Austro-septentrionales facta per Gentiles.]

An. Dccc xxx vi. *B. Flaitroa* Ab. *Monistrech Buti* [Abbas Monasterii Butensis] Eps, et Ancorita, *Martan* Eps *Cluana cain* quieverunt. *Maelduin mac Sechnusaigh, ri Fercal* [Rex Fercalliæ,] *Tuatal mac Fianghalaigh ri cenuil Ardgail* [Rex Clientelæ Ardgali.] *Riacan mac Finsnechti, lethri Laigin* [Rex dimidii Lageniæ,] omnes mortui sunt. *Longas* 11 *trefichet long for abhain Liphi, 7 roslatsat iarom in dilongaissin Magh Liphi, 7 Magh m Breg, ettir Cellu 7 Dune, 7 Trebha. Roiniud re feraib Breg for Gallaibh ecdecinniu i Mugdhornaibh Breg conidtorcradar se ficit dib. Bell re Genntib oc inbuir nabare for hu Neill o Sinainn comuir du irroladh ar nadrairimedh primi reges evasert. Loscad Innsi Caeltrae o Genntib. Cealla locha eirne nuile, in Cluaen ecais, 7 Daiminis do dilgiunn o Genntib. Innred Ceinuil Coirpri cruim la Feidlimidh, Roiniud for Muimhnechu re Catal mac Murgusso. Marbad Saxoilbh toisigh na n gall la Cianachta.* [Classes duæ, sexaginta navium, supra amnem Liffi, et vastaverunt duæ istæ classes planitiem Liffiæ, et planitiem Bregiæ, et Ecclesias, et Arces editas, et terras aratas. Victoria parta per Bregienses de Alienigenis apud Decinnios, in regione Mugdorniorum Bregiæ, ubi occisi sunt 120 eorum. Prælium gestum per Gentiles apud flumen Bare contra O'Neillos, a flumine Sinano usque ad mare, ubi occisi sunt duces secundi Ordinis plurimi, sed primi Reges evaserunt. Combustio Insulæ Celtræ per Gentiles. Ecclesiæ totius Lacus Erne Monasterium Cluan-Ecas, et Daiminis Monasterium vastata a Gentilibus

Secnap Luscan [Ædituus Luscanensis] mortui sunt. *Cumuscach mac Congalaigh*, rex *Ciannachti* moritur. *Muredhach mac Echdach* rex *coicidh Concubair* [rex regionis Concobari] jugulatus est a suis fratribus *·i· Aed* et *Oengus* Vastatio regionis Clientelæ Carbrei curvi per Felim. Victoria de Momoniensibus parta a Cathallo filio Murgisii. Occisio Saxolbii, *Saxolf*, ducis Alienigenarum, per Ciannachtenses.]

An. Dccc xxx viii. *Cormac* Episcopus, et Scriba *Cillefobric*, *Bran Finnglaissi* Episcopus, et Scriba, *Tigernach mac Aedha* Abbas *Finndubrach* Abea, et aliar. civitat. dormierunt. *Domhnall mac Aedha* Princeps *Droma Urchaille* moritur. *Ceallach mac Coscraich* Princeps *in Dairicuil dosenciarocc*, [Princeps Darcuilensis, morbo ulceris inveterati,] *Ceallach mac Coirpre* Princeps *Atho Truim* [Trimensis] mortui sunt. *Congalach mac Moenaig*, rex nepotum filiorum *Cuais Breg* subita morte vitam finivit. *Maelcron* rex *Locha Lein* [hodie Killarney] *·i· mac Cobthaigh* moritur. *Righdhal mor i Cluain Conaire.* [Colloquium Regale magnum apud *Cluan Conar.*] *Tommain ettir Feidlimid 7 Niall.* [Pugna fugax inter Felim et Niall.] *Docutu* Sanctus Eps, et Ancorita *Slane*, vitam senilem feliciter finivit. *Ferrdalach* equonimus Arddmacae obiit. Bellum *re Gentibb for Conachta*, [gestum a Gentilibus contra Connachtenses,] in quo cecidit *Maelduin* filius *Murgisso*, et alii multi. *Bran mac Faelain* rex *Laigin* moritur.

An. Dccc xxx viii. *Maelgainridh* Scriba optimus, et Ancorita, Abbas *Benncair* pausavit. *Colman mac Robartaigh* Abbas *Slane*, *Aedhan* Abbas *Rocrae*, *Cormac mac Conaill* Princeps *Treoit*, *Maelruanid mac Cathusaigh*, et aliis multis. *Cenneitig mac Congalaigh* rex nepotum filiorum *Cuais Breg* a suo fratre *·i· Ceile* dolose jugulatus est. *Crunmael mac Fiannamail* equonimus *Dermaighi* jugulatus est *o* [per] *Maelsechnaill mac Maelruanaid. Fecht di Gallaib for Loch Echach conrortadar Tuatha 7 Cealla tuaiscert er ass. Coemclod Ab. in Airdomachae ·i· Dermait h. Tigernaic in don Forinnain. Bel. re Genntib for firu Fortren*, [Classes Alienigenarum supra lacum Each, unde vastaverunt temporalia et Ecclesiastica septentrionalis Hiberniæ. (1)

(1) De hac Danorum vastatione anni 840, agit Giraldus in Topographia Hib. Dist. 3, c. 36, 37, et 42.—" De gente igitur ista, nempe Hibernica ab adventu Patricii usque ad Fedlimidii Regis [Momoniæ] tempora, 33 Reges per 400 annos regnaverunt. Quorum diebus fides Christiana hic

Commutatio Abbatum in Ardmacha, *i.* Diarmitius filius Tigernachi in locum Forinnani. Prælium a Gentilibus gestum contra Pictos Albaniæ,] in quo *Euganan* mac *Oengusa*, 7 *Bran mac Oengusa*, 7 *Aed mac Boanta*, et alii innumerabiles ceciderunt. *Loscadh Fernann 7 Corcaidhe o Genntib.* [Combustio Fernæ, et Corcagii per Gentiles.]

An. Dccc xxx ix. *Orggain Lughnimh di Loch Echdach o Genntibh* [Devastatio Lugniæ regionis Lacus Each per gentiles,] qui et Episcopos, et Presbiteros, et sapientes captivos duxerunt, et alios mortificaverunt. *Floriacus* Imperator Francorum moritur. (1) *Loscadh Airddmachae con a Derthighib 7 a Doimliag. Feidlimid ri Mumhain do innriudh Midhe 7 Breg coniddeisig i Temhraigh 7* in illa vice *innredh cell 7 beithri la Niall mac Aedha.* [Combustio Ardmachæ cum Nosocomiis, et Ecclesiis lapideis suis. Felim rex Momoniæ vastavit Midiam, et Bregiam, donec consedit in Temoria, et ista vice vastatio Ecclesiarum, et Armentorum, per Niallum filium Aedhi]. Mors *Murchadha mc Aedha Connacht. Guin* [vulnus lethale] *Cinaedha mc Coscraidh* regis *Bregmaine, i Tethbai* [in Teffia.] Joseph *Roissmoer*, Eps, et Scriba optimus, et Ancorita, Abbas *Cluana Avis*, et aliarum civitatum, dormivit.—"*An sa bl. so tios tangadar Lochlanaid an. erin ar tus do reir in tsencusa.*" "[hoc anno prædicto venerunt *Lochlani* (i. e. Dani) in Hiberniam, prima "vice, secundum Chronicon.]" (2)

---

illibata permansit. In hujus vero Fedlimidii Regis tempore, Norwegienses, in magna classe, Hibernica litora, anno 838 appulerunt, qui et manu forti terram occupantes, et gentili furore debacchantes, Ecclesias fere omnes destruxerunt."—In Francofurtensi editione, Norwegienses cum Turgesio in Hiberniam appulisse dicuntur *anno* 838, sed in MSS. Codicibus apud Usser. Primord. p. 860, desunt verba ista, et *triginta* annos Tyrannidis Norwegorum, ab anteriori deducendos esse, patet ex Northmannorum Chronicis editis ab *Andrea du Chesne* t. 2, p. 525. Cum enim narrassent *Scotos a Northmannis*, i. e. Hibernos a Norwegiensibus, *per annos plurimos tributarios effectos* fuisse, postea ad ann. 848 inquiunt "Scoti super Northmannos irruentes, auxilio Dei victores, eos a suis "finibus propellunt. Unde Rex Scotorum ad Karolum [calvum,] pacis, et amicitiæ gratia, Legatos "cum muneribus mittit, viam sibi petendi Romam concedi deposcens."

(1) "Lege *Ludovicus Pius*," obiit enim hic Francorum Rex anno 840, 12 Kal. Julii. Ejus exitum dira Solis defectio portendit, pridie Ascensionis Dni, qui fuit pridie Nonas Maii, hora diei nona. *Annal. Francor.* Paral. 2, l. 4, c. 16, apud *Petav.* Rat. Temp. l. 8, p. 320.

(2) Hæc habentur in Codicis margine, Vide quæ de Danorum primo appulsu dicta sunt ad annos 747, 794, 811. Hinc patet *Chronicon Magnum* extitisse, tempore quo horum Annalium collector floruit. De isto *Chronico*, vide *Annal. Ulton.* ann. 438.

An. Dccc xl. *Gennti for Loch Eachach beos. Cumsumdud for Maelruanaid mac n Donncha la Diarmait mac Concobair, 7 marbh Diarmata iarom la Maelsechnaill,* [Gentiles supra lacum Each iterum. Impetus contra Maelruanad filium Donnchadi per Diarmitium filium Concobari, et occisio Diarmitii postea per Maelsechnall,] in eadem die, et *Maelruain* in vita remansit. *Aed mac Donncha* jugulatus est dolose a sociis. *Conaing mac Flainn* in conspectu ejus. *Longport oc Linnduachaill asa rorta tuatha 7 cella Tethbae. Longport oc Duiblin as rorta Loigin, 7 oi Neill, ettir Tuatha 7 cella Tethbae conrice Sliabh Bledhma. Slogh la Feidlimid con rigi Carmain. Slogadh la Niall arachenn con rice Mag nochtair.* [Castrametatio Alienigenarum apud Linnduachal, unde vastaverunt temporalia et Ecclesiastica regionis Teffiæ. Castrametatio apud Dublin unde vastaverunt Lageniam, et regionem O'Neillorum, temporalia, et Ecclesiastica, usque ad montem Bladhma. Exercitus ductus a Felim usque Carman i. e. Wexfordiam. Exercitus ductus a Niallo in obviam eis usque ad planitiem Ochtar.]

An. Dccc xl i. *Muredach mac Cernaig* equonimus *Arddmachae* moritur. *Gennti for Duiblinn beos* [gentiles contra Dublin iterum.] *Finsnechta mac Bresail* Abbas *Cille Dumaiglinn. Cumsadh mac Ruamlusa* Abbas *Domhnaich Sechnaill* omnes mortui sunt. *Feidhlimid Cille moir enir* Episcopus quievit. *Maelduin mac Conaill ri Calatroma do ergabhail do Genntibh. Orggain Cluana mc nois o Genntib di Linnduachail. Orggain Biror 7 Saighre o Genntib di Duiblinn. Longus Nordma. or. oc Linnsailech la Ultu. Moran mac Murechtaigh Ab. Clochair mc n Daimeni du ergabhail du Gallaibh Linnea, 7 a ec leo iarom. Comman Ab. Linneduachail do guin, 7 loscadh o Genntib 7 Goidhelaib. Orggain Disirt Diarmata o Genntib di Coel uisce. Ceallach mac Cathgin Ab. Droma moer la kuechad dor.* [Maelduin filius Conalli, Rex Calatromhæ, captus a Gentilibus. Vastatio Cluanæ mac nois per Gentiles de Linnduachal. Vastatio Birorum, et Monasterii Saighriæ per Gentiles Dublinii. Classis Northmannorum apud Linnsailech Ultoniensium. Moran filius Murechtagi Abbas Clocharensis Civitatis filiorum Damenii, captus ab Alienigenis Linnæ, et occisus ab iis postea. Commanus Abbas Linnduachallensis lethaliter vulneratus, et Monasterium ejus combustum a Gentilibus et Alienigenis. Devastatio Disirti Diarmitani per Gentiles de Coeluisce. Celestius filius Cathginni Abbas

Dromorensis inter O'Eochadios dormivit.] *Dungal mac Fergaile ri Osraige* [Rex Ossoriæ] moritur.

An. Dccc xl ii. Mors *Maelruanaid mc Donnchada.* Mors *Cathail mc Concobhair. Artagan mac Domhnaill* jugulatus est dolose a *Ruargg mac Broin. Cinaed mac Conroi* rex generationis *Loigaire* jugulatus est *o Deilbhniu* [per Delvinios.] *Cumsudh mac Derero*, et *Moenaigh mac Sothchadaigh*, duo Episcopi, et Ancorite, in una nocte mortui sunt in *Disirt-Diarmata. Fergus mac Fothaig* rex *Connacht* moritur. *Donnachan mac Maeletuile* scriba, et Ancorita in Italia quievit. *Suibhne mac Foranain* Abbas *Imleocho Fio* moritur. *Colgu mac Fedhaigh* Ancorita pausavit.

An. Dccc xl iii. *Maelmitigh mac Cinaedha*, jug. est a Gentilibus. *Ronan* Abbas *Cluana-mc-nois* dormivit. *Briceni* Abbas *Lothri* obiit. *Loscadh Cluanferta Brenndain o genntib do Loch ri* [Combustio Monasterii Cluanæfertæ Brendani per Gentiles Lacus Righ.]

An. Dccc xl iv. *Forannan* Abbas *Ardmachae du ergabhail du Genntib i clocn Comarduin con a mindaibh 7 con a muindtir, 7 a breith do Longaibh Luinig. Orggain Duin masc o Genntib, du in ro marb Aed mac Duibdacrich Ab. Tire da glaiss, 7 Cluana Eidnigh, 7 du in ro marb Ceithernach mac Condinaisc Secnap Cille daro, 7 alaile ile Dunadh di Gallaibh for Loch Ri, con rortadar Connachta, 7 Mide, 7 con ro losscaiset Cluain mc nois, con a Derthaigibh, 7 Cluain ferta Brenndain, 7 Tirdaglaiss, 7 Lothra, 7 alaile Cathracha* [Forannan Abbas Ardmachanus captus a Gentilibus in Cloon-Comarda cum suis Reliquiis, et cum comitatu suo, et captivus ductus a classe Luinigense. Vastatio Duni Mase per Gentiles, ubi occisus est Aed filius Dubdacrichii Abbas Tiredaglassensis, et Cluana ednæ, et ubi occisus est Cethernach filius Condinaschii, Ædituus Kildarensis, et plurimi alii. Arces ædificati ab Alienigenis supra lacum Righ, unde vastaverunt Connaciam et Midiam, et combusserunt Cluan mac nois cum Nosocomiis suis, et Cluanfertam S. Brendani, et Tirdaglas, et Lothram, et plurimas alias Civitates.] *Fiachna mac Maelebresail* Abbas *Finndubrach Abea* moritur. *Gormgal mac Muiredhaich* Eps et Ancorita *Lainne Lere* quievit. *Catroinnuidh for Gennti re Niall mac Aedha i Maigh Itha. Orggain Donncha mc Fhollomain, 7 Flainn mc Maelruanaigh, la Maelsechnaill mac mc Maelruannaig. Turges du ergabail la Maelsechnaill, 7 bagud Turges i Loch uair iarom* [Victoria parta

de Gentilibus per Niallum filium Aedhi, in Campo Ith. Strages Donchadi filii Follomani, et Flanni filii Malruani, per Maelsechnall filium filii Malruani. Turgesius captus a Malsechnallo, et demersus in lacu *Uair* postea.] (1) *Labraid mac Ailello* Abbas *Slane* moritur. *Robartac mac Bresail* Abbas *Achabo Cainnig* moritur. *Robartac mac Flainn* Abbas *Donaigh moer* moritur.— *Dunad di Ghall Atha Cliath oc Cluanoibh an tobair.* [Munimenta Alienigenarum Dublinii apud *Cluan an tobar*, i. e. apud recessum fontis.]

An. Dccc xl v. *Cathal mac Ailello* rex nepotum *Maine*, *Ferrdomnach* sapiens, et Scriba optimus *Ardmachae*, *Conmhach mor mac Coscraig* rex nepotum *Briuin* dormierunt. *Orggain Baislicce do Genntib* [Devastatio Basliccæ per Gentiles.] *Niall mac Aedha* rex *Temhro* [Rex Temoriæ] mersione mortuus est. *Maelduin mac Conaill* rex *Calatroma* jugulatus est a Lageniensibus. *Niall mac Cinnfaeladh* Rex nepotum *Fidgennti* moritur. Bell. *for Connachta re Gallaib*, [Prælium contra Connachtenses gestum ab Alienigenis,] in quo *Rigan mac Ferguso*, et *Moghron mac Diarmota*, et *Aed mac Cathrannaigh*, et alii multi ceciderunt. *Roiniudh la Tigernach for Maelsechnall 7 for Ruacc*, [Victoria parta a Tigernacho de Maelsechnallo et de Ruacco,] in quo [conflictu] trucidati sunt multi. *Muredhach mac Flainn* Abbas *Monistrech Buiti* mortuus est. *Forinnan* Abbas *Airdmachae dutiachtain a tiribh Mumhain co minnaib Padraicc.* [Forannan Abbas Ardmachanus venit in regiones Momoniæ cum Reliquiis S. Patricii.] *Coirpre mac Colmain* Abbas *Atha Truim* [Abbas vadi Trimmensis] moritur. *Conaing mac Ferdomhnaig* Abbas *Domhnaig Patraicc* moritur.

An. Dccc xl vi. *Feidhlimidh ic Crimtain* Rex *Mumhain* optimus pausavit, Scriba, et Ancorita. *Maelsechnaill mac Maelruanaig* regnare incipit. *Togal innsi Locha muinnremhair la Maelsechnaill for fianlac mar di m. aib bais Luighne, 7 Galeng, robatar oc indruidh na tuath*, more gentilium. *Roiniudh*

(1) " *Turgesius*, urbe Ardmacana occupata, *Faranamum* Primatem, una cum omnibus Religiosis et studiosis inde expulsit anno 848." *Usser.* Primord. p. 1174. Errat autem Vir doctus; *triginta* enim anni Tyrannidis *Turgesianæ*, ab anno 815 desumendi sunt, ut patet ex anno hoc. Vide supra not. ad ann. 838, 839, neque confundendus est primus appulsus *Danorum*, cum primo appulsu *Turgesii*. Porro, fabulam olent quæ, de morte *Turgesii*, a 15 puellis interfecti, refert *Giraldus*, Topogr. Hib. Dist. 3, c. 4, 41, et apud *Waræum*, Antiq. p. 104, et *Keatingum* Hist. p. 428.

mar re Cerbhall mac Dungaile for agon, in q. cec. t da cet deac. [Devastatio Insulæ Lacus Muinrevar a Maelschnallo, contra multitudinem vulgi profani, regionum Luigniæ, et Galengiæ, qui vastabant, spoliantes Sæcularia, more gentilium. Victoria magna parta a Cerbhalio filio Dungalli, (Rege Ossoriæ) de prædonibus, in qua ceciderunt 1200.] *Maelgoan mac Echdach* Rex *Ceniuil Logaine* mortuus est. *Ceallach mac Maelpatraicc Secnap Ferroiss desabaind* [Celestius filius Maelpatricii, Ædituus Rossiæ ad ripam australem fluminis] moritur. *Connmach mac Cernaich lethri Ciaraidhe Connachta* [Rex dimidii regionis Ciaraad, in Connacia] mortuus est. *Art mac Muredhaigh ri iarthair Lifi* [Rex regionis occidentalis Liffi] mortuus est. *Cathal mac Coscraich ri Fothaird* jugulatus est a nepotibus *Neill.*

An. Dccc xl viii. Nix magna in Kal. Feb. *Finsnechta Luibnighi* Ancorita, et Rex *Connacht* antea, mortuus est. *Tuathcar mac Cobthaigh* rex *Luigne* mortuus est. *Cath re Maelsechnaill for gennti i foraig.* [Prælium gestum a Maelsechnallo contra Gentiles in mare] in quo ceciderunt *seacht cet* [700.] Bel. *ren Olcobur ri Mumhain, 7 re Lorgan mac Ceallach, co Laighniu ecc-sciath nechtain* i. q. cec. *Domrair, erell tanaise Righ Laithlinne, 7 da cet dec imbi. Roiniudh re Tigernach for Gennti in Dairin disirt dochonna* i. q. cec. *t da cet dec.* (1) *Roiniudh ren Euganacht Caisil for Gennti ecc dun Maeltuile* i. q. cec. *v cet. Coemclodh Ab. in Arddmachae i Diarmait in vicem Forinnain. Diarmait cille can dor.* [Prælium gestum ab Olcobaro Rege (et Episcopo) Momoniæ, et a Lorgano filio Celestii cum Lageniensibus apud Sciathnechtan, in quo cecidit Domrar, Heros Tanasticus, i.e. proximus

(1) IV *Magistri* ad ann. 846, æræ com. 848, inquiunt—" *Cath sraoinedh ria Maolsechlainn mac* " *Maolruanaig for Gall i foraigh, du in ro marb* vii. c. *lais diobh. Cath oile ria n Olcobar ri Mum-* " *hain, 7 ria Lorcan mac Ceall. ri Laighin, co Laighnibh, 7 Mumhain, iompa for Ghall acc sceith* " *nechtain, in ro marbh Tonirar erla Tanaisi Righ lock Lainne 7 da c. x uime. Raoinedh ria Tiger-* " *nan, Tigherna Locha Gobhair, for all muirachaibh, in Daire disirt da chonna, in ro marb da fhichit* " *decc dibh lais.*" [" Prælium victrix gestum a Maelsechnallo filio Maelruanagi, contra Alieni-" genas, in mari, in quo occisi sunt 700 eorum ab eo. Prælium aliud gestum ab Olcobaro rege " Momoniæ, et a Lorcano filio Celestii, Rege Lageniæ, cum Lageniensibus, et Momoniensibus, Victi " sunt Alienigenæ apud Scethnechtan, et occisus est Tonirar, Dux proximus ordine Regi Loch-" leniæ, et 1200 cum eo. Victoria parta per Tigernachum, Dominum Lacus Gabhari, de Prædoni-" bus maritimis Darinniæ Deserti Dochonnæ, in qua occisi sunt 240 eorum ab eo."] Eadem habent *Tigernach,* et *Innisfallenses.* Hic annus fuit Danis luctuosissimus, ut alibi patebit.

Regi Lathlinniæ, et 1200 cum eo. Victoria parta per Tigernachum de Gentilibus Darinniæ Deserti Dochonnæ, in qua ceciderunt 1200. Victoria parta per Eogonachtam Cassiliensem de Gentilibus, apud Arcem Maeltulii, in qua ceciderunt quingenti. Commutatio Abbatum in Ardmacha, i. e. Diarmitius in vicem Forinnani. (1) Diarmitius Kilcanensis dormivit.]

An. Dccc xl viii. *Conaing mac Flainn* rex *Bregh* moritur. *Coirpri mac Cinaedo* rex nepotum *Mael* moritur. *Finsnechta mac Diarmata* Abbas *Doimliacc, Maelfuataigh* Abbas *Airdbrecain, Oncu* Episcopus 7 Ancorita *Slane* obierunt. *Ailill mac Cumuscaigh* Rex *Locha Cal* moritur. *Flaitbertach mac Ceilecair* occisus est a fratribus ss. *Muir fecht* vii xx *long do muinntir Righ gall du tiacht ain du tabhairt greina for s na Gaillu robadar araciunn, con conmascsat herenn nuile iarom. Innrechtach* Ab. *Jae do tiachtain do cum nerenn comindaibh Col. cil.* [Classis 240 navium Regis Alienigenarum venit in adjutorium Alienigenarum qui ante appulerant, et vastaverunt totam Hiberniam postea. Inrechtach Abbas Hiiensis venit Hiberniam cum reliquiis S. Columbæ.] (2) *Robartach mac Colgen* Abbas *Slane* exulavit. *Flannacan mac Echdach*, rex *Dalaraide in tuaisceirt*, [Rex Dalaradiæ Septentrionalis] jugulatus est a Gentilibus, post conversionem suam ad clericos. *Airidan* Abbas *Bennchair* dormivit. *Forbais Maelsechnaill hi crupait.* [Victoria Maelsechnalli apud Crupat.]

An. Dccc xl ix. *Cetadhach* Abbas *Cluana mc nois*, 7 *Tuathal mac Feradaich* Abbas *Rechrainn*, 7 *Dermaighi*, 7 *Ferchar mac Muredhaigh* Princeps *Lainne Leire* defuncti sunt. *Oengus mac Suibhne* rex *Mughdorna* jugulatus est *o Garfidh* [a Garfidio] filio *Maelbrigde. Cinaed mac Conaing* rex *Cianachte du frith tuidecht Maelsechnaill anneurt Gall, conrimradh ouneill o Sinaind, cominetir cealla, 7 tuatha, 7 corort innsi Locha Gabur* dolose, *corbo comard frialar, 7 coroloscad leis Derthach Trcoit, 7 tri* xx *it dec di doinibh ann.* [Kinaeth filius Conangi, rex Cianachtæ Bregiæ, inopinato venit contra Maelsechnal, cum potestate magna Alienigenarum, et expulerunt O'Neillos a Sinano flumine ad maritima, spoliantes Ecclesiastica, et temporalia, et vastantes Insulas lacus Gabor dolose, usque ad ædificiorum fundamenta, et

(1) *Forinnanus* rexit Ecclesiam Ardmachanam ab anno 834 ad 848. *Usser.* Primord. p. 860.

(2) De prima vastatione Hiiense vide supra ann. 801. De secunda vide ann. 805, confer notas ad ann. 813, 824, 828, 830.

combusserunt etiam Pereginantium Nosocomium Treodii, (hodie Drogheda) et 260 viros qui fuerunt ibi. *Broen mac Ruadhrach* rex nepotum *Craumtain*, 7 duo Germani ejus, *i· Fogertach*, 7 *Bruatur*, jugulati a fratribus ss.]

An. Dccc I. *Colgu mac Ceallaich* princeps *Cille Tomae*, *Scannal mac Tibraiti* princeps *Domhnaig Sechnaill*, *Olcobar* Rex *Caisil* mortui sunt. *Cinaed mac Conaing* Rex *Ciannachtae* demersus est in lacu, crudeli morte, *o Maelsechnaill*, 7 *o Tigernaach di foesmaibh deg doine ner*, 7 *Conmarbbae Patraicc spianl. r. Tetacht Dubgennti du Athcliath conrallsat ar mor du Fingall*, 7 *conrallsat in Longport ettir doine* 7 *moine. Slat do Dubgenntibh oc Linnduachael* 7 *ar mor diib. Congalach* fls *Irgallaich* rex *Coille Follomhain* mor. *Righdal in Ardmachae ettir Maelsechnaill, comaitibh Leithi cuinn*, 7 *Matodhan, comai-thibh coicidh Conchobhair*, 7 *Dermait*, 7 *Fethgna, cosamhadh Patraicc*, 7 *Suairlech co cleirchib Midhe.* [Kenethus filius Conangi, Rex, Cianachtensis, dimersus est in lacu, crudeli morte, per Maelsechnall, et per Tigernachum, in vindictam Religiosorum hominum Hiberniæ, et præsertim Comhorbani i. e Vicarii Patricii. (1) Appulsus nigrorum gentilium apud Dublin, ubi magna strage affecerunt Fingallios, i. e. Gentiles albos, et mactaverunt populum, et Monachos civitatis. Deprædatio nigrorum gentilium apud Linnduachal, et strages magna eorum. Congalach filius Irgalachi Rex Sylve Follamaniæ moritur. Regia Conventio in Ardmacha, inter Maelsechnal, cum ducibus dimidii septentrionalis Hiberniæ, et Matodhan, cum ducibus Provinciarum Conchobari, et Diarmitii, (2) et Fethgnai, cum congregatione Patricii, et Suarlech, cum clericis Midiæ.] *Cairill mac Ruadhrach*, Rex *Locha Huaithne*, jugulatus est dolose ante portam oratorii *Tigernaigh*, *i Cluan avis*, *o Conaillibh Fernmaighi*, [apud Cluanavis, per Co-

(1) Confer Codicem Hibernicum "*Leabhar Irsi ua Maolchonaire.*"

(2) Extat usque hodie in Connacia, familia antiqua *O Matodhan*, hodie *O'Madden*, sed quod ab hoc *Matodhano* duxerit originem nec nego nec assero. *Tigernachus* ad ann. 1008, quo ipse floruit, inquit—"*Matodhan, Dominus de Sil n Amchada, per suum cognatum interemptus occubuit.*"—Alter *Matodhan*, rex *Ulidiæ*, memoratur infra ad annum 856, quo obiit. Floruerunt procul dubio plures Ultoniæ reges *Matodhani*. Tigernach ad ann. 947 inquit—"*Matodhanus Aedi filius Rex Ultoniæ ab ipsis Ultonicnsibus occisus est*," et ad ann. 1005.—"*Matodhanus Domhnalli filius, Rex Ultoniæ in oppido Dunensi occisus est.*" Familia *Dalfiathachorum*, e qua hi Reges oriundi erant, habitabant ad orientem Lacus *Eachach*.

nallios Fernmoyenses.] *Echu mac Cernaig*, Rex *Ferrois*, interfectus est a Gentilibus. *Tipraiti* nepos *Baithenaigh* Abbas *Lismoer*, dormivit.

An. Dccc l i. Duo heredes Patricii, *i Forinnan* Scriba, 7 Episcopus, 7 Ancorita, 7 *Dermait*, sapientissimus omnium Doctorum Europe, quieverunt. Vastacio *Arddmacae o Gallaib Linnae* die, *Samchasc. Lucht ocht fichet long di Findgenntib do rochtadar ducath fri Dubgenntib dosnamh aighnech* iii *laa, 7 tri aithchi, oc cathug do aib, act is ren Dubgennti rommeabhaidh confarggabsat aceile allonga leu*, [Vastatio Ardmachæ ab Alienigenis Linnæ, die Paschatis *Samhin.*(1) Classis navium 160, Gentilium albium, prælium gesserunt cum nigris Gentilibus de Snamhaignech; tribus diebus, et tribus noctibus dimicaverunt, sed profligati nigri, reliquerunt custodiam navium eis.] *Stain* fugitivus evasit, et *Eircne* decollatus jacuit. *Moengal* Abbas *Airdesratha*, 7 *Cenfael mac Ultain* sapiens *Boitheconais*, 7 *Lergal* princeps *Othnae* dormierunt. *Fogertach mac Maelbresail Rex na Nairgialla* moritur. *Cathal mac Dubaen*, Rex *Oanduach arcatrois*, [Rex Duachorum de Argatros] moritur. *Forbusach mac Maeleuidhir* Princeps *Cillemore cindeich* moritur. *Ar di Gallaibh oconaibinsib airtir Bregh, 7 ar aile ucraith Aldain la Cianachta.* [Clades Alienigenarum prope insulas orientalis Bregiæ, et alia clades apud Rath Aldan per Cianachtenses] in uno mense.

An. Dccc l ii. *Ailill mac Robartaigh* Princeps *Luscan*, 7 *Flann mac Rechtabrad* Abbas *Leithinnacain*, 7 *Ailgenan mac Donngaile* Rex *Caisil* defuncti sunt. *Amhlaip mac Rig Laithlinne do tuidhecht an er, conrogiallsat Gaill er do, 7 cis o Goidhel.* [Amlaf filius Regis *Laithlinniæ*, i. e. Norwegiæ, venit Hiberniam, donec obsides ei dederunt Alienigenæ Hiberniæ, et tributum Hiberni ipsi.] *Ectigern mac Guaire* rex *Laigin desgabair* [Rex Lageniæ ad austrum Gabhari] jugulatus est dolose *o Bruatar* filio *Aedho*, 7 *o Cerbhall* filio *Dungaile*, 7 *Bruatar* filius *Aedho* jugulatus est dolose a sociis ss. octavo die post jugulacionem Ectigerni. *Flathnia* Abbas *Biror* Episcopus obiit.— *Cernach mac Maelbresail* rex *Cobho* moritur. *Cathmal mac Tomaltaigh*

(1) "*Samchasc*" dies Paschæ, opponitur diei dictæ "*Minchasc*" parva Pascha, i. e. Dominica in Albis, itaque vox Ethnica *Samhin*, superaddita voci *Chasc*, solemnitatem majorem Populo Hibernico ab origine denotavit. Vide quæ de festo *Samhin* dicta sunt in *Dissertatione de Relig. Ethnicor Hiberniæ*, MS. in Stowense.

lethri ul [Cathmal filius Tomaltagi, Rex dimidii Ultoniæ] a Nordmannis interfectus est.

An. Dccc l iii. *Tuatal mac Maelbrighti* Rex nepotum *Dunlaingi* jugulatus est dolose a fratribus suis. *Maelsechnaill* Rex *Temhro do dul co firu Mumhain conrici in Deuin nan Dese 7 an gialla do thabhairt.* [Maelsechnall rex Temoriæ Momoniam usque ad Arces Desiorum, et dederunt ei obsides.] Heres Columbe cille sapiens optimus IV Id. Marcii apud Saxones Martirizatur. *Crech Domhnaich moir ettir Tigernach 7 Flann mac Conaing, acht is re Flann romhenim.* [Prælium Dnachmorense inter Tigernachum et Flann filium Conangi. Sed Flan victus est.]

An. Dccc l iv. *Cathan* Abbatissa *Cilledaro* moritur. *Snechta co forinnsfir* IX *Kal. Maii. Crech la h Aed mac Neill co hultu, confargab Connecan mac Colmain 7 Flaitbertach mac Neill 7 Sochaidhe cena.* [Nix usque ad cincturam viri, IX Kal. Maii. Exercitus ductus ab Aedo filio Neilli usque ad Ultonienses, donec captivos fecit Connecanum filium Colmanni, et Flahertacum filium Neilli, et plurimos similiter.] *Finsnechtai* fraude jugulatus est, *i mac Maelbrighti. Ruidgus mac Macniad* Abbas *Moinistreach Buiti* dimersus est. *Ailill* Abbas *Achaboo, Robartach* Abbas *Innsi Caindegha*, Scriba, 7 *Muredach ri* [Rex] *Airdeciannachtae* moriuntur.

An. Dccc l v. *Coisne mor 7 siccet contar suirsi primlocha 7 primaibhne er dothraightechaibh 7 marsclaighib* [Nix et gelu magnum, ita ut armenta et equites transirent lacus et amnes majores Hiberniæ] a IX Kal. Decemb. usq. ad VII Id. Jann. Tempestuosus annus, et asprissimus. *Maelsechnall mac Maelruanaigh i Caisil cotug giallu Mumhain. Cocadh mor ettir Gennti 7 Maelsechnaill con gall goidhel leis. Derthach Luscan do loscadh* a nordmannis. *Roiniudh mor ren Aed mac Neill for Gall gaeidhelu in glinn Fhoichle con ra ladh leis dimhor diib. Horm toesech nandub gennti* jugulatus est *la Ruadhraigh mac Merrminn rig mbrettan.* [Maelsechnall filius Maelruanagi in Casselia donec dederunt ei obsides Momoniæ. Bellum atrox inter Gentiles et Maelsechnallum, qui secum habuit adjutores Alienigenas Hiberniæ. Nosocomium Luscanense combustum a Nordmannis. Victoria magna parta per Aed mac Neill de Alienigenis Hibernis in valle Fochliæ, ubi stragem magnam fecit eorum. Horm dux Gentilium nigrorum jugulatus est per Rodericum filium Meroinnii regem Brittonum.] *Suibne* nepos *Roichlich*

Scriba, 7 Ancorita, Abbas *Lismoer*, *Cormac Lathraigh Briuin*, [Cormac rex dimidii Briuniorum] Scriba, et Episcopus, in pace dormierunt.] *Sodomna* Episcopus *Slane* martirizatur.

An. Dccc l vi. *Roiniud ren Imar, 7 ren Amlaiph, for Caittil find con Gallgaedhel hi tiribh Mumhain.* [Victoria parta per Imarum, et Amlafum, de Cathallo Albo, cum Hiberno-Danis, in regionibus Momoniæ] *Moengal* Abbas *Fobhair*, *7 Siadhal disirt Cearain* quieverunt. *Matudhan mac Muredaig* rex *Ulath* moritur. *Triar do loscadh i Taillte di tenidh dinim* [Tres combusti in Taltenia ab igne celesti.] Vent. maxim. *conrala fidhar, con comscar innsi locha. Ceallach dt.*—

"*Obai Senath Finn fotail—necae for soeraibh setaibh,*
"*Tres bliadhain niar brecaibh—ar trichuit ar cuic cetaibh.*"

[Ventus maximus, ita ut sterneret sylvas, et vastaret insulas Lacuum. Ceallach, seu Celestius poeta dixit.—"Ex quo fuit Conventio Finni alti et nobilis—Consilio conferens contra Orientales fortes, Tres anni, non falsa cano—supra quingentos et triginta fuere." (1)

An. Dccc l vii. *Cumsuth* Episcopus et Ancorita, Princeps *Cluanna Irairdd* in pace pausavit. *Cinaedh mac Alpin* Rex Pictorum, *Adulf* rex *Saxan* mortui sunt. (2) *Tipraiti ban* [Tipradius albus] Abbas *Tiredglais*. *Mael-*

---

(1) Quo ævo Poeta Ceallach floruerit incertum est, plurimi enim hujus nominis celebres apud Colganum memorantur; at notandum est, conventionem de qua hic agitur, habitam fuisse An. D. 323, et tempora *Finni mc Cumhail*, vulgo *Fingal*, ad unguem cum hac ratione convenire, ut in *Dissertatione Præliminari* demonstravi, unde sequitur falsa esse, quæ in ficti *Ossiani* fabulis, a Macphersono editis, de *Ossiani* ætate, et cum S. Patricio colloquiis, absurde circumferuntur.

(2) Alpinus filius Achaii, sive *Eochaig*, Dalriadæ Albanicæ Princeps, a Pictis occisus est anno 838. Successit filius Kenethus. De hoc Kenetho auctor vetustus qui Albaniæ descriptionem edidit anno 1176, inquit "*Kinnadius biennio antequam pervenit in Pictaviam, Dalriatæ regnum suscepit.*"—Usserius inquit, hunc scriptorem, *Dalriatæ* nomine, intellexisse partem Albaniæ, quam sibi ab antiquo Hiberni vindicaverunt, nempe *Knapdaliam*, *Loarnam*, *Ardgatheliam*, *Brun Albain*, sive *Braid Albain*, cum insulis vicinis, et *Pictaviæ* nomine, intellexisse cæteram Albaniam, tunc a Kinetho, et Hibernis subactam, Primord. p. 611, 612. Pictorum a Scotis debellationem, referunt Fordonus, et Boethius, ad annum 839, Polydorus Virgilius ad ann. 840, et liber *Paslatensis* apud *Usser.* Primord. p. 716.——Universo Kenethi regno anni tribuuntur XX, Monarchiæ vero, post debellatos Pictos, XVI. Imperium cum vita finiissse anno 854, tradunt *Fordon* et *Buchannan*; anno 855, *Boethius* et *Leslæus*; anno 856, *Caradocus Llancarvanensis*; at anno 858 *Annales nostri*; juxta quorum rationes, 12 Kenethi annus, quo cum Pictis prælio

sechnaill mac Maelruanaigh co feraib er do thuidhecht hi tire Mumhain con deisidh x *naithci oc neim 7 aninnredh co muir fadeis iar mad main for arriga occarnlughdach con farg badh ann leithri nandeise, Maelcron mac Muredhaigh. Tuc Maelsechnaill iarom giallu Mumhaim obelutgabrain coinsitarbnai iarnere, 7 o dun Cermnai co harainn nairthir* [Maelsechnall filius Maelruanaigh, cum viribus Hiberniæ, venit in regiones Momoniæ, et remansit decem noctes apud Neim, et vastavit usque ad mare, postquam superasset reges eorum apud Carnlughdach, et occidisset Regem dimidii Regionis Desiorum, Maelcron filium Muredhagi. Abstulit Maelsechnall postea obsides Momoniæ, a Belach Gavran usque ad Insulam Tarbna, ad occidentem Hiberniæ, et ab Arce Duncermna usque ad Aranniam superiorem.] Pluvialis autumnus et perniciosus frugibus.

An. Dccc l viii. *Suairlech* Abbas *Achabo, Ailill ban baine,* [Alillus albæ congregationis] Abbas *Birorum, Moelcobha Oa Faelan* Abbas *Cluano Uamha, Faelgus* Abbas *Crae,* in pace dormierunt. *Slog mor la h Amlaiph, 7 Imhair, 7 Cerbhaill, i Midhe. Righdhal Mathe Er ocraith Aedho mc Bricc im Maelsechnaill righ Temhro, 7 im Fethghna Comarba Patraicc, 7 im Suairlech Comarba Finnio ic denumh sidhu 7 cain Comraicc ferner, Conidh asindailsin durat Cerball ri Osraighi Oghreir Samtha Patraicc, 7 a Comarba, 7 conidh ann do chaidh Osraigi indilsi fri l 7 Cuinn, 7 adrogaidh Maelgualai ri Mumhana dilsi.* [Exercitus ingens ductus ab Amlafo, et Imaro, et Cerbalio in Midiam. Regia Conventio Magnatum Hiberniæ apud *Rath Aedhi,* (i. e. apud Munimentum Aedhi) filii Bricci, cum Maelsechnallo Rege Temoriæ, et cum Feth-

---

postremo decertatum est, incidit in annum 850. Jam vero hodiernæ Scotiæ Regum Epocham, Giraldus ex isto anno arcessit, et nomen *Scotiæ,* pro nomine Albaniæ, accessisse inquit " *a Scotis de Hibernia venientibus, et in ea regnantibus per spatium 315 annorum, usque ad Regnum Gulielmi Rufi fratris Malcolmi,*" quem anno 1165, fratri defuncto successisse, legimus in Ranulphi Polychronico, l. 1, c. 37.—Hinc, frater, et successor Kenethi, in nostris Annalibus appellatur *Domhnaldus Rex Pictorum,* ad ann. 862 quo obiit, non quod universam Pictorum gentem deleverit, sed quod *Scotico Imperio* eos compulerit obedire, ut habet Ranulphus ibid c. 43, et 58, et Chron. Britan. productum ad ann. 1347 apud Usser. Primord. p. 717.—Porro, De *Adulfo* Rege Saxonum, cujus obitum memorant hi Annales ad annum 857, quo Kenethum obiisse narrant, convenit *Asserius* in Annalibus ad ann. eundem, et *Malmesburiensis* inquit " Anno D. incarnationis 837, *Æthelwulphus, filius Egberti,* regnum sortitus, regnavit *viginti annis, et quinque mensibus.*" *Malmes.* De Gestis Reg. l. 2, c. 1.

Fethghna, Vicario S. Patricii, et cum Suairlecho, Vicario S. Finniani, ad stabiliendam pacem, et concordiam populi Hibernici, et in isto colloquio, Cerballus, Rex Ossoriæ, solvit plenarium tributum Congregationi S. Patricii, et suo Comhorbano, et in eodem colloquio, inivit fœdus Ossoria cum dimidio septentrionale Hiberniæ, et pepigit fœdus pariter Maelguala rex Momoniæ.] *Maelguala*, rex *Mumhain*, a Nordmannis occisus est. *Seconnan* filius *Conaing*, rex *Cairgi Brachaidhe*, moritur.

An. Dccc l ix. *Slogh Laighin 7 Mumhain 7 Connachta 7 Oa Neill in Deiscirt insi Fochla la Maelsechnaill rig Temra con deisid oc Maigh Dumhai iconfocus Airdmachae do ferbairt Aed mac Neill 7 Flann mac Conaing an Dunadh in aithchi con romarbsat doine for lar in Dunadh 7 romemhaid for Aed miarom con farcaib ili*, [Exercitus Lageniæ, Momoniæ, et Connaciæ, et O'Neillorum australium, ducti in regionem Fochlæ, per Maelsechnallum Regem Temoriæ, donec venerunt usque planitiem ludorum, in vicinitate Ardmachæ. Impetum fecerunt Aed filius Neilli, et Flann filius Conangi, in Dunum, nocte, et interfecerunt viros in medio Duni, et in fugam versus est Aed postea, et reliquit plurimos occisos,] stante exercitu Maelsechnalli in statu suo. *Aedh mac Duibdabairenn*, rex *ou Fidhgennti*, moritur. *Flannagan mac Colmain* moritur. *Niall mac Fallain*, qui passus est paralisi xxxiv annis, qui versatus est visionibus frequentibus, tam falsis, quam veris, in Xpo quievit.

An. Dccc lx. *Inuredh Mide do Aed mac Neill congallaib.* [Vastatio Midiæ per Aed, filium Neilli, cum Alienigenis.] *Gormlait ingin Donncha* [Gormlatia filia Donnchadi,] amenissima Regina Scotorum, post penitentiam obiit.

An. Dccc lx i. *Domhnall mac Ailpin*, rex Pictorum, mortuus est. (1) *Aedh*

(1) De Regum Hibernorum Albaniæ successionibus vide annos 672, 693, 718, 732, 735, 740, 777, 780, 789, 791, 857, et corrige quæ de *Cumminei* silentio habentur in nota ad ann. 693. Silet quidem, de *Aedani* posteris, opus ejus imperfecte editum a Colgano, non vero integre editum a *Mabillonio*. Sed hic error levis argumento non officit, cum verba ipsa Cumminei, ex Adamnano prolata, habeantur in nota ad ann. 732, unde constat errasse Pinkertonum, qui ex istis verbis hallucinatur "Conallum II nec fuisse Regem, nec Eochodii flavi filium," quod gratis et falso asseritur, vide not. ad ann. 693. Gravior error irrepsit in notam ad ann. 732, ubi dixi *Eochodium* III, Regem fuisse istius nominis *ultimum*, successit enim ei *Muredach mac Ainbkceallach*, anno 732, annis tribus; cui successit, anno 736, *Dungkal mac Scalbaigh*, annis 7; deinde, annis 4, vel 5, *Eochodius* IV, dictus *Angbhuidh*; cui successit, anno 748, filius ejus *Aodh Finn*, qui, ex Tigernacho, Flanno, et

mac Neill regnare incipit. *Aedh mac Neill co righa Gall in Midhe 7 la Flann mac Conaing do innruidh Mide.* [Aed filius Neilli, cum regibus Alienigenis in Midia, et cum Flanno filio Conangi, vastantes Midiam.] *Finan Cluane Cain* Episcopus, 7 Ancorita, *Muirgius* Ancorita *Arddmachae* dormierunt. *Maelsechnall mac Maelruanaigh, ri eire uile,* [rex totius Hiberniæ] II Kal. Decembris, tertia feria, anno Regni sui xvi, defunctus est—*Ruarcc mac Broen,* rex nepotum *Dunlainge,* jugulatus est. *Maelodhor O'Tindridh, sui legis Goideal,* [Maelodor O'Tindrid, optimus medicus Hibernorum,] moritur.

An. Dccc lx ii. *Aed mac Cumuscaigh, ri hi Niallan,* moritur. *Muredach mac Maeleduin Secnap Ardmachae 7 ri na nairtir,* [Ædituus Ardmachanus, et rex Arteriorum,] jugulatus est *o* [per] *Domhnall mac Aedo mac Neill. Murecan mac Diarmata,* rex *Naiss 7 artir Liphi,* [Rex Nassiæ, (hodie Naas) et orientalis Liffiæ] a Nordmannis interfectus est. *Uam Acaidhalddai 7 Cnodhbai 7 uam fheirt Boadan os dubad 7 uam mna angoban roscruidhist gaill q. annea n. p. fect. est i a fecht roslatsat tri rigge feroun Flainn mac Conaing 7 Amlaim 7 Imhar 7 Auisle. Lorcan mac Cathail leo occa ri Midhe.* [Cryptæ subterraneæ planitiei Alddani, et Cnovæ, et Crypta mirabilium Boadani, et Crypta uxoris Fabri ferrarii obscurior, ab Alienigenis deprædatæ, quod

---

Codice Cluanense apud Flaherteum, regnavit annis 30, et, juxta hos Annales, obiit anno 778. Successit Aedho *Fergus mac Eachach,* qui obiit anno 780. Obscura sunt quæ de Fergusii successoribus dicuntur ad annos 788, 791, 799, 806, non quod Scoti Albani a Pictis deleti fuerint, ut scribit Pinkertonus, [vide not. ad ann. 735, 740, 777,] sed quod, propriis labefactati discordiis, [vide annos 697, 699, 718, 732, 735, 806,] et Danorum incursione in Hiberniam, a subsidiis inde accipiendis impediti, [vide not. ad ann. 740, 777, 794, 797, 801, 811,] a Pictorum terminis, in Ardgatheliæ montana recedere coacti fuere, donec, Turgesio profligato, [vide ann. 844] *Kennethus mac Alpin* Pictos Scotorum Imperio subegit, et *Tuathalium mac Arthgusa,* Hibernum, Primum Pictis Episcopum præfecit, ut dixi supra ad ann. 789, p. 116. Kennethus hic filius fuit *Alpini,* filii *Eochodii,* filii *Aodhi Finn,* ut tradit ex *Flanno* Flaherteus. Successit ei *Domhnaldus* IV, qui pariter Rex *Pictorum* in his Annalibus appellatur, non quod non fuerit etiam Rex Scotorum Albaniæ, sed quia Picti, licet Scotorum Imperio subditi, majorem tamen Imperii portionem constituebant. Successit Domhnaldo, anno 861, *Constantin mac Cionadha,* annis 14, obiitque ut infra anno 875, cui successit frater *Aodh,* qui obiit anno 877. *Malmaria* Kennethi filia, Regina fuit Regis Hiberniæ *Aodhi Finnliath,* qui regnavit ab anno 863 ad 879, et genuit *Niallum Glundubh,* O'Neillorum satorem, et *Domhnaldum,* ex quo *Domhnaldus mac Lochlain,* et *Murchertach,* Reges Hiberniæ, descenderunt. Eadem, secundis nuptiis, Regi *Flanno* tradita, Domhnaldum peperit, et Ligacham, Congalli II Regis Hiberniæ genitricem, obiitque anno 913, Ligacha anno 923.

antea non perfectum est, i. e. trium Regum exercitus diripuerunt terras Flanni filii Conangi, nempe Amlaff, Imar, et Auisle. Lorcan, filius Cathalli, rex Midiæ, una cum eis.]

An. Dccc lx iii. *Lorcan mac Cathail ri Mide do dallad la Aed mac Neill righ Temhro. Concobuir mac Donncha lethri Midhe do muchadh inuisciu oc Cluain Iraird la Amlaiph ri Gall. Roiniud mor ren Aed mac Neill 7 re Flann mac Conaing for Andfid mac u Aedho con Ulltaib itir Conaille cerd. Muredac mac Neill Ab. Lhghmaidh 7 alan aile cellu* [Lorcan filius Cathalli, rex Midiæ, oculis orbatus per *Aed* filium Neilli, Regem Temoriæ. Concobar filius Donchadi, rex dimidii Midiæ, suffocatus in aqua, apud Cluan Irard, per Amlaf regem Alienigenarum. (1) Victoria magna parta per Aedum filium Neilli, et per Flannum filium Conangi, de Anfidio filio Aedhi, cum Ultoniensibus, in Tirconallia Cerd. Muredac filius Neilli, Abbas Louthensis, et plurimarum Ecclesiarum,] moritur. *Aedgen Britt*, [Aedgen maculatus] Episcopus *Cilledaro*, 7 Scriba, 7 Ancorita, 7 senex fere cxvi annorum, pausavit.

An. Dccc lx iv. Eclipsis Solis in Kal. Jan. 7 Eclipsis Lune in eodem mense. (2) *Ceallach mac Ailello*, Abbas *Cilledaro*, 7 Abbas *Ja*, dormivit in regione Pictorum. *Tigernac mac Focartai, ri Locha Gabhor, 7 lethri Breg*, [Rex Lacus Gabhariæ, et Rex dimidii Bregiæ] moritur. *Breatain du innarba as a tir do Saxanacaibh con ro gabh cacht for aibh in Maen comain.* [Brittones expulsi e patria per Saxones, qui captivos fecerunt plurimos eorum in Maen Coman.] *Tadgg mac Diarmata*, Rex nepotum *Cennselach*, interfectus est dolose a fratribus ss. 7 a plebe sua. *Connal* equonimus *Tamlachtae*, 7 *Tuathal mac Artguso*, primus Episcopus *Fortren*, [Pictaviæ,] 7 Abbas *Duin Caillenn*, [Dunkeldensis] dormierunt. (3)

An. Dccc lx v. *Amlaiph 7 Auisle do dul i Fortrenn, con gallaib er 7 Albain,*

---

(1) Hunc *Concobarum* Waræus perperam appellat "*Cornelium filium Dermitii.*" Antiq. p. 108, ad ann. 862.—Defuncto Rege *Maelsechnallo, filio Maelruanagi*, anno 861, Lorcanus, et Concobarus Midiam inter se diviserunt. Sed Rex *Aodh Finnliath*, qui Maelsechnallo successit, adscitis in auxilium Danis, utrumque profligavit.

(2) Hæ duæ Eclipses plane indicant annum 865, quo Eclipsis Solis incidit in diem 1 Jan. et Lunæ Eclipsis in diem 15. Vide *Art de Ver. les Dates*, t. 1, pag. 68, Paris 1783.

(3) De hoc *Tuathalio mac Arthgusa, primo Pictorum Episcopo*, Hiberni, debellatis Pictis, Episcopum Hibernensem, *Tuathalium*, eis præfecerunt. Vide notas ad ann. 789, et 861.

7 con rinnriset Cruitintuait nuile, 7 con tugsat an giallo. Colggu 7 Aed da Ab. Monistrech Buiti i. u. an. m. st. Cernachan mac Cumuscaigh Rex *Ratho Airthir* jugul. est dolose *o Morocain mac Aedocain. Aed mac Neill roslat Longportu Gall ettir Cenel n Eugain ·i· airir in Focla 7 Dalnaire, con tug a cennlai 7 aneti 7 a crodha a Longport ercat. Ronnud foraib oc loch Febail as a tuchta da* xx *dec cenn. loch Leibinn do sudh i fuil contarla apartuc croo amh. scamhann in naimbechtar.* [Amlaf, et Ausle, ierunt Pictaviam, cum Alienigenis Hiberniæ et Albaniæ, et vastaverunt Pictos omnes, et abstulerunt obsides eorum. Colga, et Aed, duo Abbates Monasterii Butensis, in uno anno mortui sunt. Cernachan filius Cumuscagii, rex Arcis Orientialis, (Rathairthir) jugulatus est dolose per Morocan filium Aedocani. Aed filius Neilli diripuit Castra Alienigenarum inter Tironiam, i. e. Focliam, et Dalnaradiam, et abstulit eorum prædas, et armenta, et boves, et evertit munimenta. Victoria parta de eis, apud lacum Feabhal, (hodie Loch Foyle) unde Rex Aed reportavit capita inimicorum 240. Lacus Lebinn in sanguineum colorem mutatus, ita ut sanguis coagulatus appareret in imo, in similitudinem interiorum animalium.](1)

An. Dccc lx vi. *Macleduin mac Aedha,* rex *Ailigh,* in clericatu, dolore extenso quievit. *Robartach Finnglaissi* Episcopus, et Scriba, et *Conall Cille Scire* Episcopus, 7 *Coscrach Taigitaille,* Scriba, 7 Ancorita, 7 *Cegedhcar* Abbas *Condire,* 7 *Lainne ela,* 7 *Cormac* nepos *Liatain,* Scriba, 7 Episcopus, 7 Ancorita, in Xpo omnes dormierunt. *Maeltuile, Ab. Airne irtir* [Abbas Araniæ inferioris] quievit. *Guaire mac Duibdabairenn* moritur. *Aban mac Cinaedh, Righdomna Connachta, do orgain fridaighidh o Sochlachan mac Diarmato.* [Aban filius Kenethi, Rex futurus Connaciæ, combustus igne a Sachlacano filio Diarmitii.] *Auisle,* tercius Rex Gentilium, dolo, 7 parricidio, a fratribus suis jug. est. *Bel. for Saxanu tuaiscirt i cair Ebhroc ren Dubgall,* [Prælium contra Saxones septentrionales, apud Eboracum civitatem, per nigros Gentiles,] in quo cecidit *Alli,* rex Saxonum aquilonalium. (2) *Loscad Duine Amhlaim, oc Cluain Dolcain, la mac u Gaithini, 7 la Maelcia-*

(1) Talia mira in melioris notæ Chronicis sæpe recurrunt—Sic, in *Chron. Saxon.* ad ann. 685, " Hoc anno contigit in Britannia sanguinea pluvia. Lac item, et butyrum, conversa fuere in sanguinem." Eadem habet *Caradoc Llancarv.* Chron. pag. 15.

(2) Concordat *Chron. Saxon.* edit. Gibson, ann. 867, pag. 79.

ran mac Ronain, 7 ar c. cenn di airecàib gall, [Combustio Duni (i. e. Arcis) Amlafi, apud Cloondolcan, per filium Gathinii, et per Maelciaran filium Ronani, et strages centum præstantissimorum ducum Alienigenarum] in eodem die, apud [per] Duces predictos, in confinio *Cluana Dolcain. Muredach mac Cathail, ri* [rex] nepotum *Cremtain,* paralisi longa extinctus est. An. Dccc lx viii. *Cellach mac Cumuscaich* Ab. *Fobair,* juvenis sapiens, 7 ingeniocissimus, periit. *Condmach* Abbas *Cluan mac nois,* in nocte Kal. Jan. in Xpo dormivit. *Daniel* Ab. *Glinne da lochae 7 Tamlachtae, Connan mac Daluig* Abbas *Doimliacc. Bel. ren Aed mac Neill oc Cill Oandaigh for oa Neill Breg 7 for Laighniu 7 for sluag mor di gall i ix. c. l.* [Prælium gestum per Aed filium Neilli, apud Killondaigh, contra O'Neillos Bregiæ, et contra Lagenienses, et contra exercitum magnum Alienigenarum, i. e. 1924O] et amplius, in quo cecidit *Flann mac Conaing, ri Breg nuile* [rex Bregiæ totius,] 7 *Diarmait mac Ettersceili, ri locha Gabhor* [rex lacus Gabhoriæ,] 7 in isto bello plurimi Gentilium trucidati sunt, 7 *Fachtna mac Maelduin, righ domnai in Foclai do rochair i fritguin in Cata,* [et Fachtna, filius Maldunii, rex futurus Fochliæ regionis in Ultonia, occisus in primo congressu prælii,] 7 alii multi. *Congal mac Fedaig,* Abbas *Cille delga,* Scriba, quievit. Eruptio ignota aquae de monte *Cualan,* cum pisciculis atris, Ventus magnus in feria Martini. *Rechtabra mac Murcada,* Abb. *Corcaid moire* [Abbas Corcagii magni] dormivit.

An. Dccc lx viii. *Martan* Ab. *Cluana m. Cunois,* 7 *Daiminnsi,* Scriba, *Naillan* Episcopus *Slane* dormierunt. *Cormac mac Eladaigh,* Abbas *Saighre,* 7 Scriba, vitam senilem finivit. *Flann mac Ferchair* equonimus *Airdmachae,* 7 Princeps *Lainneleire,* heu! breviter vitam finivit. *Maelcirain mac Ronain ri airtir er feinid fogla Gall* [Maelciran filius Ronani, rex Orientalis Hiberniæ, Heros terribilis Alienigenis] jugulatus est. *Cernach mac Eachach, toiseach Muigdorna m Breg* [Dux Mugdornorum Bregiæ,] *Ruadhacan mac Neill, toiseach oa Forennan* [Dux Foranensis] mortui sunt. *Orccain Airdd macha o Amlaim con roloscadh con a Deartaigibh* x *cet ettir brit 7 mharb 7 slat morcena.* [Vastatio Ardmachæ per Amlaf, et combustio civitatis cum Nosocomiis suis, et mille occisi aut capti, et spoliatio civitatis similiter.] *Donnacan mac Cetfada,* rex *Hi Cennselach,* jugulatus est per dolum a socio suo. *Ailill Clochair,* Scriba, 7 Eps, *Ab. Clochair mc n Daimen,* [Abbas Clocharii

civitatis filiorum Dameni] dormivit. *Dubtach mac Maeletuile*, doctissimus Latinorum tocius Europea, in Xpo quievit. *Maelbrigti mac Spelan*, rex *Conaille*, in clericatu obiit.

An. Dccc ix ix. *Suairlech in deithnein*, [Suairlech sapiens] Epis. 7 Ancorita, 7 Ab. *Cluana Iraird*, optimus doctorum religionis tocius Hibernie, pausat. *Innred Laigin la h Aed mac Neill o Ath Cliath co Gabruan. Cerball mac Dungaile collin ad cotada diaininnud co Dun mhbolcc, forropartar Laing Dunadh Cerbail, 7 mic Gaithine.* [Vastatio Lageniæ per Aed filium Neilli, a Dublinio usque Gauran. Cerball filius Dungalli, cum copiis suis, simul cum Aedo, usque Dunbolg, et destruxerunt Lagenienses Arces Cerbhalii, et filii Gathinii,] 7 alios occiderunt, 7 reversi sunt in fugam cum Rege suo, *·i· Muredach mac Brain*, 7 trucidati sunt alii de illis. *Dalach mac Muircertaigh*, dux generationis *Conaill*, a gente sua jugulatus est. *Diarmait mac Dermata* interfecit virum, ante januam domus *Aedho* regis *Temhro*, in *Arddmachae. Dubdatuile* Ab. *Lethmoer Mochoemhocc*, [Abbas Monasterii Lethmoriæ S. Mochoemogi,] 7 *Maeldhor* Ancorita Ab. *Daimhinnsi*, 7 *Cumscuth* Abbas *Disirt Ciarain Belach duin*, [Abbas Monasterii Deserti Ciarani de Belachdun,] Scriba, 7 Eps, *Congan fota*, [Congan altus] Ancorita *Tamlachtae, daltae* [Alumnus] *Maeleruain, Connla* Ancorita *Dromacarra Airdeciannachtae*, omnes in Xpo quieverunt. Obsessio *Ailecluithe* a Nordmannis. *·i· Amlaiph*, 7 *Imhar*, II Reges Nordmannor, obsederunt Arcem illum, 7 destruxerunt, in fine IV mensium, Arcem, 7 predaverunt. (1) *Maelsechnaill mac Neill, lethri Deiscirt Breg*, [Rex dimidii australis Bregiæ] interfectus dolose *o Ulf Dubgall.* [ab Ulfo nigro gentile.] *Cobhthach mac Muredaich*, Princeps *Cille dara*, dormivit.

An. Dccc lxx. *Cathalan mac Indrechtaig, lethri ul*, [Rex dimidii Ulad] jugulatus est dolose, consilio *Aedho. Amlaiph* 7 *Imhar dothuidhecht a frithisi du Athcliath a Albain dibh cedaib long*, [Amlaf et Imar venerunt redeuntes Dublinium ex Albania, ducentis navibus,] 7 preda maxima hominum Anglorum, et Britonum, et Pictorum, deducta est secum ad Hiberniam in captivi-

(1) Concordat *Caradocus* ad ann. 871. "Alcluid seu Dunbriton urbs a Danis spoliata."—edit. Lond. 1702, p. 33. Vide supra not. ad ann. 698.

tatem. Expugnacio *Duin Sobaircae*, quod antea non perfectum est. (1) *Gaill occo la Cenel n Eugain.* [Alienigenæ pugnaverunt in eos cum Tironensibus.] *Ailill* Epis. Abbas *Fobhair*, in Xpo dormivit. *Curoi mac Aldmadh, Inseo Clothrann, 7 Fochladho Mide*, [Curoi mac Aldmah Monasterii Insulæ Clothran, et Fochlæ Midiæ,] Abbas sapiens, 7 peretissimus historiarum Scotorum, quievit. *Colgu mac Maeletuile* Sacerdos, Ancorita, Abbas *Cluana Conaire Tomnaen*, quievit. *Moengal Ailithir* [Moengal peregrinus] Abbas *Bennchair*, vitam senilem finivit. *Maelmide mac Cumuscaich, Secnap* [Ædituus] *Cluana mc nois* moritur.

An. Dccc lxx i. *Gina*, Princeps *Daimhliacc*, Ancorita, 7 Eps, 7 Scriba optimus, *Maelruanaigh, mac Maelchaur ardda*, [filius Maelchuari alti] dux nepotum filiorum *Cuais ind Fochlai*, [filiorum Cuasii Fochliæ] moritur. *Cennfael* nepos *Moctigern*, rex *Caisil*, extenso dolore quievit. *Ferdomhnach* Princeps *Cluana mc nois* dormivit. *Artgha*, Rex Britannorum *Sratha Cluade*, [hodie Strathclyde] (2) consilio *Constantini* filii *Cinaedo* occisus est.—*Maeltuile* Eps, Princeps *Tuliain*, quievit. *In Loingsech mac Follein*, Princeps *Cille ausili* moritur. *Robartac Dermaighi*, Scriba optimus, pausavit. *Murgron mac Maelecothaigh lethri Connacht* [rex dimidii Connaciæ] moritur.

An. Dccc lxx ii. *Flaithbertach mac Duibroiss*, Rex *Corcomruaidh*, juvenis, *Huathmaran mac Brocain*, Rex nepotum *Fiachraicke Aidhne, Dunadhach mac Rogaillnid*, Rex generis *Coirpri moer*, mortui sunt. *Letlabur mac Loingsich*, Rex *in Coicid*, vitam senilem finivit. *Imar*, Rex Nordmannorum tocius Hibernie, 7 Britannie, in Xpo quievit. *Dungal mac Moenaig*, Princeps *Innsi Caindega*, in pace quievit. *Donncuan mac Flannacain, a Conaing mac Flainn*, per dolum jugulatus est. *Oenach Tailten cen aigi*, [Nundinæ Taltinenses intermissæ,] sine causa justa 7 digna, quod non audivimus ab antiquis temporibus cecidisse. *Colman* Episcopus, Scriba, Abbas *Noendromo*, quievit. *Flaithbertach mac Murcertaigh*, Princeps *Duincaillden*, obiit.

---

(1) Extant in Stowense quædam Poemata vetusta Hibernica, De expugnatione Duni *Sobairche* in Ultonia. Vide Vitam VII S. Patr. in *Triade* p. 146, c. 130, et *Dissert. Prælim.*

(2) Nonnulli perperam tradunt, *Kennethum* I, ultra Tweedam, ad Tinam Imperii fines protendisse, cum tamen Edenburgum, Laudoniæ caput, Angli retinuerint usque ad tempora Regis Scottorum *Indulfi*, qui regnavit 8 annis ab anno 953. "In hujus tempore, oppidum *Eden* vacuatum est, ac relictum est Scottis usque in hodiernam diem." Chronicon Pict. edit. in Appendice Innesii.—Deinde,

An. Dccc lxx iii. Kal. Jan. lun. ix. *Aed mac Fiangisa*, Princeps *Roisacomain*, Episcopus, 7 Scriba optimus, *Maelmorda mac Diarmata*, Episcopus, 7 Scriba, *Torpaid* Princeps *Tamlachtae*, Episcopus, 7 Scriba optimus, omnes in Xpo quieverunt, *Fethgna* Episcopus, heres Patricii, 7 caput Religionis tocius Hibernie, II Non. Octobris, in pace quievit. *Slogh la h Aed mac Neill co Laigniu conrosaragat cellausili 7 alaile cealla do loscadh con a dertaighib. Cell mor Muighi ainir du orgain du Gallaib.* [Exercitus, ductus per Aed filium Neilli in Lageniam, dehonoravit [i. e. temeravit] Ecclesiam Kilausil, et plurimas alias Ecclesias combussit, cum earum Nosocomiis. Kilmore [*Magh Enir*] Ecclesia Campi deserti, vastata per Alienigenas.

An. Dccc lxx iv. Kal. Jan. luna xx. *Moengal tanaisi* [Moengal Tanasticus, i. e. Abbati proximus] *Cluana mc nois*, 7 *Robartac mac Naccrda*, Episcopus *Cilledaro*, 7 Scriba optimus, Princeps *Cilleachaid*, 7 *Lachtnan mac Moctigern*, Episcopus *Cilledaro*, 7 Princeps *Fernann*, *Muredach mac Brainn*, cum exercitu *Laigin*, usque ad montem *Monduirnn* vastavit, 7 ad suam iterum regionem ante vesperam reversus est. Congressio Pictorum *for Dubgallu*, [contra nigros Alienigenas,] 7 strages magna Pictorum facta est. *Oistin mac Amlaiph*, rex Nordmanorum, ab Albanensibus per dolum occisus est. *Mac Coigi* Princeps *Tamlachtae*, 7 *Bennachta*, Episcopus *Luscan*, in pace dormierunt. *Fechtnae* Abbas *Glinne da locha* obiit.

An. Dccc lxx v. Kal. Jan. Lun. i. *Constantin mac Cinaeda*, Rex Pictorum, *Cinaedo* Abbas *Achabo Cainig*, *Congalach mac Finsnechta*, Rex *na n Airgialla*, [Ardgalliorum,] *Fedhach* Princeps *Disirt Diarmata* moriuntur. *Coirpri mac Diarmata*, Rex nepotum *Cennselach*, a fratribus ss. occisus est. *Oenach*

---

extitit Regnum Cumbrorum, ab Hibernis *Srathcluidense* appellatum, usque ad sæculi x medium, cujus Arx præcipua, ab antiquis possessoribus Hibernis *Alcluid*, postea a Brittonis *Dunbriton*, corrupte *Dunbarton*, appellata fuit. Vide not. ad ann. 693. *Srathcluid* Hibernice vallem paludosam Cluidii fluminis significat. *Asserius*, in libro de Vita Ælfredi, ad ann. 875, inquit "Dani, cum Halfdeno Duce suo, tota Nordanhumbrorum Regione occupata, *Pictos et Stratduttenses* depopulati sunt." Alii Annales eidem *Asserio* tributi "*Pictos* et *Strecledenses*" habent, apud *Usser*. Primord. p. 719. Chronicon Saxonicum habet "*Peohtas et Stracled Wealas*" edit. Gibson ann. 875, pag. 83. *Fabius Ethelwerdus* "*Pihtos Cumbrosque.*" Matthæus Florilegus "Pictos et Wallenses." Hi Annales infra ad ann. 874 æræ communis 875, inquiunt "Congressio *Pictorum* contra Alienigenas nigros, et strages magna *Pictorum* facta est," unde liquet, post Kennethi firmatam Monarchiam, Pictos, licet Scotorum Imperio subjectos, majorem tamen et potionem Albanici regni partem constituisse, nec nomen Picticum statim desiisse manifestum est.

Tailtin cenaigi, [Nundinæ Taltinenses intermissæ] sine justa causa 7 digna. (1) *Domhnall* Episcopus *Corcaigi*, Scriba optimus, subita morte periit.

An. Dccc lxx vi. Kal. Jan. Lun. xii. *Eugan*, 7 *Maeltuile* nepos *Cuanach*, II Abbates *Cluan mc nois*, in pace dormierunt. *Donncha mac Aedhaccain mc Concobair, o Flainn mac Maelsechnaill* [a Flanno filio Maelsechnalli] per dolum occisus est. *Ruaidhri mac Muirminn*, rex Brittonum, *du thuidhecht do cum ner for teiced re Dubh gallaibh.* [Rodericus filius Morminnii, Rex Brittonum, venit in Hiberniam, in refugium ab Alienigenis nigris.] *Maelbrigde* Episcopus *Slane* in pace dormivit. Belliolum *occ Loch Cuan, eittir Finngenti* 7 *Dubhgennti*, [apud lacum Cuan, inter Gentiles albos et nigros] in quo *Albann* dux *nan dubhgennti* [dux Gentilium nigrorum] cecidit. *Sochartach mac Brocain* dux nepotum *Cormaic* mortuus est. *Coemhcloud Ab. Arddmachae, i* [Commutatio Abbatum in Ardmacha, i. e.] *Aenmire* in vicem *Maelchobha. Cathalan mac Cernaig, ri Fercul* [rex Fercalliæ] mor.

An. Dccc lxx vii. Lun. xxiii. *Ruaidri mac Muirninn*, rex Britonum, a Saxonis interfectus. (2) *Aedh mac Cinadan*, Rex Pictorum, a sociis ss. occisus est. *Garfit mac Maelbrigte*, rex *Conaille*, decollatus est *o avib Eachach.* [per Eachachios.] *Cumuscach mac Muiredaigh* rex nepotum *Cremhtain o Ulltaib* [per Ultonienses] occisus est. *Maelpatraicc mac Ceallaich* Princeps *Mainsstreach Buiti*, [Princeps, i. e. Abbas Monasterii Butensis] subita morte periit. Ventus magnus, et fulgor, (3) *frose fola* fluxit *con fertha ap arti cro* 7 *fola for snamh aighib. Oenach Tailten cenaigi*, [Pluvia sanguinea fluxit mirabiliter, similis intestinis animalium fluens. Nundinæ Taltinenses intermissæ] sine justa causa, Eclipsis lune Idibus Octobris iv luna. (4) *Scrin Col. Cil.* 7 *aminna olchena du thiachtain co cum ner for teich* 7*h ria*

(1) Vide quæ de his nundinis dicta sunt supra ad ann. 872, quo, Danorum vastationibus, " intermissæ fuere." Confer hos Annales ad ann. 454, 461, 557, et 559, quo comitia Temorensia desiere. Item not. 4 ad ann. 564.—Ludi Taltinenses primo memorantur in his Annalibus ad ann. 716, postea ad ann. 722, 810, 826, 830, et 872, quo " intermissæ fuere." Vide infra ann. 887, 888, 897, et *Dissert. de Relig. Ethnicor. Hibern.* MS. in Stowense.

(2) " Rodericus magnus successit Regi Brittonum *Merfynio Frych*, et occisus est anno 876, in præ- " lio *Gwaith Duw Sul y mon*, a Saxonis." *Caradoci* Chron. edit. per W. Wynne Lond. 1702, p. 34.

(3) Concordat *Chron. Saxon.* ad ann. 877, pag. 84.

(4) Incidit Eclipsis hæc in ann. 878, die v Octobr. *Art de Ver. les dates*, t. 1, p. 68, ergo, ut sæpe monui, hi Annales æram communem uno anno antevertunt.

Gallaibh. [Scrinium S. Columbæ translatum Hiberniam, in refugium ab Alienigenis.] (1)

An. Dccc lxx viii. Kal. Jan. Lun. iv. *Aed mac Neill* Rex *Temorie*, in xii Kal. Decemb. in *Druiminasclainn i crich Conaille* dormivit. *Flan mac Maelsechnaill* regnare incipit. (2) *Tigernach mac Muredhaic* Episcopus, Princeps *Dromainasclainn* extenso dolore pausavit. *Fergil mac Cumsaid* Abbas *Domhnaig Sechnaill domarb in Duinetaithiu.* [Abbas *Dun Sechnallensis* occisus in deprædatione.] *Oengus mac Cinaedha*, dux *fer n arda Ciannachta*, [Dux Ardcianachtorum] moritur. *Maelcobo mac Crunmhaeil* Princeps *Airdmacha doergabail do Gallaib, 7 in Ferleginn i Mochta. Ascolt mor for cetraib isinderruc. Folc mor isin do gomur.* [Maelcobo filius Crunmalii, Princeps Ardmachæ, et Lector, i. e. Mochta, captivi facti per Alienigenas. Mortalitas magna Armentorum Verno tempore, fluxus magnus in Autumno.] *Maelcaere* dux *oa Cremtain* occisus est. *Ualarg mac Flaithbertaigh Ridomna*

---

(1) Vide quæ, de S. Columbæ Scrinio aureo, et reliquiis, dicta sunt ad annos 801, 805, 813, 824, 828, 830, 848, et confer quæ de vasis aureis dicta sunt ad annos 799, 800, et in Annotationibus ad Sæc. VIII, supra p. 160.

(2) IV *Magistri* ad ann. 876, æræ communis 879, inquiunt " *Jar mbeith, se bliadhna decc hi righe n* " *er d Aodh Fhinnliath mac Neill Caille fuair bas in Druimineselainn iccrich Conaille an* xx *la do* " *Novemb. cos adh dia deimhmucc a dubairt Fothadh—*

" *Cuicc bliadhna ar secht ndechibh—dechcced is cuicc mile,*
" *O Adam nit gaela—co hecc a Aedha at rimhi.*
" *Secht mogha ar ocht ccedaibh—la se bliadhnaibh airibh,*
" *O ghein cr. gan aera—co bas Aedha n Ailigh.*"

[" Postquam regnasset annis 16, rex Hiberniæ Aodh Finnliath, filius Neilli Caillnei, (filii Aodhi " Oirdnighe, filii Neilli Frosach) obiit in Drominasclin, in regione Conalliorum, die 20 Nov. de " cujus obitu dixit Fothadius Poeta

" Quinque anni supra septies decem—Decies centena et quinquies mille,
" Ab Adamo, occisore Posterorum—ad obitum Aedhi annumero.
" Septuaginta supra octingentos—cum sex annis adjunctis,
" A navitate Christi sine macula—ad obitum Aedhi in Alichia."]

Vide hos temporum characteres in *Dissertatione Præliminari*, ubi de Chronologia Annalium Hibernorum.—Successit Aedho *Flann Sionna*, filius *Maelsechnalli*, [i. e. Malachiæ I] e stirpe O'Neillorum *Clan Colman*, qui uxorem duxit *Maelmariam*, filiam Kennethi mc Alpin, et prædecessoris viduam; vide not. ann. 861. Hæc primo marito genuit *Domhnaldum mac Aod*, *Alichiæ* Arcis, in Inis Eoghain, Principem, qui obiit in Monachatu anno 915.—Hinc sequitur O'Neillos Tironenses, Clan Colmannos, et Clan Slanios, per Maelmariam consociatos fuisse, et Tirconallenses a Regimine Hibernorum prorsus exclusos.

in tuaisceirt [Rex futurus septentrionis] moritur. *Ainmire* Princeps ix mensium in *Ardmacha* dormivit. *Dungal* Princeps *Lethglinne* moritur.

An. Dccc lxx ix. Kal. Jan. Lun. xii. *Feradach mac Cormaic* Abbas *Jae* pausat. *Maelciarain mac Conaing*, Rex *Tetbai*, in clericatu vitam finivit senilem. *Duiblitir* Princeps *Cluana avis*, 7 *Tige Arendain*, moritur. *Murechan mac Cormaic*, Princeps *Sentraibh*, moritur. *Maelmitic mac Duibinrecht* occisus est.

vitam feliciter *hi* (in) die i. Kal. Decemb. finivit. (1)—*M. maras craibhdec Annchara* [*togaidhe, Domhn. m. Robartaig Com. Col. cill. fri re,* i. pace d.—*Maind Fertsi suilidhe for cenel Conaill ria cenel n Eog. itorcair Eicertach h. Toircheirt* 7 al. m. [Macmaras devotus, Anachoreta optimus, Donaldus filius Robartagi, Vicarius Columbæ Ecclesiarum aliquo tempore, in pace dormierunt. Victoria Fertsi-sulidensis de Tirconalliis parta a Tironiis, in qua occisi sunt Ecertach O'Torchert, et alii multi.]

An. M·xc ix. Kl. Jan. fer. vii. Lun. v. *Ascolt mor fo Er. uile.* [Mortalitas magna armentorum per Hiberniam totam.] *Ceanannus* [Kellensis civitas] ab igne dissipata est. *Diarmait h. Maelathgen, Air. Duin* [Præpositus Dunensis] in nocte Pasca quievit. *Cealldara* de media parte cremata est.—*Caincomrac h. Baigill, do gabail Eps. oide Ardamacha dia Domhn. Cengcighis.* [obtinuit Episcopatum Ardmachanum die Dominica Pentecostes.] *Donnch. m. m. Moenaig, Ab. Ja,* [Abbas Hiiensis,] *Uamhnachan ua Meicthire, Com. m. Leini,* [Vicarius filii Lenii,] *Annud h. Longarcan, Com. Col. m. Cremthain,* [Vicarius Columbæ filii Crimthani,] in pace pausaverunt. *Slogh la Murcertach h. m Briain, 7 la L7hmogha co sliab Uait, con derna Dom. Com. Pat. sit mblina etarru 7 tuaisceirt Er. Slogh la Dom. h. Lochl. 7 la tuaisceirt Er. tar tuaim in Ultaib. Ul. do. i craib Telcha illongport. Comraigit an di marcsloigh. Maidis for Marcslogh Ul. 7 marbtar h. Amhrain ann. Facbhaid Ul. iarsin al longport, 7 loiscid cenel n Eog. he, 7 tescaid craibh Telcha. Dob. ar doib iarsin da eti. 7 Com. Comgaill illaim fri ada eti* ii. *Damhliac*

---

(1) IV *Magistri* de hoc Episcopo *O'Heny* inquiunt ad ann. 1098, fuisse—" *Saoi an uirdcecht ardha* " *Romhan 7 na ngaoind.*" [sapientem in præceptis legum Romanarum et Hibernensium.]—*Eadmerus*, scriptor coævus, inquit præsentem fuisse in Concilio habito in Hibernia anno 1096, in quo interfuere. " Rex Hiberniæ *Murcertach (O'Brien,) Dofnald (O'Hene,* Archiepiscopus Casseliæ,) " *Idunan* Episcopus Midensis, *Samuel* Dubliniensis, *Ferdomnach.* Episcopus Lageniensis, (i. e. *Kil-* " *darensis*, de quo vide notam infra ad ann. 1106,) et alii." Hist. Novor. l. 2, p. 36. Vide supra ann. 1096.

Waterfordiensum Epistolam edidit *Usserius*, Sylloge ann. 1096, p. 92, in qua notanda sunt verba, " Nos (Waterfordienses) et Rex noster *Murcertachus*, et Episcopus *Domnaldus*, et *Dermeth* dux " noster, frater Regis, elegimus hunc Presbyterum *Malchum*, &c." Deinde primus ordine subscribit *Rex*, secundus *Dermeth* frater Regis, tertius *Domnaldus* Episcopus, ultimus *Ferdomnach Lageniensium Episcopus.* Extat in Codice *Cottoniano* Cleopatra E. 1, et in *Spelmanni* Concil. edit. 1, t. 2, p. 20, professio obedientiæ quam Anselmo præstitit *Malchus*, at hæ formulæ ad civitates Ostmanicas Dublinii, et Waterfordiæ, exclusive referendæ sunt, nec unquam transiere in exemplum.

Ardasratha do loscad do feraib na craibe for uib Fiachrach. Ruaidhri h. Ruadacan ri eirthir Airgiall, 7 mc aim ri Er. [Exercitus cum Murcertacho O'Brian et cum dimidio Moghæ usque montem Fuad, donec fecit Donaldus Vicarius Patricii pacem anni inter eos et septentrionalem Hiberniam. Exercitus cum Donaldo O'Lochlin, et cum septentrionale Hibernia ultra Tuam in Ultonia. Ultonii fuere apud Sylvam cæduam Telchæ (*craobh-Telcha*) in castris. Pugnaverunt ambæ copiæ equestres, Victoria de equitatu Ultoniense, et occisus est O'Amhran ibi. Dereliquerunt Ultonienses postea castra, et combusserunt Tironenses ea, (i. e. castra) et succiderunt sylvam Telchæ. Dati sunt eis postea duo obsides, et Vicarius Comgalli traditus est in eorum manus pro duobus obsidibus. Ecclesia Cathedralis lapidea Ardsrathensis combusta ab incolis Sylvæ contra O'Fiachrios. Rodericus O'Ruadacan rex inferioris Argialliæ, et filius regis . . . . . Hiberniæ] in xlv anno regni sui in decimo Kal. Decembr. suam vitam finivit.

An. 99 t. [Kl. Jan. fer. i. Lun. xvi. *Flan h. Cinaedha Air. Athatruim, Ard-Ollam Mide. Donnch. m. Eocha. ri Ul. 7 dream do maithibh Ul. ime do gab. la Domhnall h. Lochlain la rig n Ailigh hi* quint Kl. Juin. *Creach la Dom. h. Lochl. coro ort feru Breg. 7 Finegall. Slogh la Murcertach h. m Briain co h. Eisruaidh. Longus Athacliath co h. inis n Eog. coro ladh an ar 7r bath. 7 marbh. M. m. Gilla-Coluim ui Domhn. r. cenil Lugdach* a ss. o. e.—*Aisid h. Amradan Mure Dal-Fiatach. Gilla-Brigde h cuirc ri Musraidhe b. guin. Gilla na noebh h. h. Heidinn ri h. Fiachrach* m. s. *Echri h. Maelmuira r. Ciannachta domarbh do Conchob. Ciannachta.* [Flan O'Kennedy Præpositus (Monasterii) Vadi Trimmensis, Archipoeta Midiæ, Donnchad filius Eochadi Rex Ultoniæ, et quidam Magnates Ultoniæ cum eo, capti a Donaldo O'Lochlin Rege Alichiæ, quinto Kal. Junii. Exercitus cum Donaldo O'Lochlin vastavit viros Bregiæ et Fingalliæ. Exercitus cum Murcertacho O'Brian usque Eisruadh (hodie Ballyshannon.) Classis Dublinii usque Inisoen, donec facta est strages magna eorum, vel demersione vel occi-

(1) Edgarus Malcolmi III filius, ab auxiliaribus Gulielmi II Regis Angliæ copiis, ad Regnum Scotiæ, pulso Donaldo, restitutus est, anno 1097. *Chron. Saxon.* p. 206, *Florent.* p. 648. —Postea *Donaldus* oculis captus est a suis—testante continuatore Tigernachi ad ann. 1099. Errant ergo Flaherteus et alii qui Edgari restitutionem referunt ad annum 1099, quo Donaldus oculis orbatus est.

sione. Filius filii Gildæ-Columbæ O'Donnel Rex clientelæ Lugdach a suis occisus est. Aisid O'Amradan Oeconomus Dal-Fitachorum, Gildas Brigida O'Cuirc Rex Muscriæ ..... Gildas-Sanctorum O'Hedian Rex Fiachrachorum, mortui sunt. Echri O'Malmura Rex Ciannachtæ occisus a Concobaro Ciannachtense.] (1)

An. ꝑ c i. Kl. Jan. fer. iii. Lun. xxvii. *Donnch. m. Aedha h. Ruairc domarbh do feraibh Manach. Rigan Eps Dromo moir*, v. id. Jul. i. p. q.— *Inis-Cath. do orcain do Ghall. Slogh la Murcertach h. m Briain 7 la L7hmogha i Connachtaib dares Ruaidhri itir n Eog. coro scailset Ailech, 7 coro saraigh set il cealla im Fhathain mhoir, 7 im Ardsratha. Dollatar iarsin tar Fertaiscamsa coro loiscset Cuilratain, 7 condernaiset duineb. and. Gabais giallu Ul. iarsin. Doluidh tar slighidh midh-luachra dia thigh.— Crech la Donnch h. Maelsechl. i. Fernmuighi conustaraidh h. Cerbaill, 7 coromarbh da c. dibh* l. pauo plus. *Ferdomhnach Ep. Cilledara* i. p. q. *Cathal h. Muirican ri Tethba* decollatus e. i. *sug na Caelan, 7 ise ro marbh Maelsechl. Donnc. h. Eock ri Ul. do fuaslucadh a cuibrich la Domhn. m. Lochl. la rig n Ailigh dar cenn a m. 7 a chomhaltai, i. in Damhliac Ardamacha, tre impidhe Com. Pat. 7 samhtha Pat. arcena iar comluga fo bacaill Issu, 7 fomindaib archena i.* xi. *Kl. enn.* [Donnchad filius Aedhi O'Ruarc occisus a Fermanachensibus. Rigan Episcopus Dromorensis quinto Id. Julii in pace quievit. Inis-Cathæ (Monasterium) vastatum ab Alienigenis. Exercitus cum Murchertacho O'Brian, et cum dimidio Moghæ in Connaciam, et cum eo Rodericus (O'Conor) in Tironiam, donec everterunt Arcem Alichiæ, et combusserunt, et temeraverunt plurimas Ecclesias, simul cum Fathania magna, et cum Ardsratha. Ierunt postea ultra Fertas-camsa et combusserunt Culrathen, et castremetati sunt ibi. Obtinuerunt obsides Ultoniæ postea. Reversus est (Rex Murcertach) per viam Midh-luachræ ad domum suam.— Exercitus cum Donnchado O'Maelsechlan in Fermoy donec se opposuit O' Carroll, qui occidit 200 eorum, vel paulo plures. Ferdomhnach Episcopus

(1) *Caradocus* ad ann. hunc—"*Arnulph* Earl of Pembroke, sent *Gerald* his steward to *Murekart* King of Ireland, desiring his daughter in marriage, which was easily granted." *Caradoc* pag. 123, ad ann. 1100. Confer *Enderbie's* Wales, London 1661, p. 254. Vide infra not. ad ann. 1101.

Kildarensis in pace quievit. (1) Cathal O'Murican Rex Teffiæ decollatus est, i. e. succus (vigor) hastatorum, et is qui occidit Maelsechlannum.—Donnchad O'Eochada Rex Ultoniæ liberatus e catenis a Donaldo filio Lochlinii Rege Alichiæ, propter filium ejus, et colactaneum ejus, (obsides) i. e. in Ecclesia Cathedrali lapidea Ardmachana, per intercessionem Vicarii Patricii, et congregationis cleri Patricii similiter, postquam fœdus inirent sub (vinculo) Baculi Jesu, et reliquiarum similiter, in xi Kal. Jan.] (2)

An. M c ii. Kl. Jan. fer. iv. Lun. ix. *Sort Col. cill do losc. Donnch. m. Echri h. Aitidh ridomhna h. n Each. domarbh do Ulltaib. Domhn. m. Tigernain h. Ruairc ri Conmacne domarbh do Conmacnibh fein. Cumhaighi h. Cairill Air. Duin* m. e. *Flaithbertach m. Foth. ri h. Fiachrach Ardasratha domarbh do feraib Luirg. Slogh la cenel n Eog. co Magh-Coba. Dolottar Ul. isin aidhci isin longport coromarbsat Sitriuc h. Maelfhabail 7 Sitriuc m. Conraig m. Eog.* 7 alii. *Magnus ri Lochl. co longais mor do thuidhecht i Manain, 7 sith mblina do denumh doib 7 do feraibh Er. Eitteda fer n Er illaimh Dom. Com. Pat. re sith mblina 7r. h. m Briain, ·i· Murcertach, 7 h. Lochl. ·i· Domhnall, 7r. l. Muiredhach h. Cirduban Air. Lugb. domarbh do feraibh Mide beus. Rossailitir do arcain do uib Ech. in digail marbta m.*

---

(1) Notandum est *Ferdomhnachum* hunc appellari *Laginiensium* Episcopum, in Epistola quam Waterfordienses ad Anselmum Cantuariensem scripserunt anno 1096, idque annis 156 ante conditum Archiepiscopatum Dubliniensem. Usser. Sylloge No. 34. Hinc patet Kildariam adhuc fuisse Lageniæ Metropolim, vide quæ de Kildaria dicta sunt supra ad ann. 597. Maelbrigda O'Brolchan Episcopus Kildarensis, Lageniensium Episcopus appellatur supra, et in IV Magistr. Annal. ann. 1097. Vide *Glossar. Topogr.* voce *Kildara*, et notas ad ann. 1098, et 1106.

(2) IV *Magistri* ad hunc annum, inquiunt—" *Maghnus ri Lochlainde do tiachtain do ghabhail* " *Erenn, amhail dearbhas an rand*"—

" *Bliadhain ar c. ar mhile—Cen nach mbaoghal nimrimhe*
" *O gein Chriost an chrabh grinn—co teacht Maghnais in Eirinn.*
" *Giolla na naemh ua Dun abhra Ollamh Connacht do ecc.*"

[" Magnus Rex Danorum venit ad expugnandam Hiberniam, uti notat vetus distichon—
" Annus supra centesimum, supra millesimum—non simile periculum visum antea,
" A nato Christo Religioso sincero—ad adventum *Magni* in Hiberniam."

Gildas Sanctorum O'Dun, Poeticæ Artis Doctor Connaciæ, obiit.]—*Caradocus* ad ann. 1100 inquit—" Magnus returning to the Isle of Man, which he had got by conquest, he built there three " castles, and then sent to Ireland to have the daughter of *Murkart* to his son, which being ob- " tained, he created him King of Man." Wynne's *Caradoc* ann. 1100, p. 124. Eadem habet *Enderbie* p. 254, De *Magni* obitu vide ann. 1103.

Donncha. Caisil do losc do Eilibh. Mugron h. Morgair Aird fer leigind Ard-amacha 7 iartair Eorpa uile, [Sordum, oppidum Columbæ Ecclesiarum, combustum. Donnchad filius Echrii O'Aitid, futurus Rex Eachorum occisus a Conmacniis suis. Cumhagius O'Caroll Præpositus Dunensis mortuus est. Flahertach filius Fothadii Rex Fiachrachorum Ardsratensium occisus a viris Lurgiæ. Exercitus cum Tironensibus usque planitiem Cobæ. Profecti sunt clam Ultonienses nocte in castra eorum, et occiderunt Sitricum O'Maelfabal, et Sitricum filium Conragii filii Eogani, et alios. Magnus Rex Danorum cum classe magna venit Manniam, et pax unius anni facta pro eis, et pro viris Hiberniæ. (1) Obsides virorum Hiberniæ in manus

(1) IV *Magistri* ad ann. hunc inquiunt—" *Sloicc. fer n Erend co h Athcliath in acch Maghnusa, 7* " *Gall Lochlainne, tangattar diondradh Er, co n dernsat sith mbliana fri feraibh Er, co ttarat Mur-* " *certach a ing. do Sicraidh mac Magnusa 7 tuc seotta 7 asgadha iomdha.*" [Exercitus Hibernorum " Dublinium contra Magnum et Alienigenas Lochlanos, (i. e. Norwegos) qui venerunt ad vastandam " Hiberniam, donec fecerunt pacem anni (unius) cum viris Hiberniæ, et dedit *Murcertachus* suam " filiam *Sicradio* filio Magni, et dedit gemmas, et munera multa."]---Vox Hibernica *Seoda* gemmas significat, vel margaritas, et in genere res valde pretiosas. *Gillebertus* Episcopus Limericensis, scribens ad Anselmum Cantuariensem anno 1094, inquit " Munusculum paupertatis meæ et devotionis transmitto, xxv *margaritulas inter optimas, et viliores.*" Sylloge p. 88.---De margaritis Hiberniæ vide supra pag. 160---De *Magno* conferenda sunt dicta in notis ad annos 1100, et 1101, ex quibus patet *Murcertachum* unam filiam dedisse anno 1101 *Arnulpho* de Montgomeri, primi Salopiæ et Arundeliæ Comitis filio, quod etiam patet ex Murcertachi ipsius Epistola, breve quidem sed elegante, ad Anselmum, Sylloge p. 97, et aliam filiam dedisse anno hoc 1102 *Sicardo, Magni* filio.—Attamen *Chronicon Manniæ* inquit—" Magnus Murechardo Regi Hiberniæ misit " calceamenta sua, præcipiens ei ut ea super humeros suos, in die natalis Domini, per me-" dium domus suæ portaret, in conspectu nunciorum ejus, ut intelligeret se subjectum " esse Magno Regi, quod audientes Hibernienses, ægre ferebant, et indignati sunt nimis.—— " Sed Rex saniori consilio usus, non solum inquit calceamenta ejus portare, verum manducare " mallem, quam Magnus Rex unam Provinciam in Hibernia destrueret. Itaque complevit præ-" ceptum, et nuncios honoravit, multa quoque munera per eos Magno regi transmisit, et fœdus " composuit. Nuntii vero redeuntes ad D.nm suum, narraverunt de situ Hiberniæ, et amænitate " de frugum fertilitate, et aeris salubritate. Magnus vero hæc audiens, nihil cogitabat quam to-" tam Hiberniam sibi subjugare. Itaque præcepit classem congregare. Ipse vero, cum xvi navi-" bus præcedens, explorare volens terram, cum incaute a navibus discessisset, subito ab Hibernen-" sibus circumvallatus interiit, cum omnibus fere qui secum erant. Sepultus est autem juxta " Ecclesiam S. Patricii in Duno." *Chron. Manniæ* in *Biblioth.-Hiberno-Cotton.* Julius A. vii MS. in Stowense, et apud *Camden* p. 848, ad ann. 1089. Sed in Chronico hoc, scripto sæculo xiv, plura sunt tollenda relinquendis. Confer not. infra ad ann. 1103.

Donaldi Vicarii Patricii, pro pace unius anni inter O'Brian, i. e. Murcertachum, et O'Lochlin, i. e. Donaldum, et reliquos. Muredach O'Cirduban Præpositus Lowthensis occisus a viris Midiæ interim. Rossalitir vastata ab Eachiis in vindictam propter occisionem filii Donnchadi. Casselia combusta ab Eliis. Mugronius O'Morgar Archipræfectus studiorum Ardmachæ, et Occidentalis Europæ totius,] coram multis testibus, tertio Nonas Octobris suam vitam feliciter finivit, i. e. in Mungarit.

An. ꝑ c iii. Kal. Jan. fer. v. Lun. xx. *Scanner croda 7.r firu Luirg 7 tuaith Ratha, itorcair ar ces. ar de. Ua Canannan domarbh a rigi tire Conaill la Domhn. h. Lochl. Murcad donn domarbh for creich i maigh Cobha, 7 in chrech hi sin domarbh in Gilla guit h. Cormaic isind lo c. na. Ragnall h. Ocan rechtaire Telchaog domarbh do feraibh maighi Itha. Cocadh mor ettir cenel n Eog. 7 Ulltu co tainig Murcertach h. Briain co feraib Mumhain, 7 Laing, 7 Osraigi, 7 co maithibh Connacht, 7 co feraibh Midhe im a righaibh co magh Cobha i foirithin Ul. Dollotar diblinaibh co machaire Airdamacha, ·i· co Cill na Cornaire, co mbattar* vii *m. a forbhaisi for Ardmacha. Domhn. h. Lochl. co tuaisceirt Er. fri sin re sin in uib Breasail macha aghaid itaghaidh friu. O robatar toirrsigh imm fir Mumhain do luidh Murcertach co h Aneach macha, 7 co h Emhuin, 7 timceall, do Ardmacha co fargaibh os. n unga oir for sin Altoir, 7 co ro geall os.* xx *bo, 7 impais i maigh Cobha doriisi, 7 facbais coiced Laing and, 7 sochraidhi do feraib Mumhain Atnaigh fein* v. o. *for creach an Dalaraide co farcaibh Donnch m. Toirr. ann. 7 mc h. Concob. ri Ciaraidhe 7 h. Beoain.* 7 al. optim. *Dolluidh Domhn. h. Lochl. co tuaisceirt Er. i magh Cobha for amus Laing. Tecait imm Laing, 7 Osraighi, 7 fir Mumhain, 7 Gaill am robatar in a nag. 7 ferait cath. Maidhis tar fer L7hmoga, 7 la ter an ar edom. Ar. Laing im Muircertach m. Gilla Mocholmoc, 7 im da ua Lorcan, 7 im Muircertach m. m. Gorman,* 7 alii. *Ar Osraighi im Gilla-Pat. ruadh, ·i· ri Osraighi, 7 im Rigraidh Osraigi archeana. Ar. Gall. Athacliath im Thorstain mc Eric, 7 im Pol. m. Amaind, 7. im Beollan. armunn,* 7 alii. *Ar fer Mumhan im da h. Bric, ·i· da ridomhna na n Desse, 7 im h Failbe ·i· ridomhna Corcoduibhne, 7 eiri Laing. ·i· im h. Muiredaigh ri Ciaraidhe con a mac,* 7 alii multi q. s. causa brev. scribi p. t. misimus. *Ternatar ceneln Eog. co tuaiscirt Er co coscar mor 7 co setaibh imdhaibh imon pupoll righda, 7 im*

chain linne 7 imshetaibh imdaibh arcena. Magnus ri Lochl. domarbh for creich in Ulltaib. Cathalan m. Senan domarbh do Cairpri. Murch. h. Flaithecan Air. Ardabo sui ecnai, 7 eanaigh, 7 airchituil, [Prælium atrox inter Lurgienses et populum Rathæ, in quo occisi sunt supra 40 de gente Rathæ. O'Canannan occisus in Regno Tireonalliæ a Donaldo O'Lochlin. Murchadus fuscus occisus ab exercitu vastante planitiem Covæ, et exercitus iste occidit Gildam procerum O'Cormac eodem die. Ragnall O'Ocan judex Telcheogiæ occisus a viris campi Ith. Bellum magnum inter Tironios et Ultonios, donec venit Murcertach O'Brian cum viribus Momoniæ et Lageniæ, et Ossoriæ, et cum Magnatibus Connaciæ, et cum viribus Midiæ, cum suis Regibus usque planitiem Covæ ad subsidium Ultoniæ. Profecti sunt simul usque planitiem Ardmachæ, i. e. usque Cill-na-Cornaire, et remanserunt ibi septimana, hostiliter obsidentes Ardmacham. Donaldus O' Lochlin, cum septentrionali Hibernia secum, castrametatus est eodem tempore in regione Bresalliæ campi, contra eos ex adverso. Quando fuere fatigati (militia) Momonienses, ivit Murcertach usque Aonachmachiam, et Eamaniam, et circumiens usque Ardmacham, donec reliquit octo uncias auri supra Altare, et promisit 160 boves, et rediit in planitiem Covæ iterum, et reliquit Lagenienses ibi, et plurimos Momoniensium. Profectus est ipse vero ad vastandam Dalaradiam, donec perdidit Donnchadum filium Tordelbaci ibi, (occisum,) et filium O'Concobari Regem Ciaradiæ, et O'Beoan, et alios optimos. Ivit Donaldus O'Lochlin cum septentrionali Hibernia usque planitiem Covæ contra Lagenienses. Venerunt quotquot Lagenienses, et Ossorii, et Momonienses, et Alienigenæ qui ibi fuerunt contra eum, et inierunt prælium. Victoria parta est de dimidio Moghæ, i. e. de Australia Hiberniæ, et facta est eorum valde magna strage Lageniensium cum Murcertacho filio Gildæ-Mocholmochi, et cum duobus O'Lorcanis, et cum Murcertacho filio filii Gormani, et aliis. Strages Cennselachorum cum duobus filiis Maelmordi, et cum O'Riano et aliis. Strages Ossoriæ cum Gilda-Patricio rufo, i. e. Rege Ossoriæ, et cum Regibus Ossoriæ similiter.— Strages Alienigenarum Dublinii cum Thorstano filio Erici, et cum Paulo filio Amandi, cum Beollano stratego, et aliis. Strages Momoniensium cum duobus O'Bricis, i. e. duobus futuris Regibus Desiorum, et cum O' Falveo, i. e. futuro Rege Corcoduvniæ, et vicerege Lageniæ, i. e. cum O'

Muredagio Rege Ciaradiæ, cum suo filio et aliis, et multis optimis, quos brevitatis causa scribere prætermisimus. Reversi sunt Tironenses cum septentrionale Hibernia, cum dominatione magna, et cum rebus pretiosis plurimis, simul cum papillione Regia, et cum vexillis, et cum pluribus aliis rebus pretiosis similiter. Magnus Rex Danorum occisus dum vastaret cum exercitu in Ultonia. (1) Cathalan filius Senani occisus a Carbreo. Murchad O'Flathecan Præpositus Ardboensis, sapiens scientia, et prudentia, et ingenio] in peregrinatione sua feliciter obiit in Ardmacha.

An. 9 c ib. Kal. Jan. fer. vi. Lun. i. *Feidhlimidh m. Flaind Mainistrech,* [Felim filius Flanni Monasterii Butensis] miles optimus Xpi, in pace quievit. *Maind rian Ulltaibh far Dalnaraidhe, i torcair Dubcenn h. Daman i frithghuin. Concob. m. Maels. ri Corcmbruad* m. e. *Mac na h. aidhche h. Ruairc* a ss. fr. o. e. *Slogh la Murcertach h. m. Briain co magh Muirtemhne, co romillset trebaire in mhaighi, 7 isin tsluagh sin ro hescrad Cu Ul. h. Caindelban r. Loegaire con derbailt de. Slogh la Domh. h. Lochl. co magh Coba co tuc giallu Ul. 7 con deoch co Temr. coro loisc bloidh moir do Loegaire, 7 co tarait Termonn doibh archena. Cormac h. Cormaic toisech Monach doec. Dunch. h. Concob. ri Ciannachta domarbh dia dhoinibh fein.* [Victoria parta per Ultonienses de Dalnaradiis, in qua occisus est Dubcenn O'Daman in prælii congressu. Concobar O'Maelsechlan Rex Corcomroensis mortuus est.—O'Ruarc, cogminatus filius noctis, a suis fratribus occisus est. Exercitus cum Murchertacho O'Brian ad campum Murthemnei, donec destruxerunt segetes campi, et erat exercitus iste, qui ex equo dejecit Cuulad O'Candelban Regem Loegariæ, ita ut obierit inde. Exercitus cum Donaldo O'Lochlin ad planitiem Covæ, donec abstulit obsides Ultoniæ, et donec ivit Temoriam, et combussit portionem magnam Loegariæ (regionis,) et vastaverunt terras

(1) Obitum *Magni* referunt ad eundem annum IV *Magistri*, et *Tigernachi* Continuator—De *Magna Caradocus* silet post ann. 1100, quo inquit---" *Arnulphum* Montgomeri navigasse Hiberniam ad " uxorem suam, filiam Murcertachi Regis Hiberniæ, conducendam in Walliam, cum copiis quas ei " suppeditaturus erat *Murcertach*; et *Magnum*, Haraldi filium, eodem anno iterum in Anglesia ap- " pulisse, ubi a *Gryffid-ap-Conano*, arbores quos vellet cedendi licentiam obtinuit. Deinde Man- " niam rediens, quam armis redegerat, et tribus ibi conditis Arcibus, nuncios misit in Hiberniam, " ad aliam Murcertachi fiiliam pro filio suo in uxorem petendam, qua obtenta, filium istum Man- " niæ Regem constituit." Wynne's Caradoc p. 124, year 1100. Confer ann. 1102.

immunes similiter. Cormac O'Cormac Dux (i. e. præcipuus Præfectus) Monachorum obiit. Dunchad O'Concobar Rex Ciannachtæ occisus a gente sua.]

An. Mcb. Kl. Jan. fer. i. Lun. xii. *Muredhach m. Canæ; Maelruanaid hi Bilrin, i r. h. Cairbre,* (i. e. Rex Carbriæ,) *Maelsechl. h. Conaing. i. da Dalcais,* [i. e. Dalcassiorum] in penitentia mortui sunt. *Concob. mac Maelsechl. ridomhna Temrach* o. e. *Domh. Comharba Patr. do techt co h Athcliath do denamh sita ettir Murcertach h. m Briain 7 m. m. Lochl. co ro gaib gallu ann, ocus co tuc imd a galu co Domhnach-Airter Emhna, co ro h ongadh ann, ocus co tucadh iarsin co Damliac con derbailt an, 7 tucad a corp co h Ardmacha, i* i. prid. Id. Augusti, 7 *i Saturn, 7 i feil Lasrein innsi Mured. 7 in viii. xxit.—Ceall. m. Aeda m. Maelisa do oirdned ina inad i Comarbus Pat. a togha fer n Er, 7 do chuaidh fo gradaibh il lou fheile Adomnain. Niallodhor h Concobar domarbh. Murgis h. Concenaind doec. Sluagh la Murcertach h m Briain coromarbh Donnch. h. Maelsechl. a righi iartair Midhe.* [Concobar filius Maelsechlanni futurus Rex Temoriæ occisus est.—Donaldus Vicarius Patricii venit Dublinium ad stabiliendam pacem inter Murcertachum O'Brian, et filium filii Lochlini, donec incidit in ægritudinem ibi, et deductus est inde in sua infirmitate usque *Donach-airtir Emna,* et chrismate unctus est ibi, et ductus est postea usque Duleek et obiit ibi, et translatum est corpus ejus Ardmacham, i. e. pridie Id. Augusti, et die Sabbati, et in festo S. Lasreani Insulæ Muredhaic, et in xxviii ..... *Ceallach* (i. e. Celsus, vel Celestius) filius Aedi filii Malissii ordinatus in ejus vicem ad Vicariatum Patricii, electione Hibernorum, et ivit sub ordines es (i. e. consecratus est) die festi Adamnani. (1) Niall pallidus O'Concobhar occisus. Murgisius O'Concennan decessit. Exercitus cum Murcertacho O'Brian, donec occidit Donnchadum O'Maelsechlan in regione occidentalis Midiæ.]

---

(1) Colganus in Catalogo Chronologico in Triade p. 299, inquit—" J. Waræus Celsum anno 1106 electum et consecratum scribit, quia IV *Magistri,* sequuti Annales *Ultonienses,* seu *Senatenses,* uno anno antevertunt æram communem."—Errant autem et *Colganus* et *Waræus*; primus, quia nec Ultonienses, nec IV Magistri æram communem antevertunt ab anno 1015; secundus, quia Celsi electionem, &c. refert ad ann. 1106. De script. Hib. l. 1, c. 8. Celsus hic a S. Bernardo coævo memoratur in Vita S. Malachiæ. " *Virum undequaque doctissimum*" eum appellat *Brianus Twinus* Antiq. Oxon. Acad. Apol. l. 2, Sect. 280.

An. ꝑ t vi. Kl. Jan. fer. ii. Lun. xxiii. *Crech sluaigh la Domhn. h Lochl. i foiridhin Donncha h. Maelsechl. coro ortadar iartar Midhe, 7 co tarus Donnch ann for scemhl. 7 coromarbh e. Disirt Diarmata con a Dertaig do loscad. Tuathal Com. Coemhgin* i. p. q. *Ceall. Com. Pat. for cuairt ceneoil Eog. c. na chur co tuc a og reir, i· bo cech vi er, l. agh n dara cech trir, l. l7h unga cech ceth. la taebh n edbhart n imda olchena. Cathbair h. Domhnaill r. ceneoil Lughdach Ceall. for cuairt Muman c. na chur bes, co tuc a lan cuairt, i· vii mbae, 7 vii cairigh, 7 l7h unga cech fuind tricha c. Mumain, la taeb set n imda olchena, ocus arroet im Ceall. gradha uasal Esp. donchursin afor congra fer n Er. Caincormac h Baigill uasal Esp Airdmach in* p. q. *Etgair Ri Albain* m. e. [Devastans exercitus cum Donaldo O'Lochlin ad deponendum Donnchadum O'Maelsechlan, donec vastaverunt Occidentalem Midiam, et donec allexit Donnchadum ibi insidiose et occidit eum. Monasterium Disirt-Diarmat cum suo Xenodochio combustum. Tuathal Vicarius Kevini in pace quievit. Celsus Vicarius Patricii visitat Tironiam prima vice, donec abstulit plenarium tributum, i. e. (juxta populi censum) bovem ab omni senario numero populi, vel juvencam ab omni ternario, vel dimidium unciæ a quovis quaternario, cum multis aliis oblationibus similiter.—Cathbar O' Donnell Rex Clientelæ Lugdachorum (obiit.) Celsus visitat Momoniam prima vice adhuc, donec abstulit plenariam visitationem, i. e. septem boves et septem pecora, et dimidium unciæ, a quovis fundo tricenario Momoniæ, (1) simul cum rebus pretiosis multis similiter, et convenerunt cum Celso

(1) Vox *triocha-ceud* interpretatur Saxonice "*Cantred*," Anglice "*Hundred*," *O'Brien* Vocabul. Hibern. At si interpretationem literalem spectes, est *triginta centenorum* spatium. Provincia usque hodie appellatur Hibernice *Coigeadh*, i. e. quintana divisio, quia Hibernia antiquitus in quinque Regna seu Provincias divisa erat. Quæque *Coigeadh* divisa erat in *triochadh-cheud*, i. e. in triginta centenarias divisiones, constantes e 30 pagis. Vetus auctor apud Flaherteum, Tricenarias cujusvis Provinciæ sic carmine complexus est, juxta computum Fintani.—"In *Ultonia* Tricenariæ 35.—In "*Connacia* 30. In utraque *Momonia* 70.—In *Lagenia*, quæ ab ostio Liffæi amnis ad Boariam semi-"tam extenditur, 31.—In Midia 18, nimirum in ipsa Midia 13, in *Bregia*, ubi sita erat Temoria, 5. "In toto, Tricenariæ 184."—Denique, quidquid sit de aliis divisionibus, *Tricenaria*, seu *Triochad-cheud*, constabat e 30 pagis, 120 sequiquadrigis, quæ totidem *Hidis* Anglo-saxonum respondebant, et 14400 jugeribus Hibernicis. Singuli *Pagi*, præter agrum sufficientem ad arandum, pascua 300 vaccis, atque ita, quæque *Tricenaria* 9000 vaccis suppeditabant. Extat inter Codices Stowenses "*O'Duvegani Descriptio Provinciarum Hiberniæ*," scripta versibus Hibernicis ante annum 1374,

gradus venerabilium Episcoporum ista vice, consilio Hibernorum. Caincormac O'Bagill, venerabilis Episcopus Ardmachanus in pace quievit. (1)— Edgar Rex Albaniæ mortuus est. (2)

An. ꝑ c bii. Kl. Jan. fer. iii Lun. iv. *Snes. ai lai con aidche do ferthain in c. ain ria feil Pat. corola ar cetra in Er. Cenncoraid do loscad et. da Caisc, cosescait dabhach et. midh, 7 brogoid. Concob. m Duinsleibe ridomhna Ul. domarbh do feraib Fernmhuighi. Maind ria n uib Bresail for ui Meith i torcair an ar imarigh i Aed h. Innreachtaigh. Cathusach h. Tuamman ri h m Briuin ar chaille do guin do uib Cremtain, con derbailt de. Eog. mc. mc. Ri ab domarb. na dhighail. Fliuc dhoinenn mor isin bl. si co ro millna h arbhanna. Maelpat. h. Drucan do gabh. ferusa Leighinn Airdemacha il loo feile Ailbe 7 Molaisi Daiminnsi. Maelcolaim h. Brolcan do gabh. Epscop. iarnamharach. Sit m blina do denamh do Chell. Com. Pat. ettir Murch. h. m Briain 7 Domh. m. m. Lochl.* [Nix die et nocte cecidit die primi jejunii (i. e. die Mercurii) ante festum S. Patricii, ita ut perirent armenta in Hibernia.— Cenncora (Arx Regum Momoniæ) combusta inter duo Paschata, (i. e. inter diem Paschæ et Dominicam in Albis,) cum sexaginta e suis propugnaculis, tam speculis (seu turribus exploratoriis,) quam locis munitis. Concobar filius Dunslebii futurus Rex Ultoniæ occisus a Fernmoyensibus. Victoria parta per O'Bresallos de O'Meithis in qua occisi sunt plurimi cum suo rege i. e. Aedo O'Inrechtag. Cathusach O'Thuamman Rex O'Briuniorum hasta vulneratus ab O'Crimthanis ita ut obierit inde. Eogan filius filii Riabii occisus in vindictam. Imbrium inundationes ingentes hoc anno ita ut destruerent segetes. Maelpatricius O'Drucan obtinuit Prælectoris officium in

---

quo obiit, unde constat quinam fuerint Duces, et Magnates cujusque Provinciæ, et quænam regio peculiaris, et portio propria cujusque. Cod. MS. *Stowensis* No. X. Non dubito quin plura de statu Hiberniæ nobis incognita inde derivanda sint, præsertim si conferatur cum alio Codice *Stowense* MS. Hibern. No. VIII, cui titulus *Dinseanchusa*, a quingentis et amplius annis exarato, in quo vetustissima extat Hiberniæ topographia. Vide Codicem MS. in Waræi Antiq. c. 3, p. 12, ex Biblioth. Usserii, et *Girald.* Top. Dist. 3, c. 5, p. 737.

(1) Hic fuit creatus suffrageneus Donaldi, in festo Pentecostes anni 1099, uti patet ex IV *Magistror.* Annal. ad ann. istum.

(2) *Edgari* obitum referunt *Chron. Saxon.* p. 215, et Florent. p. 652, ad ann. 1107; prior *idibus Jan.* posterior *viii Id. Jan.* "Successit ei Alexander I ejus frater, quemadmodum Rex Henricus "illud ei concessit." *Chron. Saxon.* ib. Errat itaque Flaherteus qui ejus obitum refert ad ann. 1109. Vide supra not. ad ann. 1099, pag. 362.

schola Ardmachæ die festi Albei et Molassii Damhinisensis. (1) Malcolam O'Brolcan obtinuit Episcopatum die sequente. Pax anni stabilita per Celsum Vicarium Patricii inter Murchadum O'Brian, et Donaldum filium filii Lochlini.]

An. ᵽ c viii. Kl. Jan. fer. iv. Lun. xv. *Luimnech do loscadh do aitt.—Domhnall h. Anbeith r. h. Meit, Domh. h. Ruairc ri h. m. Briuin* o. s. *Ceall. Com. Pat. f. cuairt Connacht c. na chur co tuc a ogh reir. Oengus h. Cleirchen moer Dhailcais, Ceall. h. Coemoran Com. Cainnigh. Athach gaithi do thiachtain ki. t. n. Sept. Tech do gabh do u Mathgamna 7 do u Maelruanaigh, i. Eoch. m. Duinnsleibe h. Eocha f. Gollngarbraidhe, i. f. rig. n. Ul. 7 a dichennaidh leo. Aed m. Duibhdaleithi i. fos-Aircinnech Ardamacha adb.ar Com. Pat. doec. Dairmhes mor for Eriuile. Blian sutach condegh sin 7 commad arbha, 7 measa in blina sin. Inis h. Labradha do thoghail la firumanach.* [Limericum combustum fulmine—Donaldus O'Anbet Rex Meithorum, Donaldus O'Ruarc Rex Briuniorum, occisi sunt. Celsus Vicarius Patricii visitat Connaciam prima vice, donec abstulit plenarium tributum. Oengus O' Clerchen Oeconomus Dalcassiorum, Celsus O'Coemoran Vicarius Cannici, (mortui sunt.) Procella venti venit tertio Nonas Septembris. Domus expugnata per O'Mathgaman, et O'Maelruanag, i. e. Eochad filius Donnslevii O'Eochada contra Galgarbradium, i. e. contra Regem Ultoniæ, et is decapitatus est ab eis. Aed filius Dubdalethei, i. e. Vicepræpositus Ardmachanus, futurus Vicarius Patricii decessit. Glandium abundantia magna per totam Hiberniam. Annus faustus præterea et abundantia grani, et fructuum hoc anno, Insula O'Labrad expugnata a Fermanachensibus.]

An. ᵽ c ix. Kl. Jan. fer. vi. Lun. xxvi. *In Chaisc for* vii *Kl. Mai, 7 min-Chaisc ala laithiu da Samhr. 7 feil Mocholmoc leith f. Sathar. miti. Gilla Ailbe h. Ciarmac ri Aine cliach* m. e. *Maelisu h. Cuillen uasal Esp. tuaisceirt Er. Oengus h. Donnallan primh Annchara samhtha Col. Cill. Ar. h. m. Bresail im a righ i. im Dartinnech, do tuitim la h. Meith 7 la firu*

(1) " Lectorum Scholæ Ardmachanæ successio continuatur ab anno 952 ad annum hunc, quod ideo noto, ut Ardmachanæ Academiæ, inter medias Norwegiensis tempestatis procellas, aliqua deprehendi possint vestigia." *Usser.* Primord. 861. Confer quæ de hac Schola dicta sunt supra pag. 127.

Fernmhuighi. Slogh la Murcertach h. m Briain 7 foiridhin Murch. h. Maelsechl. co ro airg dreim do ui Briuin. Slogh don la Domh. h. Lochl. co tuaisceirt Er. co sliabh n Uait, con dearna Ceall. Com. Pat. sith mblina 7.r h m. Briain 7 h. Lochl. con deochadar tuasc. t Er iar sin co magh h. m Bresail foramus Ul. badar i maigh Cobha, co tardsat Ul. na teora giallu ro thogh sat fein doibh. Cocrich Com. Samthuinne Cluana Bronaigh q. *Aedh h. Ruairc do thecht illong port Murch. h. Maelsechl. fa dho. corola ar tri escaine Samta Pat. Ar h. Meith ima righ, i. Gollbairce, 7 drem dferaibh Fernmuighi do tuitim la hui Bresail, 7 la huib Each. Dom. ruadh m. Gilla Pat. ri Osraighi domarbh do m. Caebaile ic cor cloche. Donnch h. Duibdiarma.* m. e. [Pascha incidit in vii Kal. Maii, et parva Pascha, i. e. Dominica Pentecostes, in diebus Æstivis, et festum Mocholmochi Lethensis die Sabbati Bacchanalium. Gildas Albeus O'Ciarmac Rex Ainecliach mortuus est. Malissa O'Cuillen venerabilis Episcopus septentrionalis Hiberniæ, Oengus O' Donnallan præcipuus Anachoreta congregationis Columbæ Ecclesiarum, (obierunt.)—Strages O'Bresalliorum cum suo Rege, i. e. cum Dartinnecho, occiso per O'Meithos, et per viros Fernmoyenses. Exercitus cum Murcertacho O'Brian in adjutorium Murchadi O'Maelsechlan, donec vastavit portionem (quosdam) de O'Briuniis. Exercitus potens cum Donaldo O'Lochlin, (et) cum septentrionale Hibernia usque montem Fuad, donec fecit Celsus Vicarius S. Patricii pacem anni inter O'Brian et O'Lochlin, et profecti sunt septentrionales Hibernici postea usque planitiem O'Bresalliorum contra Ultonienses, et remanserunt in planitie Covæ, donec dederunt Ultonienses tres obsides quos dederunt ipsi eis (antea.) Cochrius Vicarius Samthanni, Monasterii Cluanæ-Bronagiæ, quievit. Aedh O'Ruarc venit in castra Murchadi O'Maelsechlan nocte, donec fecit stragem magnam, propter maledictiones congregationis Patricii. Strages Meithorum cum suo Rege, i. e. Gollbarchio, et portio virorum Fernmoyensium cecidit, occisa ab O'Bresalliis, et ab O'Eachiis. Donaldus rufus filius Gildæ Patricii, Rex Ossoriæ, occisus a filio Caebalii, jactu lapidis. Donchad O'Dubdiarma mortuus est.]

An. ꝑ c r. Kl. Jan. fer. vii. Lun. vii. *Echtigern h. h. Fergail, prim athloech toghe,* [præcipuus Athleta (et) præstantissimus] in pace quievit. *Gilla Col. h Moelmhuaidh, ri Ferceall* [Rex Fercalliæ] jugulatus est. *Cernac m. m. Ulcha, Air Culara thain* [Præpositus Culratensis] in penitentia mortuus est.

Flan h. Aeda, com. Enne Arann [Vicarius Endei Araniæ] mortuus est.— *Maelruanna h. Machanen ri Mughdor.* [Rex Mugdorniæ] occisus est.— *Murcha m. Taidhg h. Briain, ridomhna Mumhain* [futurus Rex Momoniæ] mortuus est. *Bebinn in. Cennetigh h. Briain, b. Domhn. h. Lochl. righ Ailigh* m. e. *Crech la Domhn. h Lochl. i Connachtaib co tuc mile do brait, 7 ile mhile do chethraibh. Maind Rois ar belaibh Cruachna ria sil Muredhaigh ar Conmacnibh, i torcradar tri hoe Erghaile, 7 maithi imda arcena. Bran h. Bric senoir iar Muman, Gilla Pat. h. Duibhratha fer leighinn Cille dalua 7 sui Muman, ·i· sui Cruterechta, Ferdomnach dall fer leighinn Cillidara, Ceall. Com. Pat. c. na chur for cuairt Midhe co tuc a reir.*— [Bebinna filia Cennetegi O'Brian, uxor Donaldi O'Lochlin Regis Alichiæ, mortua est. Exercitus cum Donaldo O'Lochlin Connaciam, donec abstulit mille captivos, et plurima millia armentorum. Victoria Rossiæ prope Cruachan, parta per clientelam Muredagi de Conmacniis, in qua occisi sunt tres O'Ergalii, et Magnates plurimi similiter. Bran O'Bric senior Occidentalis Momoniæ, Gildas Patricius O'Dubhratha prælector Killdaluensis, et peritus Momoniæ, i. e. peritus Citharista, Ferdonac cæcus prælector Killdaræ, (obierunt.) Celsus Vicarius Patricii prima vice visitat Midiam et aufert suum tributum.]

An. ꝑ c xi. Kl. Jan. fer. i. Lun. xviii. *Donenn dearmair re oidh 7 snes.ai, corolai ar cenntai, 7 altai. Cathusach h Leadi do samaidh Pat. uasal senoir Er.* i. p. q. *Lughm. do losc. Portlarge do losc. Cenannus do losc. Slegh la h Ultu co Tealnooc co ro tescsat a biledha. Crech la Niall h. Lochl. co tuc mile l. tri mile do buaib in an dighail. Tene daith do losc Duindal7hglass ettir Raith 7 Trian. Senod do tinol in Fiadh m. Oengusa la maitibh Er. im Ceall. Com. Pat. 7 im Maelmure h h.n Dunan in usal senoir Er. co l. ait n Epscop l.* paulo plus, *co tribh c. aibh Sacart, 7 co tri milib m. n Eclasa, im Murcertach, ·i· im h. Briuin co maithibh L7he Mogha in erail riaghla 7 sobhesa for cach Er. tuaith, 7 Eclais. Donnch. h. Anluain ri h. Niallain domarbh dia braithribh i mebhail. Na braithir hi sin fein domarbh do huibh Niallain in a dhighail ria cenn* xx *aidhche. Comdhal et. Domhn. h Lochl. 7 Donnch. h. n. Eocha ec Oncuan condernsat lan sit, 7 co tardsat Ul. et. edha a riara fein do Domhall h. Lochl.* [Imbrium inundationes ingentes cum gelu et nive, ita ut facta esset strages armentorum et ferarum. Cathu-

sach O'Leadai e congregatione Patricii, venerabilis Senior Hiberniæ in pace quievit. Lowthensis (civitas) combusta. Waterfordia combusta. Kellensis combusta. Exercitus cum Ultoniensibus usque Tullyog, donec cederunt ejus arbores sacros. Exercitus cum Niallo O'Lochlin donec abstulit mille, vel tria millia boum in vindictam. Fulgur comburit Dunum (oppidum) Arcem et vicos. Concilium habitum apud Fiadhmacœngus, a Magnatibus Hiberniæ, cum Celso Vicario Patricii, et cum Malmurio O'Dunan venerabile seniore Hiberniæ, cum 50 Episcopis vel paulo plus, cum 300 Sacerdotibus, et cum 3000 Ecclesiasticis, simul cum Murcertacho, i. e. filio O'Briani, cum magnatibus dimidii Moghæ, (i. e. dimidii australis Hiberniæ) ordinantes canones, et morum statuta pro omnibus Hibernis, sæcularibus et clericis.(1) Donnchad O'Hanlan Rex Niallanorum occisus a fratribus suis dolose. Iidem fratres ipsi occisi ab O'Niallanis in vindictam, ante spatium xx noctium. Colloquium pacificum inter Donaldum O'Lochlin et Donnchadum O' Eochad apud Oncuan, et inierunt plenariam pacem, et dederunt Ultonii obsides duos, et tributum suum Donaldo O'Lochlin.] (2)

An. ꝑ c xii. Kl. Jan. fer. ii. Lun. xxix. *Raith Ardamacha con a tempull do loscad i.* x. Kl. Ap. 7 *da sreith trian Massain*, 7 *in tres sreith do triuin Mhor. Congalach m. Conchaille Air. Daire isin iv bl. xc* aetatis s. i. pen. op. q.— *Crech la Domhn. h. Lochl. dar Finegall co tuc borom mor*, 7 *brait imda. Gorml. ·i· Murcha m Diarmata, ·i· Com. Brig.* [Arx Ardmachæ cum sua Ecclesia combusta x Kal. Aprilium, et duo vici ternariæ (regionis civitatis, dictæ) *Massan*, et tertius vicus ternariæ (divisionis) *Magnæ*. Congalach filius Conchallii Præpositus Derrensis in 94 anno ætatis suæ, in pœnitentia optima quievit. Exercitus cum Donaldo O'Lochlin ultra Finegal donec abstulit boum prædam magnam, et captivos plurimos. Gormlatha filia Murchadi filii Diarmitii, i. e. Vicaria Brigidæ] in bona pœnitentia mortua est.

---

(1) Concilii hujus meminit *Henr. Marlburg.* vicarius de *Baliscadan*, in Chronico. Waræus in l. 1, c. 8, de Scriptorib. Henricum castigat " quia inquit a fictitio quodam *Mauritio Lochlin* coactum " fuisse." Waræum sequitur Spelman Concil. t. 1, p. 392, ubi agit de Synodo *Usneachense* in Hibernia ad ann. 1112. Errant ambo tam in re, quam in anno, Marlburgensis tantum in nomine, scribens Mauritium pro *Murcertacho*.

(2) IV *Magistri* ad ann. hunc inquiunt—" *Creach la Toirr ua Concob. co ro airg co Beind-each-* " *labhra.*" [" Exercitus ductus a Tordelbaco O'Concobar rege Connaciæ usque Montem Each- " labhra, hodie *Swadlingbar.*"]

An. ꝑ t rtii. Kl. Jan. fer. iv. Lun. x. *Connla h. Flainn Com. Molaissi L7hglinne* q. *Coer teinedh do tiachtain aidhce feili Pat. for Cruach an Aighle co ro mill xxx don does troscthi. Diarmait h. Ceall. Com. h. Suanaigh, Maelsechl. h. Concob. r. Corcomruadh, Finncaisse h. Loingsigh ri Dalnaraide* i. pen. m. s. *Donnch. h. Tair-c.t domarbh la Niall h. Lochl. la rig ceneoil Conaill. Domhn. m. Donncha m. Gilla Pat. domarbh do Gullgabran. Slogh la Domhn. h. Lochl. co cenel Eog. 7 Conaill, 7 Argiallu, i. co Glendrige, coro inarbsat Donnch. a righi Ul. 7 co ro rannsat Ultu 7.r h. Matgamna 7 macu Duinsleibe. Dalnaraide. v.o. 7 hui Each. aicce fein. Slogh la Murcertach h. m Briain co feraibh Mumhan, 7 co Laignibh, 7 Connachtaibh, co magh Cobha, foirithin Donncha. Slogh dan la Domhn. h. Lochl. cus na sluagh remhraitibh co mag Cobha beus i foirithin Ul. corraibe imese cata et. ru, coronetar scar Ceall. Com. Pat. fo ghne sith. Donnch. h. h Eocha do dall. la h. Eoch. h. Matgamna, 7 la h Ulltu. Sloigh la Murcertach h. m Briain, 7 la l7h Moga et. Loech 7 Cleirech co Grenoic. Domhnall m. m. Lochl. co maithibh tuaisceirt Er co Cluain Cain fer Rois com badar fri re mis cind comhair, con derna Ceall. Com. Pat. 7. bachall Issu bes sith mblina ettoriu. Scanner crodha 7.r firu Fernmhuighe fadhein itorcratar da ridamna Fernmhuighi, i. h. Crichan 7 h. Donnacan.* [Connla O'Flann Vicarius Molassii Lethglinnensis quievit. Pluvia ignea cadens nocte festi Patricii supra montem Orationum (hodie *Cruach Padraic* Mons Patricii,) destruxit xxx de tuguriis jejunantium.—Diarmitius O'Kelly Vicarius O'Suanagii, Maelsechlan O'Concobar Rex Corcomroensis, Finchas O'Longsig Rex Dalnaradiæ, in pœnitentia mortui sunt. Donnchad O'Tarcert occisus a Niallo O'Lochlin rege Tirconalliæ. Donaldus filius Donnchadi filii Gildæ Patricii occisus a Gilda Gabran. Exercitus cum Donaldo O'Lochlin Tironiam, et Tirconalliam, et Argialliam, i. e. usque Glennrigiam, donec expulerunt Donnchadum e regno Ultoniæ, et diviserunt Ultoniam inter O'Mathgamna et filios Dunslebii. (1) Dalaradia vero et regio Each sibi ipsi (retinuit.) Exercitus cum Murcertacho O'Brian, cum Momoniensibus, et Lageniensibus, et Connachtensibus, usque planitiem Covæ

(1) *Mathgamani*, Regis Ultoniæ, meminit *Caradocus* ad ann. 1074, " Gruffydh ap Conan cum auxi-" liaribus quos ei dederunt reges Ultoniæ Encumalhon, Ranhalt, et *Mathawn*." Wynne's Caradoc, p. 105.

in subsidium Donnchadi. Exercitus validus cum Donaldo O'Lochlin contra exercitus prædictos, usque planitiem Covæ pariter, in subsidium Ultoniensium, ita ut impenderet prælium inter eos, donec separavit eos Celsus Vicarius Patricii sub specie pacis. Donnchad O'Eocha oculis orbatus ab Eochadio O'Mathgamna et ab Ultoniensibus. Exercitus cum Murcertacho O'Brian, et cum dimidio Moghæ, Laici et Clerici, usque Grenog. Donaldus filius filii Lochlini cum Magnatibus septentrionalis Hiberniæ usque Cluancanniam Rossiorum, et manserunt spatio mensis ex adverso, donec fecit Celsus Vicarius Patricii, et Baculum Jesu item, pacem unius anni inter eos. Prælium atrox inter Fernmoyenses in obscuritate (noctis) in quo occisi sunt duo futuri Reges Fernmoyenses, i. e. O'Chrichan, et O'Donnacan.]

An M c xiv. Kl. Jan. fer. v. Lun. xxi. *Flann mac Lanncha, Com. Molaissi Daiminsi* [Vicarius Molassii Damhinisensis,] *Maelcoluim h. Cormacan, Com. Enni Aran,* [Vicarius Endei (Insulæ) Araniæ,] *Diarmait h. Flaindchua Com. AilbeImlecha Ibair* [Vicarius Albei Imlecensis S. Ibari,] *us al. Eps. 7 fer leigind, eirnedhach seoid, 7 bidh, enigh, 7 derce,* [venerabilis Episcopus, et Prælector, munificus donator rerum pretiosarum, et commeatuum, et munerum, et eleemosynarum,] *Ferdomhnach h. Clucain, Com. Cenannsa* [Vicarius Kellensis] in pace quieverunt. *Teined galar moir do ghabhail Murcertaigh h. Briain righ Er. condna an bhabras.a, 7 coroscar fria righi. Diarmait-imm, do ghabhail righi Mumhain ina fhiadnusi cen cetug. Sluagh la Domhn. h. Lochl. co raith Ceann. co tainig Eoch. h. Mathgamna con Ulltaibh ina theach, ocus Donnch. h. Loingsigh con Dalnaire, ocus Aed h. Ruairc co feraibh Breifne, ocus Murch. h. Maelsechl. co feraibh Midhe. Dollotar iarsin diblinaibh dar Athluain co Dunleodha, co tainig tair Dealbhna H. Concob. co Connachtaibh, ocus Niall h. Lochl. co cenel Conaill ina airiucht. Docotar im uile iarsin co Teal. h. ndegaigh in Dalcaiss con dernsatar osadh mblina la fir M. an. Da deoch. dan Domhn. h. Lochl. ar fud Connacht dia thigh.— Aed m. Donnch. h. Eocha ridomhna Ul. Donnch. h. Loingsigh ri Dalnaraide, H. Canannan ·i· Ruaidri, ridomhna cenuill Conaill, ·i· o cenel Eog. Murcertach h. Lochl. ridomhna Ailigh,* [Ægritudo magna corripuit Murcertachum O'Brian Regem Hiberniæ ita ut surdesceret, et regnum abdicaret. Diarmitius O'Brian arripuit sibi regnum Momoniæ, in ejus conspectu, sine ejus licentia. Exercitus cum Donaldo O'Lochlin usque Arcem Ceann, donec

venit Eochad O'Mathgamna cum Ultoneniensibus in ejus domum, et Donnchad O'Longsigh cum Dalnaradiis, et Aed O'Ruarc cum Brefnensibus, et Murchad O'Maelsechlan cum Midensibus. Ierunt postea simul ultra Athloniam usque Dun-loe, donec venerunt Tordelbac O'Concobar cum Connachtensibus, et Niall O'Lochlin (filius Donaldi ipsius) cum Tirconallensibus, in ejus subsidium.—Profecti sunt omnes postea usque *Tealach dega* in Dalcassia, donec inierunt pacem anni cum Momoniensibus. Rediit Exercitus Donaldi O'Lochlin per Connaciam usque suam domum. Aed filius Donnchadi O'Eocha, futurus Rex Ultoniæ, Donnchad O'Loingsigh Rex Dalnaradiæ, O'Cannanan, i. e. Rodericus futurus Rex Tirconalliæ, i. e. a finibus Tironiæ, Murcertach O'Lochlin futurus rex Alichiæ] invicem interfecti sunt.

An. M c xv. Kl. Jan. fer. vi. Lun. ii. *Donenn der maer re oidh 7 snecta o* xv *Kl. Jan. co* xv *Kl. Martai, l.* paulo plus, *coro la ar en, 7 ceathrai, 7 doene, 7 dia ro fas t. ca mor fo Er uile, 7 illaighnibh sech cach. Diarmait h. Briain. ri Mumhan do ergab. la Murcertach h. m Briain. Esce do tabhairt do macaibh m Aedha m Ruaidhri im Toirr. h. Conchob. im righ Connacht co ro loit set 7 gur bo crolighi do. Maind ria n Domhnall h m Briain 7 ria n Gall Athacliath for Laighnibh, itorcair Donnch. h. Maelnambo r. h. Ceinnsel. Concob. h. Concob. r. h. Failghi, con a macaibh 7 sochi archena. Dom. m. Taidhg h. Briain ridomhna Mumhan domarbh do Connachtaib. Murcertach h Briain do ghabh. a righi do riisi, 7 do tiachtain sluaigh illaing 7 imbreghaibh, Damhliacc Ardabrecan con a lan do doinibh do loscadh do feraibh Mumhan, 7 cealla imdha archena i feraib Breagh. Crech mhor la Tairrdhealb. h. Conc. 7 la Connachtaib coro airgset tuath Mumhan co Luimeach corucsat boroma diairmidhe 7 brait imdha. Maelsechl. h. Maelsechl. ridomhna Temhrach* o. e. [Inundationes imbrium ingentes, cum gelu et nive, a xv Kl. Jan. ad xv. Kal. Martii, vel paulo plus, ita ut mortalitas esset volucrum, et armentorum, et hominum, et ideo factum est jejunium magnum per Hiberniam totam, et in Lagenia præsertim. Diarmitius O'Brian Rex Momoniæ captus a Murcertacho O'Brian. Prælium victoriosum gestum contra filios filii Aedi filii Roderici, a Tordelbaco O'Concobar Rege Connaciæ, ita ut irent et sese dederent humiliter ei. Victoria parta per Donaldum O'Brian, et per Alienigenas Dublinii de Lageniensibus, in qua occisus est Donnchad O'Maelnambo Rex Cennselachiæ, et Concobar O'Concobar Rex

Hy Falgiæ, cum suis filiis, et pluribus similiter. Donaldus filius Thadei O' Brian futurus rex Momoniæ occisus a Connachtensibus. Murcertach O' Brian obtinuit regnum iterum, et venit cum exercitu Lageniam et Bregiam. Ecclesia lapidea (Cathedralis) Ardbrecanensis, plena hominum, combusta a Momoniensibus, et Ecclesiæ plurimæ similiter in terris Bregiarum.—Exercitus ingens cum Tordelbaco O'Concobar et cum Connachtensibus donec vastaverunt populos Momoniæ usque Limericum, et abstulerunt boum prædas ingentes, et captivos plurimos. Maelsechlan O'Maelsechlan futurus Rex Temoriæ occisus est.] (1)

Earca mater Murchertachi Regis Hib. T. 183, filia Loarni, ib. et 114 ad 118, bis nupta, 1°. Murchardo, Nialli Magni ex Eoganio filio Nepoti, 2do. Fergusio, Conalli Gulbanii filio. (1)

Ercus Dalriadæ Dynata, et filii ejus, T. 103, 105, n. 39; 116–118, 128–136.

Erci Epi. Slanensis, Discipuli S. Patricii, obitus, T. 128.

Eochoid Poeta,—vide *Coeman* et *Eamania*.(2)

Eachtigern Equorum Dominus.

Eachoid Equorum possessor.

Eclipses a Tigernacho memoratæ, 255,—vide *Solis* et *Lunæ* deliquia. Eclipsis anni 763, T. 256. Duæ aliæ, Solis nempe et Lunæ, anno 1023, T. 275.

Edgarus Rex Saxonum, T. 259.

Egfridus fil. Oswii cæsus a Brudeo filio Bili Rege Pictorum, T. 213.

Eire et *Alba*, duo Colles sacri in campo Liffiense, T. 111.

Eusebii Epocha Christiana, juxta Tigernachum, T. 55, Cronici ejus finis, T. 181.

F

Fedhacoin Prælium, F. 190. Rex Pictorum victor, ib. et 191.

Find-faidheach, Reliquiarium S. Patricii, T. 273.

Finnius amnis inter Tironiam et Tircoanlliam dilabitur.

Fingeni Regis Momoniæ conjux, Poetria, T. 185.

Finni filii Cubhalli, vulgo *Fingal*, vera Epocha. T. 48, n. 81; et 49, n. 89; et 50 ad 55.

Finniani schola Cluanirardensis, T. 136.

Fintan, qui et Munnu, T. 160, et 192.

Firbisius (Dualdus) scriptor, T. 233.

Flannus Butensis, T. 300.

Flannus a Monasterio, i.e. Monachus Butensis obiit anno 1056, 7 Kl. Decemb. et Lunæ 16. Synchronismos scripsit Regum Hibernorum cum exteris, apud O'Duveganum a fol. 104. Ogyg. p. 92. Scripsit metrice suc-

(1) Fergusius patruelis erat prioris mariti. Ex Erca genuit Subneum patrem Anmirii R.H. et Fergusium Avum S. Columbæ.

(2) " *Eamania* fossis latis, vestigiis murorum eminentibus, &c. *etiamnum* pristinum redolet splendorem." Colgan in Triade. A Concobari nec Nessæ, Regis Ultoniæ, obitu, ad Eamaniæ excidium, xv Ultoniæ Reges enumerat *Eochodius O'Floinn*, in Carmine " *Eamhain Iodhnach aibhin*," quorum tempora et nomina recenset Colman O'Seasnan, in Carmine " *Eamhain alain arus Uladh*." Og. p. 305. Debellata Eamania, universa fere

cessiones Regum Temoriæ, "*Righ Teamhra dia teasban tnu.*"

Hi Fiachra Aidne in agro Galviensi, Tuamoniæ finitima.

Hi Fiachra Muaidhe, a Muadio fluvio in orientali Connacia, V. Amalgaid et T. 89, n. 85.

Tir-Fiachra Sligoensis.

Fiachria (Hi) Tironiæ, Regio est ubi jacet Ardaratha, sedes olim Episcopalis, ad Dergum fluvium in Clochorensi, in Tironia. Orgialliæ Principum prius Regalis sedes, deinde Cathedralis. Circa ann. 1266, cum pluribus aliis Hi Fiachriæ Ecclesiis, Tironiorum potentia, a Clochorensi Ecclesia subtracta, et Londinodorensi Cathedræ adjecta.

Hi Figente Regio in media Momoniæ planitie, usque ad medium Montis Luachra in Ciarrigia, ad Australem Senani fl. ripam, Limericensis Com. planities hodie appellata. De hac regione, et Corcoaihe plebe, fuit S. Molua, S. Bernardi *Luanus*, in Vit. Mal. S. Comgalli Discipulus, cujus Monasterium Cluanfertense in Com. Reginæ, et in Lagisia situm est, ad radicem montis *smoil*, qui Mons Bladma dicitur.

Flan-Fiona.—Ita Aldfridum Regem Saxonum Hiberni appellant, a matre, quæ, ut aiunt, filia fuit Flanni Fionæ, sive Flanni Candidi, Regis totius Hiberniæ, I. 17, n. 3.

Foghnamh submissio "*Foghnamh ui Neill* 1399." Q.M.

Fomhhoraig transmarini *Fo-Muiraig*.

Forba .i. *ferann*, terra, *forba fas* terra inculta Vita Finchoii, p. 83. Hinc *Comfhorba*.

Forgham, percussio, An. Q.M. 844.

Fordreman Lacus prope montem *Miss*, in agro Kerrense, qui quondam a Salo discretus, nunc, mare a pluribus sæculis prorumpente, appellatur "The Bay of Tralee." Alius erat Mons Miss in Dalaradia.

Fortcherni Grammatica Hib. antiq. "*Uraicoacht-na-n Esigios*," i.e. præcepta Poetarum dicta, quam Kennfaola filius Olilli, Donaldo regnante, A.D. 628, interpolavit. Og. p. 217.

Fotharta Lageniæ regio, nunc Forth Barony, in Com. Wexford—"Palladius appulit in regione de Hy Garchon, in extremis Lageniæ finibus." Fiechi Scholiast. "*Rath n Aet* in Hy Garchon, i.e. in Fotharta Lageniæ." Marian Gorman in Triade, p. 374.

Septem fuere ditiones Fothartæ dictæ, in Hibernia. Colg. Acta, p. 143. "Aurifodinæ repertæ apud *Fothart*, regnante Tigernmasio, qui Scyphos et crateres aureos et argenteos, fieri curavit, aurifice Ucadano de Cualan, in agro Wickloense apud *Fothart*, in Liffei margine orientale." Q.M. Fotharta una a Momoniæ confinio tendebat ad ostium Slanii, altera ab adversa ripa, Slanio inter utramque medio, in sinum Wexfordiæ. Erat et *Fotharta* airbreach, quæ et *Bri-Eli* dicta est.

Fremania regio in Lagenia, Tigern. ante C. 46.

Ultonia a Nialli Magni filiis, sæculo v, subacta fuit, Rudriciis et Dal-Fiatachiis intra unius pene Comitatus Dunensis limites, quam *Ulidiam* dixere prisci, conclusis. In ea ditione pauci e Rudriciis rerum summa potiti sunt præ Dal-Fiatachiis, qui eam usque ad Anglorum ingressum, anno 1177, tenuerunt, sicut pauci e Dalfiatachiis Reges Ultoniæ erant præ Rudriciis, ante excidium Eamaniæ, anno 331–2.—Ingressi sunt itaque primi Incolæ Hiberniam, non omnino ab austro, sed partim a septentrione. Scoti ab Austro, Damnonii ab Occidente Connaciam occupavere, Menapii atque Brigantes tenuere Lageniam.

Frigabail, Amnis inter Dalaradiam et Dalriadam.

Fuad Mons in Orgiellia, T. passim.

G

Gabhra prælium prope Temoriam Bregensem in Midia, non prope Temoriam Luachra, in agro Limeric, gestum aCarbreo Liffecario R.H. A.D. 296. In hoc prælio Carbreus, et Osgarus, Finni, filii Cubhali ex *Oissino* nepos, ceciderunt, T. 56-7, ad 60, 64, n. 20.

Gaethluige Getuli, Og. 67. Ita Coeman in Carmine Hibernico—"*Gaedhil Glas ettaidh Gaedhil*," Getulus viridis a quo sunt orti Gadheli.

S. Galli Vita, T. 188.

Galvia Hibernice *Gaillimh*, nomen habet a fluvio, *Gaillimh* Hibernice dicto, cujus ostium ibi. Flahert. 16. Sed vide Historiam Galviæ Auctore Hardimano.

Gallo-glass—Hiberni peditibus duplicis generis utebantur. Galloglassis, qui Casside ferrea, et lorica ferreis annulis confecta, armati erant, et longo gladio cincti, item altera manu securim acutissimam gestabant, more Gallorum veterum, de quibus Am. Marcel. l. 19. Alii levioris armaturæ, Hen. Marleburgensi *Turbiculi*, aliis Turbarii, vulgo *Cearni* dicti, jaculis amentatis, machæris, et cultris, *Scians*, et *skeynes* vocatis, dimicabant. *Cethern* est proprie Militum manipulus, et a coborte Latina non abludit. *Cethernach* manipularius est, seu unus e cohorte,—vide in Giraldi Topog. H. Dist. 3, c. 10.

Gerchon (Hi) regio maritima in extremis finibus Lageniæ. Vita 1, S. Patr. cum Fiechi Scholiaste in Triade, p. 9. Mærian Gorman, ib. p. 374, inquit—"*Rath-n-Aoi* in "*Hi Gerchon*, i. e. in *Fotharta* Lageniæ, "Palladius 3 Ecclesias in eodem pago "construxit, *Cell fine*, in quo usque "hodie libros suos, quos a Cælestino "(Papa) accepit, reliquit, alteram *Teach na* "*Roman*, 3tiam *Domhnach-ard*." S. Patr. Vit. 2, c. 24.

Garman Lacus. Est in agro Wexford, prope Fothardam, sinus maris in margine lacus *Garman*, Anglorum primo appulsu memorabilis.

Gartnad Rex Pictorum, T. 161.

Gemmæ et res pretiosas. multas alias, Donchadus Briani filius obtulit filio Maelnambi, T. 303.

Gaura V. Gabhra.

Genu-ferreus Amlafi filius, T. 264.

Genuferreus filius Sitrici, T. 283.

S. Georgii Canalis, i. e. Mare Hibernicum, qua Britanniam interluit, Gildæ "vallis Scythica," quia Hiberni *Scoti* erant. Nunquam Canalis S. Georgii ante ann. 1350, quo Edw. III. S. Georgium Cappadocem in Angliæ Patronum adscivit.

S. Germanus, T. 92, 93.

Gesilla in Hi Falgia, T. 88. Ib. 93.

Gilla, latine Gildas, Librum De excidio scripsit anno 564, T. 157, n. 83. Vastationes Britanniæ ab eo memoratæ, T. 87, 88-90, 93. Ejus tempora, T. 151.

Gilla Coeman,—vide *Coeman*.

Gilla Moduda, T. 118, n. 80.

Godfredus fil. Haroldi, Rex Insularum, T. 265.

Gormlatha filia Murchadi, filii Flanni Regis Hiberniæ, Mater Sitrici filii Amlafi Regis Danorum, mater fuit etiam Donchadi filii Briani Regis Momoniæ, T. 282.

Grammatica Hibernica sæculi vii, V. *Fortchern*.

Grigen-cossach, velox pedibus, Q.M. x.

Guaire Aidhne Rex Connaciæ, victus in prælio Carn-feradaig, T. 289. Obiit anno 653. Obitus ejus, T. 203. Inisf. 15.

H

Herodes obiit septuagenarius post Lunæ deliquium, paulo post Pascha. Jos. l. 17, c. 8. Hoc deliquium incidit in mediam noctem post ix Jan. anno Periodi Jul. 4, 710, anno 4to ante æram vulgarem, uti patet ex Whistoni not. ad Jos. Antiq. l. 17, c. 6, quamvis alii id referant ad ann. per. Jul. 4 719.—*Hi* vel *i* ab *Hua* vel *O'* nepote. Familiarum satoribus adjici solet, tum ad familias, tum ad eorum terras denotandas, ut et *Sliocht*, *Siol*, *Clann*, *Cenel*, *Muintir*, *Teallach*, *Dal*.

Sic a Fiachrio Tort, filio Collæ Huasii, Regis Hiberniæ, *Hi Turtrii* et *Hi mac Uasii*, appellantur, quorum regio in Westmidiæ Baronia, etiamnum *Hi Machuas* dicitur. Hi Turtria regio est in Dalfiatach, et Comitatu Autrim, lacum Neachum habens ab Occidente, quo e Dalaradia, per Fersattuama, Bannæ fluminis trajectum pervenitur.

Hiona—a quo concessa Columbæ, T. 152, 178.

Hiienses Abbates; Baitheneus 2dus, T. 137, 160. Lasreanus 3tius, 160. Fergna filius Lasrei 4tus, T. 186, anno 623 obiit,—vide tamen, T. 185, n. 17, et Lasreanus, cum Abbatum Catalogo, 216, 234.—Romanam tonsuram accipiunt, T. 229.

Hionæ Principatum tenuit Donchad, T. 224. Hiiensis Ep. T. 226. Dorbenius Cathedram Hii obtinet Ib. et 228. Alia plura de Hiiensibus, eorum expulsio, T. 229. Abbatum successiones, T. 231. Slebineus Abbas 18, T. 251.

Hippolyti Canon Paschalis, T. 30.

Hoanus Rex Britonum, 194, 214, 248, 259.

Hospitale pœnitentium Louthiæ, p. 264.

I

Iaco Rex Britonum, T. 287.

Ibari ætas et obitus, T. 127.

Imar Rex Waterfordiæ, 262. Imarus Dublinium occupat post filium Amlafi, 266.

Imarus Waterfordiæ obiit, 269. Occisus a Rege Ossoriæ anno 1022, 274.

Inauguratio et Unctio Regum Hiberniæ,—vide Catalogum MSS. Stowensium, t. 1, Indice, vocibus Coronation, Inauguration. Adamnani de vita Columbæ. Gildas de Regibus Britonis inquit "*Ungebantur* Reges non per Deum, sed qui cæteris crudeliores extarent; et paulo post ab *Unctoribus*, non pro veri examinatione, trucidebantur." Britones itaque et Hiberni gloriari jure possunt, Reges suos omnium primos, exceptis Hebræis, sacramentalis olei unctione inauguratos. Franci enim nullam rationem credibilem afferunt, qua suadeant Clodoveum a S. Remigio inunctum.—Primus Franciæ Rex inunctus fuit Pipinus, Pater Caroli Magni, quem S. Bonifacius Moguntinus, genere Anglus, solemni coronatione inunxit anno 753, Regino, Sigebert, &c.

Inbher Domhnan, Duo sunt hujus nominis portus, unus in orientali Lagenia, ad austrum Dublinii, ubi Damnonii primum applicuerunt, nunc Arkloe nominatur, alter in Occidentalis Connaciæ extremitate, quæ usque hodie *Irrus Damnois* dicitur.

Indictiones apud Tigernachum, T. 15, n. 55.

Inbher Slainge influit per mediam Lageniam in Sinum Wexfordiæ. Nomen habet, ut fertur, a Slangio primo Rege Belgarum Hiberniæ.

Isidori Cronicon, T. 183,—vide Cronicon, et 185, n. 17.

Ithæ Monasterium, 205.

Ith Campus in Lagenia, Q.M. 3. In Ultonia, ib. 236.

Judex Brehonicus Ardmacanus, T. 289.

Jusjurandum Ethnicorum Hiberniæ, T. 2, 31, 90, 110, 111.

K.

Kenannus in Midia, in utriusque Teffiæ confiniis, hodie Kells.

Kenfebratense prælium, in quo Olillus Olam, Eogani-Mor Moghæ nuadathi filius. Arthuri Regis Hiberniæ Sororius, victor, Rex Momoniæ factus est, annis 23. Is primus ex Heberi sobole utriusque Momoniæ Principatum sui solius posteris transmisit. Ab eo proinde Australis Hibernia *Leth Mogha* dicitur, i. e. Demidium Moghæ, a *Conno* cum quo Hiberniam bifariam divisit, borealis divisio appellatur *Leth-Cuin*.

Obiit Olillus Olam, annum circiter, æræ C. 260, et succepit ei *Cormacus Cas*, post quem *Fiach Mullethan*, regnante supra totam Insulam *Cormaco Ulfada*.

Lugad-mac-Con Arthuri cæde Rex H. factus est. Fuit is filius Mac-Niadi, et Sabhæ filiæ Conni centimachi, ac proinde lato sensu Conni filius appellatur. In Cenfebratense prælio victus, in exteras regiones evasit, et postea cum valida manu exterorum rediit, et Arthurum in prælio *Mucrumio*, octavo lapide a sinu Galviense, superavit. Ibi ceciderunt 7m. Arthuri ex Suba sorore nepotes, filii Olilli Olam, et Lugadii ipsius fratres uterini, de quibus extat carmen Hibernicum Olillo adscriptum "*A macam ne ci cia sé*"—Cormacus-Cas, filius superstes Olilli, ei successit in regno Momoniæ. Finius, vulgo *Fingal*, 20 fere ætatis annum attigit, tempore prælii Cenfebrat, ita ut inter Arthuri et Finni exitum, annorum 35 summa interponatur, et pro annis 57 in Coemani Carmine "Annalad" depravato, legendi sint 45, ut in Og. p. 329. De prælio Cendabrad, sive *Cenfebrat*.—Vide T. 37.

Kermna (Dun) sive *Dun-Cermna*, Arx marit. in australi Hib. cui opposita Arx *Dun-Sobairce* in boreali.

Kildaria Lageniæ Metropolis ante adventum Danorum, T. 98. Kildariæ *Comitis* mentionem facit Auctor Vitæ S. Laurentii, qui obiit anno 1180. Sed Comitis Kildariæ titulum Johannes, Thomæ Giraldini filius, ab Ed. ii, impetravit 14 Maii 1316.

Kildarensis Ecclesiæ antiquitas, T. 107.

Kiliani Vita, T. 214.

Killarus mons in medio Hiberniæ, unde structuram lapidum Stonehenge, a Merlino in agrum Sarisburiensem translatam, fabulatur Galfridus apud Usser. Primord. p. 452. Paulo aliter Cambr. Topogr. Hib. Dist. 2, c. 18;—"Fuit antiquis temporibus in Hibernia lapidum congeries admiranda" &c. Vide *Usneath*.

Knockmoi Cœnobium Carolus O'Conor, cognomento *Croibhdearg*, Rex Connactiæ, anno 1189 vel 1190, Monachis Cisterciensibus posuit, et ipse Monachus decessit anno 1224. In supra citata consignatione Caroli, Regis Connactiæ, ipse et filius suus ante Archiep. Tuam et Episcopos locantur Inferior autem Rex titulo Comitis Muigh Luirg Episcopis postponitur. Sic Dermitius Moriarty, Regis Hiberniæ frater, et illustrissimæ O'Brianorum familiæ sator, in literis ad Anselmum, editis in Usserii Sylloge, p. 93, anno

1096, proxime post Regem, et ante Omnes Episcopos subscripsit "Ego Deremoth Dux, frater Regis." Bernardus O'Cuilenan, Abbas Buellie Cisterciensis, narrat eundem Carolum 12 Monasteria Cisterciensia condidisse, ut in O'Sullevani Decade. Vide supra vocem *Dux*.

L

Laidgnenus fil. Colmani Rex Connaciæ, T. 200.

Lamtuile (Nuadha O') Poeta, T. 231.

Lasreanus Ab. Ardmacanus.

Lasreanus Benchorensis, T. 196.

Lasreanus de Menadroichet, Abbas, T. 178.

Lasreanus fil. Feradachi Abbas Hiiensis 3tius, T. 179, 160, n. 90. Tigernachus Lasreanum 3tium memorat Abbatem, 179, et deinde *Fergnaum* 4m. 186. Juxta Q.M. *Fergus* fuit 3tius, *Lasreanus* quartus, ut supra 160, n. 90. *Quintus*, Columba incluso, fuit *Segienus*.—Rexit nempe *Baitheneus* annis 4 numeratis a morte Columbæ, anno 596. Lasreanus fil. Feradachi, 3tius Abbas, obiit anno 601, juxta IV Mag.—*Fergna*, 4tus Abbas, successit ab anno 601, annis 21, usque ad annum 622. Fergnao 4to. 5tus. *Segineus* fil. Fiachrii, qui obiit anno 655. Segineo successit 6tus *Subneus fil.* Curtrei, qui obiit anno 654, vel 657. Septimus fuit S. *Cumineus*, qui vitam S. Columbæ scripsit, editam a Mabillonio, in Actis Benedictin. et obiit anno 658. Octavus fuit S. *Failbeus* qui obiit 22 Martii 677, T. 210, *nonus* Adamnanus fil. Ronani,—vide n. 81, p. 209. Hi omnes, eorumque successores, usque ad Sæculum xi, erant ortu Hiberni, neque licebat alium eligere in Abbatem Hiiensem, quam qui Tir-Conallus erat, et de Domo Columbæ.

Lagenis 4ta Hiberniæ Provincia, et Gallenüs incolis, e Gallia adventantibus, *Coigeadh Galian*, i.e. Quinterna Divisio Gallenorum, Hibernice appellatur.

Legisia, (Angl. Leix) Regio in hodierno Comitatu Reginæ, cujus Dynasta *O'More*, a prisco conditore genus ducens, inde ejectus est, Philippo et Maria regnantibus, A.D. 1555, postea ab O'Moris bis armis recuperata, a Regina Elizabetha Calucho O'More permissa fuit, donec vixit, T. 96, n. 6.

Laidecus Poeta, pater S. Cannici, T. 179.

Leges Hibernie cur *Blai* dictæ, T. 41, 47, n. 80. Monachorum Leges, 245–6, 251, Patricii Lex. p. 251. Columbæ Lex, 253. Leges Malcolmi 2di, 281.

Codex MS. Membranaceus Legum Brehonnicarum translatus e Gallia in Bibliothecam selectam viri integerrimi T. Grenville, atque inde in Bibliothecam Stowensem, T. 41, 47, n. 80. Vide *Judex*.

Loch Lein—Nennii Interpolator vetus inquit Metalla pretiosa ibi abundare.

Liffeus amnis olim Midiam a Lagenia disterminabat,—vide *Midiæ Campus*, T. 96, n. 6.

Loarni familia debellata, T. 210, 238.

Longævitas Monachorum Hiberniæ, T. 110, n. 56; 127; 131, n. 31; 135, 184–5.

Lunæ Eclipses, T. 259. Duæ, 252.

M

Macbeth Rex Albaniæ, T. 301.

Maedoci Vita vetus, T. 179, 188. Obitus ejus, 188. Maedoci Fernensis obitus, 202.

Maelmurius Fathanensis Abbas defunctus anno 885, scripsit carmen "*canam bunadus na n Gaedhil.*"

Maelruba de Abercrossan obit, 231.

Maelmura Ep. Ardmach, obiit anno 994, p. 266.

Maguir, (Uidhirc) ex Orgiallia familia genitus. Ab eo nomen et genus traxerunt Maguirii Fermanachenses, Iniscellinnæ Barones.

Magennis, Barones de *Iveagh*, sive Hi—Each Vicecomites.

Maelcorgus præcipuus Poeta Connaciæ, obiit T. 269.

Maelcolmus fil. *Maelbrigdæ* filii Roderici, Rex Albaniæ, mortuus est anno 1029, T. 281.

Maelcolmus fil. *Cennethi* Rex Albaniæ, obiit T. 284.

Maio Hibernice *Muigheo*, ut in Beda, l. 4, c. 4, " qui lingua Scotorum *Muigheo* nominatur"—Istius Monasterii initia, T. 209, 238.

Manchenius Abbas scriptor Hibernensis, T. 14.

Mannia debellata, et Dani expulsi inde a filio Maelnambi, T. 303.

Manchenii Abbatis obitus, T. 199.

Manchenii Lethensiso bitus, 205.

Mannia et Ebudes ex Hibernia incolas receperunt, T. 41, n. 58; 46, n. 75.—vide *Cormac.* Primi Episcopi Manniæ, T. 46, 106, 123.

Mannia subacta ab Hibernis, T. 803.

Mania (Hi)—Regio in Australi Connacia, et agro Galviensi, ita dicta a Manio magno, qui Donaldum filium Inmchadi, filii Collæ Da-crioch, avum præfert. Manius is, Achaio Ferdaghaill ortus, fuit Ibh-Maniorum Sator, hoc ordine deducto a Collais—1. Collada-crioch, 2. Inmchad, 3. Domhnald, 4. Eochoid-Feardaghiall, 5. Manius Magnus, a quo Hi Manii, qui ditionem suam ultra Succum fluvium, ad Senannum, per agros Galviæ, et Roscomon, dilatarunt.

Maolconar (Conangius O') Poema scripsit Hibernicum—" *Ata sunn forba feasa*," &c. De successionibus Regum Hiberniæ, a regno Laogarii.

O'Maolconair (Johannes) Poeta et Historicus, T. 74–6.

Maor et *Maor-mor*, Administrator, sive Œconomus præcipuus, Anglice *Steward*, quæ vox Questorem indicat, ad recipiendos proventus agrorum, et vectigalia Domini sui. Hinc nomen Patronymicum *Stuart*.

Mariani Cronicon MS. Antiquissimum, T. 70, 93, 208–9.

S. Martinus S. Patricii Magister, T. 72, n. 36; 74, n. 47; 83–4. Notanda de eo, 121, 122. Schola ejus, T. 115, n. 71.

Mel-goit Monasterium conditum, T. 191.

Midia, i. e. Antiquæ Pentarchiæ *Media* divisio. Hibernia nempe a 5 Ducibus Belgarum, filiis Delai, in 5 partes divisa erat, 1. Australem Momoniam, vulgo *Ormond*; 2. Borealem Momoniam, vulgo *Thomond*; 3. Connaciam; 4. Ultoniam; 5. Lageniam. Ex his deinceps Midia, omnium in medio, a Senano fluvio ad Mare Orientale, inter Dublinii et Pontanæ ostia extracta erat, et pro Mensale supremo Hiberniæ Regi concessa.—Ob quinque partitam hanc divisionem, Provinciarum quæque *caogcad*, i.e. Quintana, usque hodie appellatur—non item Midia, quæ Lageniæ pars censetur ab adventu Anglorum.

Tres solemnes Panegyres in Midia tenebantur, una apud *Tlachtga*, in Momoniæ portione, pridie Kal. Nov. nocte, ad Deos Druidum ministerio placandos, victimis, et ignibus—altera ad Kal. Maias apud *Usneach*, in Connaciæ portione, 3tia apud *Taltin*, sub Kal. Aug. in Ultoniæ portione. In Lageniæ portione, singulis triennis, circa Kal. Nov. Comitia Temoriæ convocabantur. De Comitiis Temorensibus,—vide *Temorensia*.

Hi Meidh Regio est in Arthir, i.e. in Orientali Orgiallia, Mugdornæ adjacens, divisa in Hi Meith-mara, i.e. maritimam, et *Hi Meith-tire*, i.e. remotiorem a mare.

Mirabilia in Tigernacho, 149, b.

Mis mons in Dalaradia, ut in Colgani Triade, Vita 11, Patr. c. 30. "Cæpit Patricius iter per terram dirigere, ad regionem Cruthenorum, donec perveniret ad montem *Mis*." Eadem habet in Vita 4. c. 34, et in Vita 5, c. 29—Flannus Butensis, in poemate "Righ Temhra dia teasban tnu," inquit Fothadium Airgteach, Hiberniæ Regem, in Cruthneorum ditione occubuisse, qui in *Ollarbæ* Prælio, apud *Moilinne* occisus est, A.D. circiter 295. Ollarba autem amnis, et Moilinne campus sunt in Dalaradia, hodierno Comitatu Dunensi.

Missenhead, Promontorium australe Hiberniæ, Ptolemæi Notium, in Carbria Corcagiense.

Momoniæ Reges Ethnici, T. 107–8, et Christiani passim.

Mochuæ Antrimensis obitus, T. 195.

Mochuæ Abbatis Ballæ obitus, T. 193.

Mochudi Rathboniensis obitus, T. 193.

Moctei Louthensis, T. 104, obitus, 134–5.

Moctei Insulæ Monasterium, T. 278.

Moll Rex Saxonum, T. 257.

Moirathenæ prælium, T. 193.

Moilenense prælium contra Britones in Hibernia, ubi Rex Pictorum Hiberniæ occubuit, T. 212.

Molæ in Hibernia, T. 196. Vide Indices ad Rer. Hib. t. i.

Moluæ, sive Lugidi, filii O'Ochii, mors, T. 180.

Molingus Luachræ, Poeta, T. 217. Obiit. T. 219.

O'More Amerginus, Rex Leisiæ, T. 278.

Mortalitas prima, T. 137. 2da, T. 139, n. 46. Sancti, &c. qui inde obierunt, ib. 139–40.

Moi-cullin O'Flaherteorum patrimonium, in margine lacus Orbsen. Hibernice *Magh Ullin*, ab Ullinna, Nuadi Regis Hiberniæ filia, ita dictum, ut indicat Poeta Flannus Butensis, in Carmine "*Eistigh a colcha gan on.*"

Moilenense prælium gessit Connus 100 præliorum, R. H. quo regnante *Eogan-Mor Mogha-Nuadat*, R. Momoniæ, Hiberniam bifariam divisit, ut supra voce Kenfabrat. Sed paulo postea Eoganus victus est a Conno in prælio Campi Moilene, in Feracelia, in Comitatu Regis, ubi a Gollo filio Mornai occisus est. Vide aliud *Moilena* in *Dalaradia*, ubi Rathmor, *et ubi Tuathal R. H. occisus est.*

Arx *Moilena* condita, T. 32, prælium *Moilene* ubi Connus victor fuit, T. 34.

Moi-Muirthemne in agro Louthiano.

Molture in Partrigia de lacu Measg, in Conmacnia de Cuiltolad, nunc baronia de Kilmain. Primum Moiturense prælium a Damnoniis contra Belgas.

Moitura in confinibus Tirolillæ, in Sligoense agro, a priore Moitura boream versus, aliquot passuum millibus dissita. Prælium ibi gestum a primo Rege Damnoniorum, in quo Damnonii victores erant.

Molæ aquariæ usus in Hibernia, T.

Moluæ Vita edita a Flemingo, T. 202.

Moluæ sive Luani, obitus, T. 169.

Momoniæ Reges regnante Niallo Magno, T. 80, 84, et alibi passim.

Monachorum Hiberniæ longævitas, T. 68, n. 23; 71, n. 31. Vide *Longævitas*.

Mon Conain (Mona) ita appellata a quodam

Regulo Conano, cui Arx erat ibi.—Hinc *Mon-Conain*, Terra-Conani.

O'More Rex Lagisiæ, T. 288.

Mortalitas in Hibernia, T. 203–6–7.

Mugdornia Regio montana Orientalis Ultoniæ, in confinibus Hi Methiæ in Orgiallia, T. 69.

Munreamhair (Loch) super campum *Scola*, in Lugnia de *Sliabh-Guari*.

Muri veteris Britanniæ, T. 69, n. 84.

Muadus, hodie "the Moy," Adamnani "Moda," Regionem ultra Modam, *Irros Damnoniam* appellat, l. 1, c. 6. E vetere Lugnia (hodie Leyny) in agro Sligoense, fluit in Galengiam Mayonensem, et utrumque comitatum disterminat, *Tirfiacria* Sligoense posita ex uno latere, *Tir-amalgadia* ex altero.

Mucromium prælium, prope Athenriam in Galviense agro, gestum est an. circiter 260, in quo 7 Arturi Regis, ex Saba sorore, nepotes, filii Olilli Olam, et Conni centimamachi ex filia Saba nepotes occubuerunt, superfuerunt duo filii Olilli, nempe Cormac Cas, a patris morte R. M. et Cienus Cianactorum sator, T. 44, n. 38.

Muircertach Maris Gubernator, sive Nauclerus, nomen propriam.

Muscerigia in Com. Corcagiæ, in 3 plagas partita erat, *Breoghuin*, (Brigantum?) *Miline*, et *Thire*, quæ nunc Ormonia dicitur, in Tiperariæ com. T. 39.

Murchertachi filii Ercæ R. H. initia, T. 127–8.

Muredachi Tirii tempora, T. 64, ad 67, 69, 72.

N

Nectanus fil. Derilli Rex Picardorum, T. 236. Moritur, 238. Vide Picti.

Nennius de Pictorum Regum successione, T. 199, et 201, ex Codice Hibernico MS. Gratiani Lucii.—Licuit mihi præ urbanitate et benevolentia in me singulari viri docti Hen. Petrie, videre et perlegere Transcriptum ejus "*Chronici Walliæ*" ab anno D. 444 ad ann. 954, MS. in Harleiano, No. 3859. Sed chronologia valde perturbata, vetuit quominus alicujus adjuncti mihi fuerit, in rebus Hibernicis.

Hi Nial—Niallidæ, Nialli Magni Posteri, in Australes et boreales distincti, qui ex 8 filiis descenderunt. Horum 4 manserunt in Midia, nempe *Laogarius* a quo Hi Laogaire, *Conallus-Crimthan* a quo 17 Hiberniæ Reges, *Fiachus* a quo O'Moloii Ferakealorum in Midia, nunc in Comitatu Regio, Domini, Mag-eahagan Cenel-Fiachriæ Dominus, et *Manius*, ex quo Teffia populi, et Hi Manii. Horum Dynastæ fuere O'Kellii, Magnates Sinnachii, Anglice Foxii, de *muintir Tadgan*—Magawlii Calrigiæ Domini, O'Braoin de Bregmania, O'Daly de Corcaduin, O'Quin de Muinter Gilgan in agro Longford.—Alii 4 ex Midia in Ultoniam profecti sæc. v, amplas ibi Regiones occupavere, nempe *Eoganius* a quo *Tir-Eogan*, et 16 totius Hiberniæ Reges, *Conal-Gulban* a quo Tir-Conallia, et 10 totius Hiberniæ Reges, *Carbreus* cujus soboles Carbriam Sligoensem, et Carbriam Gauram in Com. Longford, sibi vindicavit, et *Ennius Fin*, natu junior, cujus stirps olim in Tirenda, Tirconalliæ regione, inter duo maris brachia, nempe inter sinus Lacuum Fabhail et Suilech, et O'Broenum in Cenel *Enna*, prope Collem Usneach, in Cenel Fiachia sita erat.

Hi Niallan—E familia Collaorum, dicta O' Niallan, fuit Darius, Artheriorum Princeps,

i.e. Orientalium Orgialliorum Dynasta, qui Ardmachæ fundum S. Patricio concessit anno 445. O'Hanlan, Dominus olim utriusque Baroniæ *Airther*, Muredacho Darii illius Patruo editus est, et familia ejus etiamnum superest. V. Orgiallia.

Niniano (Notanda de,) T. 86-7.

Nuadha O'Lantuile Poeta, T. 233.

O

Oghaniæ Literæ, T. 102.

Ollamh, Doctor, Tres erant in Republica Hibernica Magnatum ordines, 1. Regum et Regulorum; 2. Druidum et Poetarum, sive literatorum; 3. Opificum et plebeiorum, et in singulis Ordinibus septem gradus, suis obligationibus distincti, Horum ordinum quisque in sua arte Professor, *Ollamh* vocabatur.

Oissini familia, et tempora, T. 50 ad 52-56, n. 96.

Oliéhia in Inisonia, Hibernice *Oileach Neid*, Arx O'Niallorum borealium. V. *Aileach*.

Oliol-Olam R.M. Eoganii Mognuadi filius, et Conni Centimachi, per Sabham filiam, secundis nuptiis junctam, gener, cum filiis suis, et tribus Carbreis, Conarii 2, R.H. filiis, prælium *Cenfebrat* gesserunt, annum circiter 237.—Ab hoc prælio Olillus Momoniæ totius Principatum auspicari videtur, annis 23, quem suorum ipsius filiorum, Eoganii, et *Cormaci Cas posteris alternatim gerendum transmisit*, v *Kenfebrat*, et T. 37-9.

Oliol-Molt, T. 111. Rex totius Hiberniæ e Rege Connaciæ factus est, A.D. 405, annis xxii, nempe ad ann. usque 428, quo Laogarius ei successit, R.H. totius. Interim in Connacia regnavit post Dathiam frater ejus *Amalgad*, cui successit Dathiæ fil. *Olil Molt*.

Ollar et *Ollarba* Amnes in Dalaradia, ubi Mons *Mis*, et *Moilene*, et *Mon-in Catha* unde amnes isti emanant.

Orcades vastatæ a Brudeo R. Pictorum, T. 212-13.

Orgiallia—Eversa Eamania anno 332, Victores *Collai*, abactis ultra Glenrigiam et Neachum Ultoniis, amplam ditionem, Orgialliam (Anglis *Uriel* et *Oriel*,) i.e. Comitatus hodiernos Louth, Ardmach, et Monachan, sibi vindicaverunt, T. 69, n. 26.

In Orgialliorum Domum Regiam amare invehitur S. Bernardus, in Vita S. Malachiæ Primatis Ardmachani, " nec enim (inquit) patiebantur Episcopari, nisi qui esset de tribu et familia sua, decursis in hac malitia generationibus quasi xv, qui annos fere 200 quasi hæreditate possident sanctuarium Dei."—Anno 825, Cumuscachus, Orgialliæ Rex, Eoganum expulsit ex Sede Ardmachana, licet Canonice electum, et Artrigium in ejus loco instituit. Eoganum restituit postea Niallus Calneus, R.H.

Oswaldus et Oswinus Reges, T. 209.

Oswii prælium contra Pendam, T. 198,—vide Saxones—Ejus obitus, T. 207. Ælfwinus, filius ejus, cæsus, T. 211.

Othna Monasterium S. Muri.

P

Palladii Missio Hiberniam, T. 93. Inisf. 1, 2.

Pallium quid, T. 156.

Paschalis Dominica anni 433, et festum Ethnicum *Baaltinne* concurrerunt, T. 95.

S. Patricii ætas, Nativitas, et Patria, T. 70, 73, n. 43; 78, 79, 81, ad 85, 91. Missio, 94, 95, et itinera in Hibernia, T. 102, ad 125. Evangelium ejus, 119. Notanda de eo, 120-123. Obitus ejus, 124. Alia de eo, T. 181. Lex ejus, 241. Inisf. 1-2.

Patricius senex, T. 110.

Pentarchia Hibernica, T. 11, n. 38, 39, 40.

Pentarchia erat antiquissima divisio Hiberniæ, ut narrant, Q. M. 14, 16, 26, 63; T. 2. Coemannus, Giraldus, et alii antiquiores a quinque primis Ducibus Belgis Hiberniam sic divisam fuisse referunt. *Slangio* cum Galeniis, a Portu Colpano prope Pontanam, ad trium fluvium alveum, nempe Bervam, Feorum, et Surium, infra urbem *Ross-mc-Triun*, Lageniam sibi vindicantibus; *Rudricio* Ultoniam, a Drubisio amne, inter Sligoam et Erneum, ad ostium Boindi; *Ganno Desmoniam* a trium amnium alveo ad Belach-Conglas, prope Corcagiam; *Seganno Thomoniam*, inde ad Ros-da-shaclach, ubi Limericum jam situm; et *Gananno* Connaciam, inde ad *Drobisiam*. Pentarchiam hanc descripsit versibus Hibernicis O'Duveganus, inchoante sæc. xiv, ejusdem meminit ex Hibernorum scriptis Historiis, Giraldus, Topogr. Hib. Dist. 2, c. 18. Usque hodie quævis Provincia vocatur Hibernice *Coigeadh*, i. e. *Quintana* divisio Hiberniæ, ut Coigeadh Connacht—Coigeadh Laighean, Coigeadh Ul. Coigheadh Mumhan. Momonia bifariam divisa, in Deasmumhan et Thuadhmumhan, i. e. in Australem et borealem, duas quintanas supplebat, ut in Tigernacho, passim.

Pictorum initia in Hibernia, T. 34, n. 27. Superati prælio a Cormaco Ulfadha Rege Hib. T. 62. Reges Picti, T. 56, n. 97; 105, n. 39; 127, 141, 143, 154-5, 190, 191, 196, 199–202–203, 206, 207, 229, 231, 241, 243, 256.

Pictos in boreales Hiberniæ oras introisse inquit Beda, l. 1, c. 1. Ducibus *Gud* et filio ejus *Cathluano*, qui primus fuit e 70 Regibus Pictis, qui ante adventum filiorum Erci, in Albania regnaverunt, ut in Carmine Hibernico Inaugurationis Malcolmi III. et in Colgani Triade, p. 114, n. 144.—Hibernice appellantur Cruithne, a *Cruth* Color, eodem sensu quo Latine Picti—Sic Adamnanus ait " Aidum Cognomento nigrum, regio genere ortum, *Cruthinium* gente," l. 1, c. 36, et paulo post—" qui et Diarmitium filium Cerbuill, totius Scotiæ Regnatorem, interfecerat," et ibid. c. 49. " S. Columba ad Comgellum ait—tui secundum carnem cognati *Cruthinei* populi." Diarmitius Rex Hiberniæ occisus est ab Aido nigro, Picto, anno 565.

Pictorum Rex Drustus centimachus, T. 94; n. 97. Brudi mac Milcon, T. 154. Alii ib. et 161. Brudi alius, 231. Gartnadii Regis Pictorum obitus, T. 161. Confer 206-7. Picti Midenses et Ulidienses, ib. Drustus, 208. Pictorum Rex occisus in Munimento Cethirni, T. 211. Picti Albanici Maritima Hiberniæ vastant, 219.

Pictorum Ulidiæ Reges, T. 224-5. Picti cæsi a Saxonis in Campo Mannan, 225. Monacrobeuse prælium inter Pictos ipsos, T. 236. Prælium Dromæ-derg inter *Picardos* ipsos, T. 237. Picardorum classis, 237. Prælia inter Pictos et Dalriados Albaniæ, 237-8, 9, 240, 241. Pictorum nomina propria, 249. Prælium inter Britones et Pictos, 249.

Præcedentia Hiberniæ—Usserius in Tract. de Relig. Vet. Hibern. cap. ult. inquit Oratores Henrici V, Præcedentiam Hiberniæ vindicasse in Conc. Constantiensi, Sess. 28, MS. in Cottoniano, apud Selden Tit. Hon. parte j, c. 8, n. 11. " Quod Europa in 4 dividatur Regna, Romanum; 2. Constantinopolitanum; 3. Regnum Hiberniæ, quod

jam translatum est in Anglicos; et 4. Regnum Hispaniæ, unde patet (ex Alberto Magno et Bartholomæo Anglico) quod Rex Angliæ, et Regnum suum, sunt de eminentioribus et antiquioribus Regibus et Regnis Europæ, quam Prærogativam Regnum Franciæ non fertur obtinere."

Metropolitanæ quoque Dignitatis antecedentiam, Joannes Azorius, vir doctissimus, innuit, Occidentis Primates his verbis recensens—" In Provinciis vero Occidentis sunt Primates. Totius quidem Hispaniæ Primas est Toletanus, Hiberniæ Ardmachanus, Angliæ Cantuariensis, Africæ Carthaginiensis, Hungariæ Strigoniensis. In Germania olim Magdeburgensis nunc Salisburgensis."

R

Rath-mor-Muighe-Leamhna---Arx magna campi Lena, amplissima, et antiquissima Ultoniæ post Eamaniam—etsi ab aliis constructa habeatur regnante Tuathalio, A.D. 130, ut in Ogygia, 303, 374.

Rebellio prima Briani Borromei anno 1000 dolose inita, T. 269.

Rechraniæ Insulæ Ecclesia fundata, T. 192, a Segieno v Abbate Hiiense, ib.

Regularum Conditores Monachi Hiberni, T. 167–8.

Rex Hiberniæ. Duo spectanda erant in Rege, Jus hæreditarum, et electio Magnatum. Jure hæreditario quivis masculus familiæ Regiæ, loco decessoris eligi poterat, si primogenitus Imperio ineptus esset.—A summo Monarcha ad infimum *Taoiseach*, (Vide Vocem *Teaseach*,) nullum erat Dominium, cujus Principatus non ad aliquam familiam spectabat, ex qua unus eligeretur, qui Monarcha, Pentarcha, aut alius subrex, Dominio isto, hæreditario jure, populi suffragiis subjecto, dum vixerit, præesset. Quivis Decessoris propinquus successionis capax erat, in illa ditione, cujus aliquis e Majoribus erat conditor, sed electione ea dignitas uni adstringebatur. Non licebat, juxta Brehones, undecunque eligere, sed proximiorem sanguine, decessoris Patruum, fratrem, filium, aut alium e familia, si esset ætate senior, conditione dignior.

Riada (Carbrei) tempora, T. 38–9,—Vide Dal-riada.

Ross-Ailithre in Carbria. Ross-Ailithre Monasterium S. Fachnai Epi. de quo Vita vetus S. Mochoemoci ad 13 Martii—" Ibi crevit civitas, in qua semper mansit magnum studium Scholarium." Claruit Fachna sæc. vi, e Corcoladiis, qui primi, ante S. Patricii adventum, in Christo crediderunt, e quibus orta est mater S. Ciarani Sagirensis, in Inis Clera, al. Cape Clear.

O'Ruanada (Ceallach) Poeta, T. 310.

Rumana Poeta optimus obiit T. 247.

S

Sagiria condita a S. Ciarano Seniore—apud Elios in Ossoria.

Samaer fl. hodie the Earn.

Samen, (i.e. Sol.) Deus Hibernorum, T. 25, n. 91, et in textu lin. 18, p. 133, 312.

Samthan Poeta, T. 242–3.

Saxones bis devastant Hiberniam, sæculo quinto, Inisf. 2–3. Ult. 1, 2, 3.—Midiam vastant, T. 213. Prælium inter Pictos et Saxones, T. 219.

Saxones in Hibernia, A.C. 79, T. 23. Hibernice *Lochlan* appellati, i. e. " Lacuum incolæ," et prædones maritimi, e quibus originem traxit *Carinna* Saxonica, uxor

Nialli Magni, Regis Hiberniæ, anno D. 379, T. 41, n. 57; et 73, n. 42. Saxonum prima præda in Hibernia, T. 191, n. 22; 135, n. 29; 192,-3,-4,-5.

Saxonum conversio, T. 155, 187. Prælium contra Aedanum, T. . Victi ab Hoano Rege Britonum, 191, 192, 193, 194, 195. Saxonum et Pictorum prælia, 200–211, 237–8.

Scethib Magh, i.e. Campus Scutorum, apud Desios (Vita Declani, Primord, p. 703,) "a quo non longe distat clara civitas Carthagi, quæ dicitur *Liss-more*."

Scotorum et *Pictorum* nomina, T. 1, 77, 78, 81. Eorum Incursiones in Britanniam, T. 80, 81, 82.

Scrinium Columbæ, T. 259.

Seanchus mor, i.e. Chronicon Magnum Hibernicum, S. Patricio hortante compilatum, T. 101–2, jam deperditum et deflendum.

O'Seasnan Poeta,—vide *Eamania*, et T. 45.

Sedulii tempora, T. 116.

Segienus V. Abbas Hiiensis, T. 192,—vide *Lasreanus*.

Segieni filii Fiachnai, Ab. Hiiensis, obitus, T. 199.

Sencan-Eigeas poeta scripsit Historiam prælii *Lenensis*, gesti anno C. 192, Hibernice dicti *Cath Muighe-lena*, in quo Eogan mor Mognuadat occisus est a *Conno ced-cath*, qui et ipse xx abinde anno occubuit, die Martis, 20 Octob ut apud Tigernachum, et in vetusto Poemate *Martha maghtuireadh*, quod anno æræ C. 212 competit, cujus literæ diales E.D. Octobris 20 inciderunt in diem Martis.

Selvacus Dalriadæ Albanicæ Rex, T. 234.

Sencua Mons in Muscrigia.

Scola Orientalis, in Connacia, T. ann. 653.

Scola Occidentalis, ubi *Durlus* Arx Guarii, Colgan in Vita Mac *Duachi*.

Senellus Abbas, T. 177.

Sennæ Poetriæ carmina, T. 135. Sinnæ Taltinensis obitus, 234.

Sirena capta, T. 149–150.

Sitricus Amlafi filius Rex Dublinii, pulsus inde, T. 268. Vastat Monasteria, 270. Vastat oppidum Kells, T. 272. Ivit Romam, et rediit eodem anno, T. 280. Genu-ferreus Sitrici filius occisus, T. 283.

Solis deliquium anni 496, et alia diversis temporibus, T. 125, 158, 159, 187, 203, 215, 251, item Inisf. 2, et 90,—vide *Eclipsis*.

Slania sedes Episcopi Erci, T. 97, n. 10.

Slangha (Cearn Slebe) Q.M. 3. Mons Orientalis Ulidiæ, in districtu Dunensi, cui ad aquilonem subjacet portus *Inbher-Slainge*. Post adventum S. Patricii dictus etiam Sliabh Domangaird, a Domangardo Eremita, S. Patricii Discipulo.

Sleacht, (Moi) sive *Moi-Sleacht* in Brefnia boreali, in Com. Cavan, quæ pars erat Connaciæ, ubi, hyemis initio, præcipuo Hiberniæ Idolo, *Crom-Cruach* dicto, Hiberni victimas immolabant.

Sliabh-Gabh Mons qui Tirfiacriam, in agro Sliguntino, a Lugnia disterminat.

Sleibhte Civitas et Ecclesia S. Fiachi, T. 98.

Sligeach fl. unde Sligo—Hujus fluminis celeberrimi sunt Salmones, qui Hibernice vocantur *bradan*, *Eigne*, *Orc*, *Eo*, *Meas*, *Mairean*, *Rae*, *Mighre*.

Stella Crinita visa in Hibernia Inisf. 2. Item alia, T. 306.

Synodi et conventus Hibernici, T. 102. n. Loch Lenensis, T. 160, idem ac Synodus campi Albi in Momonia, T. 182, n. 12; et 190. Dromcetensis, ib. 175.

T

Tail, (Clan Taoil) i.e. Dal-Cassii Momoniæ, T. 3, n. 8.

Tailtin, vel *Tal-tin*, Ludi Taltinenses, de quibus, T. 98, n. 13; 113–138, 229.

Tanaiste Principis successor designatus, qui eum e vivis sublatum exciperet, ut filius, frater, consobrinus aut alius dignior e familia agnatus—Vox est ab annulari digito translata, quia, sicut medium, loco et longitudine, popius attingit, ita *Tanaista* loco et authoritate a Principe secundus est. Quisque e reliquis familiæ Regiæ Candidatus *Roigh-damhna*, i.e. Regis-materies, sive apta ad Regiam formam, vocabatur.

Tuoiseach—Sicut subditi erant Monarchæ Reges Provinciarum, sic ipsis subditi erant variarum ditionum in suis Provinciis Reguli, dicti *Taoiseach-triocha ched*, i.e. Tricenariorum in suis ditionibus Duces. Sic in Athelstani lege Saxonica, anni 925, juxta Selden, Tit. Hon. part. 2, c. 5, § 2, p. 603–4, Archiepiscopi et Duces, Episcopi et Comites, Presbyteri et Thani, dignitate æquipollebant. *Taoiseach* ad literam præcipuum Ducem significat, Regulo Ditionis honore proximum. Officio convenit cum *Thano* Saxonico, qui postea a Normannis *Baro* dictus est, ut et Hundreda aut Cantreda Tricenarium Hibernicum valens, *Baronia* vocata est. Itaque in singulis Ditionibus 5 Provinciarum Pentarchiæ Hibernicæ, præter ditionis Regem, cui suberant *Taoiseachi*, seu Barones, erat Episcopus et Abbas, cum *Brethone*, sive Judice, et *Ollamho*, i.e. cujusvis Professionis Doctore et Magistro, præcipue Poeta, qui ab omnibus servitiis, curis, et negotiis, immunis erat.

Teamor Regia supremi Regis Hiberniæ totius, in Midia Orientali notissima, et a pluribus Poetis decantata, uti patet ex Fiechi Sleibhtiensis Carmine, ex *Flanno Butense* supra memorato, voce *Flan*, ex Tigernacho et aliis pluribus.—Secessus mirabilis puellarum apud Temoriam, T. 41, 53, 127.

Comitia Temorensia primus indixisse fertur Ollam Fodla R.H. quæ singulis trienniis habebantur, tribus diebus ante, et tribus post diem festum *Samhin*, i.e. Kal. Nov. juxta Flahert. p. 213, sed rectius ad equinoctium Autumnale—A Tuathalio indicta faisse A.D. 130, scribit Tigernachus, 31, 109, 114, 141, 134. Extat Carmen vetus Distichorum 183, in O'Duvegani Codice fol. 175, incipiens *Teamor na Righ Rath Cormaic* "Temoria Regum, Arx Cormaci," quod a multis sæculis, Temoriam totius Hiberniæ Regiam fuisse declarat.

Teffia quinque tricenarios, sive Baronias, in Midia complectabatur, præter terras, Tuteis, Petiteis, D'Altoniis concessas, et in Longfordensi agro in borealem et australem Teffiam divisas. Borealis Teffia eadem est ac Carbria-Gabhra, ubi oppidum Granard, ad Carbreum, incredulum Nialli Magni filium, spectans. Australis Teffia agri Longfordensis, uti et reliqua in W. Midia, Ethne fluvio dissita, ad Carbrii fratrem Manium spectabat. Ibique erat *Ardachad*, ubi S. Paricius Manium baptizavit, et Ecclesiam Ardach condidit, cui S. Melum præfecit.

Temorense Prælium prope *Tis-drud*, contra Danos Dublinii gestum anno 980, ubi Ragnallus Amlafi filius, et multi Nobiles Dublinienses, ceciderunt, T. 261, n. 2.

Terræ-motus in Hibernia, T. 213. Item in Gallia Inisf. 15.

Theodori Cantuar. obitus, T. 216.
Ting-rann Aodha Allain, sive Carmen Hibernicum Regis Aodhi Allani, anni 743.
Tigernachi genus et familia, T. pag. i, ii, xx, vide *Hi-Briuin*. Notæ Chronicæ ejus restitutæ, T. p. xx ope Laterculi Chronologici, p. xxi ad xxxi.
Tirechani Catalogus trium ordinum SS. Hiberniæ, ex Codice Flemingi, T. 162, ad 176, sive Annotationes Chronologicæ ad Tigernachi sæc. vi.
Tomiani Primatis Ardmachani obitus, T. 202.
Toriensis Insulæ Ecclesia, T. 185.
Tordelbach Imago Regis, nomen proprium a *Tor* Rex, et *dealbach* imago.
Torinis, Turris Insula, Hodie *Tory Island*.
Trimensis Ecclesiæ antiquitas, T. 104.
Triticum in Hibernia notissimum, T. 198, 273.
Trumuinus missus Episcopus ad Pictos, T. 213.
Turres antiqui Hiberniæ, T. 69, n. 86.

U

Uatha Rex Connaciæ xi Christianus, T. 156, n. 81; 158, n. 177.
Ucbad prælium, T. 242–3.
Viæ stratæ in Hibernia antiqua, T. 40, 269.
Vini Dolia, ib. p. 112, 133.
Ulad-Ulidia,—S. Bernardus in Vita Malachiæ (anno 1148 defuncti) ait S. Malachiam cum Comite *Ulidiæ* sermonem habuisse.

Hæc est *Ulidia*, sive *Ulad*, in quam Johannes de Courcy, anno 1177, cum Anglis irruens, Ulidiæ Principis titulum obtinuit, ut in Jocelini Vita S. Patr.—Perperam autem *Ultoniæ* Expugnator a Waræo dicitur. Antiq. c. 26, p. 207, Licet enim tota illa Provincia, *Ulta* et *Ulaid* dicatur, unde Latine *Ultonia* et *Ulidia*, ea tamen sola Regio, quæ nunc Comitatus Dunensis dicitur, a multis antea Sæculis, proprie *Ulad* appellatur, ut a Jocelino, c. 31, 194, et in Colgani notis, passim.

Hugo tamen de Lacy Junior, in terras a Curcæo, quem captivum in Angliam transmisit, vi et armis partas, advolans, hac Ulidiæ falsa opinione, Comitis *Ultoniæ* dignitatem a Rege Johanne obtinuit, anno 1209, quæ dignitas, cum Lacei filia, ad De Burgos devoluta, ab his, cum Elizabetha de Burgo, Ducissæ Clarenciæ filia, ad Mortimeros Comites pertransivit—a quibus, cum filia etiam hærede, devoluta est ad Duces Eboracenses, Angliæ hæredes, unde Jacobus II, Dux Ebor. etiam Ultoniæ Comitis titulo insignitus erat.
Ultani scriptoris genus et obitus, T. 199, 201.
Ultonienses Annales, Usser. fol. p. 429, 430.

FINIS.

EXCUDIT J. SEELEY, TYPIS BUCKINGHAMENSIBUS.
A. D. 1826.

Stanford University Libraries
Stanford, California

Return this book on or before date due.